This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

## Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

## About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Corpus
Z

# CORPVS
# SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
# LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS
ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE
VINDOBONENSIS

VOL. XXXIIII.

## S. AVRELI AVGVSTINI OPERVM SECTIO II.

## S. AVGVSTINI EPISTVLAE

EX RECENSIONE

AL. GOLDBACHER

PARS II

EP. XXXI—CXXIII.

PRAGAE F. TEMPSKY | VINDOBONAE F. TEMPSKY | LIPSIAE G. FREYTAG

MDCCCLXXXXVIII.

# Corpus scriptorum ecclesiasticorum latinorum.

*Vindobonae apud Tempsky bibliopolam.*

---

**VOL. XVI.** POETAE CHRISTIANI MINORES. (I. pars. Paulini Petricordiae carmina rec. *M. Petschenig*, Orientii carmina rec. *R. Ellis*, Paulini Pellaei Eucharisticos rec. *G. Brandes*, Claudii Marii Victoris Alethia et Probae cento, rec. *C. Schenkl.* 8 fl. 20 kr. = 16 M. 40 Pf.

**VOL. XVII.** CASSIANUS (I. pars.) Prolegomena. Institutionum libri XII. Contra Nestorium libri VII. Indices. rec. *M. Petschenig.* 10 fl. 25 kr. = 20 M. 50 Pf.

**VOL. XVIII.** PRISCILLIANVS. rec. *G. Schepss.* 4 fl. 25 kr. = 8 M. 50 Pf.

**VOL. XIX.** L. CAELI FIRMIANI LACTANTI opera omnia, accedunt carmina eius quae feruntur et L. Caecilii qui inscriptus est de mortibus persecutorum liber. recensuerunt *S. Brandt* et *G. Laubmann.* Pars I diuinae institutiones et epitome diuinarum institutionum. rec. *S. Brandt.* 12 fl. 50 kr. = 25 M.

**VOL. XX.** QVINTI SEPTIMI FLORENT. TERTVLLIANI OPERA. rec. *A. Reifferscheid* et *G. Wissowa.* (pars I.). 7 fl. 80 kr. = 15 M. 60 Pf.

**VOL. XXI.** FAVSTI REIENSIS ET RVRICII OPERA. rec. *A. Engelbrecht.* 8 fl. = 16 M.

**VOL. XXII.** S. HILARII EPISCOPI PICTAVIENSIS tractatus super psalmos. rec. *Antonius Zingerle.* 12 fl. = 24 M.

**VOL. XXIII.** CYPRIANI GALLI POETAE Heptateuchos, accedunt incertorum de Sodoma et Iona et ad senatorem carmina et Hilarii quae feruntur in Genesin, de Maccabaeis atque de euangelio. rec. *Rudolfus Peiper.* 5 fl. = 10 M.

**VOL. XXIV.** GAI VETTI AQVILINI IVVENCI euangeliorum libri quattuor. rec. *Ioannes Huemer.* 3 fl. 60 kr. = 7 M. 20 Pf.

**VOL. XXV.** (**pars I**) S. AVRELI AVGVSTINI opera Sect. VI, p. 1: de utilitate credendi, de duabus animabus, contra Fortunatum, contra Adimantum, contra epistulam fundamenti, contra Faustum. rec. *Iosephus Zycha.* 10 fl. 20 kr. = 20 M. 40 Pf.

**VOL. XXV.** (**pars II**) S. AVRELI AVGVSTINI opera Sect. VI, p. 2: contra Felicem libri duo, de natura boni liber, Secundini Manichaei ad Sanctum Augustinum epistula, contra Secundinum liber. accedunt Euodii de fide contra Manichaeos et commonitorium Augustini quod fertur cum praefatione. rec. *Iosephus Zycha.* 3 fl. 80 kr. = 7 M. 60 Pf.

**VOL. XXVI.** S. OPTATI MILEVITANI libri VII. Accedunt decem monumenta uetera ad Donatistarum historiam pertinentia. rec. *Carolus Ziwsa.* 4 fl. 80 kr. = 9 M. 60 Pf.

**VOL. XXVII.** L. CAELI FIRMIANI LACTANTI opera omnia, accedunt carmina eius quae feruntur et L. Caecilii qui inscriptus est de mortibus persecutorum liber. recensuerunt *S. Brandt* et *G. Laubmann.* Partis II Fasciculus I: libri de opificio dei et de ira dei carmina, fragmenta, uetera de Lactantio testimonia ed. *S. Brandt.* 3 fl. 20 kr. = 6 M. 40 Pf.

**Vol. XXVII.** L. CAELI FIRMIANI LACTANTI opera omnia, accedunt carmina eius quae feruntur et L. Caecilii qui inscriptus est de mortibus persecutorum liber. recensuerunt *S. Brandt* et *G. Laubmann.* Partis II Fasciculus II: L. Caecilii qui inscriptus est de mortibus persecutorum liber vulgo Lactantio tributus ed. *S. Brandt.* 5 fl. 60 kr. = 11 M. 20 Pf.

**VOL. XXVIII.** S. AVRELI AVGVSTINI opera Sect. III p. 2:*) de genesi ad litteram libri duodecim, eiusdem libri capitula, de genesi ad litteram inperfectus liber, locutionum in Heptateuchum libri septem. rec. *Iosephus Zycha.* 8 fl. 40 kr. = 16 M 80 Pf.

**VOL. XXVIII.** S. AVRELI AVGVSTINI opera Sect. III p. 3: quaest. in Heptateuch., Adnot. in Iob liber unus. Ed. *Ios. Zycha.* 8 fl. 80 kr. = 17 M. 60 Pf.

**VOL. XXVIIII.** S. PONTII MEROPII PAVLINI NOLANI opera. Pars I. Epistulae. rec. *Guil. de Hartel.* 7 fl. 75 kr. = 15 M. 50 Pf.

**VOL. XXX.** S. PONTII MEROPII PAVLINI NOLANI opera. Pars II. Carmina. Indices uoluminum XXVIIII et XXX. rec. *Guil. de Hartel.* 7 fl. 50 kr. = 15 M.

**VOL. XXXI.** S. EVCHERII LVGDVNENSIS opera omnia. Pars I. Formulae spiritalis intellegentiae, instructionum libri duo, passio Agaunensium martyrum, epistula de laude Heremi, accedunt epistulae ab Saluiano et Hilario et Rustico ad Eucherium datae. rec. *Carolus Wotke.* 2 fl. 80 kr. = 5 M. 60 Pf.

**VOL. XXXII.** AMBROSIVS. Pars I: Examerón, de paradiso, de Cain et Abel, de Noe, de Abraham, de Isaac, de bono mortis, fasc. 1. Ed. *C. Schenkl.* 6 fl. 40 kr. = 12 M. 80 Pf.

**VOL. XXXII.** AMBROSIVS. Pars I, fasc. 2. Ed. *C. Schenkl.* 4 fl. 40 kr. = 8 M. 80 Pf.

**VOL. XXXII.** AMBROSIVS. Pars II: De Iacob, de Ioseph, de patriarchis, de fuga saeculi, de interpellatione Iob et Dauid, de Apologia Dauid, Apologia Dauid quae uocatur altera, de Helia, de Nabuthae, de Tobia. Ed. *C. Schenkl.* 8 fl. — kr. = 16 M. — Pf.

**VOL. XXXIII.** (Sectio I Pars I) S. AVRELI AVGVSTINI confessionum libri XIII ex rec. *P. Knöll.* 5 fl. 40 kr. = 10 M. 80 Pf.

**VOL. XXXIIII.** S. AVRELI AVGVSTINI opera Sect. II. Epistulae. P. I. Praefatio. Ep. I—XXX. rec. *Al. Goldbacher.* 1 fl. 80 kr. = 3 M. 60 Pf.

---

*) Errore uolumen XXVIII ut Sect. III, **Pars I** signatum est; S. Augustini operum Sect. III, pars 2

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY

ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS.
1898.

THE ASTOR LIBRARY.
NY

# CORPVS SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS

VOL. XXXIIII.

## S. AVRELI AVGVSTINI OPERVM SECTIO II.

## S. AVGVSTINI EPISTVLAE

EX RECENSIONE

AL. GOLDBACHER

PRAGAE F. TEMPSKY — VINDOBONAE F. TEMPSKY — LIPSIAE G. FREYTAG

MDCCCLXXXXVIII.

# S. AVRELI AVGVSTINI
# HIPPONIENSIS EPISCOPI
# EPISTVLAE.

RECENSVIT
ET
COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT

AL. GOLDBACHER.

PARS II.

EP. XXXI—CXXIII.

PRAGAE
F. TEMPSKY

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG

MDCCCLXXXXVIII.

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY

ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS.
1898.

THE ASTOR LIBRARY
NY

Typis expressit Rudolphus M. Rohrer, Brunae.

## XXXI.

DOMINIS DILECTISSIMIS ET SINCERISSIMIS VERE BEATISSIMIS ATQUE ABUNDANTISSIMA DEI GRATIA PRAESTANTISSIMIS FRATRIBUS PAULINO ET THERASIAE AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Cum litteras meas, quibus respondi prioribus uestris, si tamen uestris litteris ullo modo a me responderi potest, celerrime optauerim uenire in uestrae caritatis manus, ut aliquo pacto absens cito possem esse uobiscum, lucrum mihi uestrae epistulae contulit tarditas mea. bonus dominus, qui non tribuit saepe, quod uolumus, ut, quod mallemus, adtribuat. aliud est enim, quod accepta epistula mea scripturi estis, aliud, quod non accipiendo scripsistis. quod cum laetissime legerimus, defuisset certe nobis ista laetitia, *si*, sicut

*P* = *cod. Parisinus 11641 s. VI; deest finis a p. 6, 20* quod tales.
*E* = *cod. Cheltenhamensis 2173 s. X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*C* = *cod. Casinensis* $16^{19}$ *s. XI.*
*P*[1] = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*
*K* = *cod. Casinensis* $232^{1}$ *s. XII.*

2 uere beatissimis *om. A* 3 habundatissima *A* gratia dei *R* 4 paulino etherasiae *C* 7 respondere, *m. 2* responderi *M* 8 ut *exp. P*[1] *om. R* 9 quo *MACP*[1]*RK a e f* quoquo *l r m* pactu, *corr.* pacto *MK* absens *om., m. 1 (?) add. M* 10 tarditatis mee *K* 11 malemus, *corr. m. 1* mallemus *P*[1] attribuit, *m. 2* attribuat *K* 12 enim est *K edd. praeter a e* scribituri *C* 13 accipiendos *P* 14 legeremus *CP*[1] *edd. praeter m* nobis certe *MP*[1] *edd.* sicut *PEAP*[1] (c *eras.*) *K* sed sicut *R* si ut *MC edd ; scripsi* si sicut

optauimus maximeque uoluimus, cito ad uestram sanctitatem nostrae litterae permeassent. nunc uero et haec habere scripta et illa sperare rescripta gaudio cumulatiore delectat. ita nec nostra culpa accusari potest et domini largior benignitas fecit, quod nostro desiderio conducibilius esse iudicauit.

2 Sanctos fratres Romanum et Agilem, aliam epistulam uestram audientem uoces atque reddentem et suauissimam partem uestrae praesentiae, sed qua uobis uisendis inhiaremus auidius, cum magna in domino iucunditate suscepimus. unde aut quando aut quo modo uel uos praestare uel nos possemus exigere, ut nos de uobis tanta scribendo doceretis, quanta eorum ore didicimus? aderat etiam, quod nulli chartae adesse potest, tantum in narrantibus gaudium, ut per ipsum etiam uultum oculosque loquentium uos in cordibus eorum scriptos cum ineffabili laetitia legeremus. hoc quoque amplius erat, quod pagina quaelibet, quantacumque bona scripta contineat, nihil ipsa proficit, quamuis ad profectum explicetur aliorum; hanc autem epistulam uestram, fraternam scilicet animam, sic in eorum conloquio legebamus, ut tanto beatior appareret nobis, quanto uberius conscripta esset ex uobis. itaque illam ad eiusdem beatitatis imitationem studiosissime de uobis omnia percontando in nostra corda transcripsimus.

3 Nec ideo tamen eos tam cito a nobis licet ad uos reme-

1 maxin.que, *m. 2* maximeque $P^1$ maxime quae *C* uolumus *C* *ante* cito *m. 2 s. u.* si *K* 2 nostrae litterae *om., m. 2 add. K* 3 resperare *P* (re *del.*) *E* scripta *R* gaudeo, *m. 2* gaudio *M* cumulati ore *E* cumulatiori *C* cumulti (*m. 2* cum ulti) ore *M* cum multi ore *A* 5 conductibilius *K* 7 audientem uoces atque reddentem, *m. 2* ł afferentes uocesque reddentes *M* 8 praesentiae, *post.* ae *laeso margine perditum P* sed *om. CP*$^1$ *edd. praeter m* quia *EP*$^1$ nobis *R* uisentis, *m. 2* uisendis *A* iniharemus *E* 9 auidius] a (*quod sequebatur laeso margine perditum*) | diui *P* audiui *E* magna—iucunditate *laeso margine perditum P* iocunditatem *E* unde autē quando *R* 10 presentare *R* nos] non *A* 11 exiere, *corr. m. 1* exigere *M* nos| ñ *sed exp. M* scribenda, *super* a *m. 1 add.* o *R* 13 per *om. A* 15 effabili *ACP*$^1$ (*m. 2* ineffabili) 16 conteneat *P* 22 percunctando *MAR edd.* in nostro corde *PE* 23 a uobis *A*

antes sine molestia passi sumus. uidete enim, quaeso uos, quibus quatiebamur affectibus. tanto utique dimittendi erant ocius, quanto uobis inpensius oboedire cupiebant; sed quanto id cupiebant magis, tanto uos nobis praesentius exhibebant; eo quippe indicabant, quam cara uiscera uestra essent; tanto eos minus igitur dimittere uolebamus, quanto iustius, ut dimitterentur, instabant. o rem non ferendam, nisi a nobis ista discessione non discederemus, nisi ‘unius essemus corporis membra, unum haberemus caput, una perfunderemur gratia, uno pane uiueremus, una incederemus uia, eadem habitaremus domo’! cur enim non etiam isdem uerbis uteremur? agnoscitis enim, credo, haec esse ex epistula uestra. sed cur potius haec uestra sint uerba quam mea, quae utique quam uera sunt, tam nobis ab eiusdem capitis communione proueniunt? et si aliquid proprium uobis donatum haberent, tanto magis ea sic dilexi, ut obsiderent uiam pectoris mei neque a corde ad linguam meam uerba transire sinerent, donec tanto puriora, quanto sunt uestra, procederent. sancti fratres dilecti deo nostraque inuicem membra, quis dubitet nos uno spiritu uegetari, nisi qui non sentit, qua nobis dilectione uinciamur?

8 = ep. XXX p. 124, 7—9

3 ocius] uel otius *K* uelocius $MACP^1R$ *edd.* sed—cupiebant *om.* ***PEK*** 4 nobis] uobis *E* exhibeant, *m. 2* exhibebant *M* 5 uestra uiscera *edd.* 6 igitur eos minus $MACP^1RK$ *edd.* 7 o rem] moram $P^1$ ferentes $P^1$ a *om. R* 8 discediremus *P* discederimus *E* 10 una— habitaremus *om.*, *in marg. m. 2 add. K* eadem habitaremus domo] una eademque habitaremus in domo *PE; cf. ep. XXX p. 124, 9* 11 isdem etiam *MACK* hisdem *etiam (a *eras.*) $P^1$ eisdem etiam *R edd.* 12 agnoscis $MACP^1RK$ *edd. praeter Mign.* hoc *K* ex *om. A* 13 quam mea *om. K* q mea *C* 14 quam *om. A* uera] ura *C* sint, *corr. m. 1* sunt *M* ad *A* eisdem *E* 15 proprium *om. A* habent $MACP^1RK$ *edd.* 16 pec**toris (ca *eras.*) *M* mei *m. 2 s. u. K* 17 transiere, *m. 2* transire *M* sinerent, *m. 2* ł sinerem *M* desiderent *A* 18 priora $ACP^1RKaefm$ priore, *m. 2* priora *M* 19 dilecti] et dilecti $MACP^1RK$ *edd.* 20 uegitare, *m. 2* uegitari *P* uegetare *E*

4 Vellem tamen scire, utrum hanc absentiam corporalem uos patientius quam nos facilius toleretis. si ita est, fateor, non amo istam fortitudinem uestram, nisi forte quia nos tales sumus, ut minus a uobis desiderari quam uos desiderare debeamus. in me certe si esset patientia uestrae absentiae perferendae, displiceret mihi; segniter enim agerem, ut uos uiderem; quid autem absurdius quam fortitudine fieri segniorem? sed qua ecclesiae cura tenear, ex hoc uestra caritas oportet adtendat, quod beatissimus pater Valerius, qui uos nobiscum quantum salutet quantumque sitiat, audietis ex fratribus, nec presbyterum me esse suum passus est, nisi maiorem mihi coepiscopatus sarcinam inponeret. quod quidem quia tanta eius caritate tantoque populi studio dominum id uelle credidi, nonnullis iam exemplis praecedentibus, quibus mihi omnis excusatio claudebatur, uehementer timui excusare. sed quamquam iugum Christi per se ipsum lene sit et sarcina leuis, tamen propter nostram asperitatem atque infirmitatem, si quid me mordet hoc uinculum atque urget hoc onus, ineffabiliter mihi aliquanto uestrae praesentiae solatio tolerabilius et portabilius redderetur. uos autem audio curis eius modi expeditiores liberioresque uiuere. qua re non ego inpudenter rogo uos et postulo et flagito, ut in Africam

16 Matth. 11, 30

2 faciliusque *K m; cf. Liu. II 40, 8* 4 ut *om. PE* 5 debemus. *corr. m. 1* debeamus *M* 6 perferenda *P* (*m. 2* perferendae) *E* dispiceret, *m. 2* displiceret *R* enim] enim mihi *R* agerem ut nos *A* agere mutuos *MR* 7 autem *om. P*¹ fortitudinem *PEP*¹ (m *exp.*) sgniorem, *m 2* segniorem *M* 9 ualerianus (an *exp. m. 2*) *P*¹ 10 quantumcumque *M* 11 nec] ne *A* me *om. P*¹ 12 mihi *s. u. m. 2 K* 13 que, *m. 2* quia *K* qui *PE* dño *M* dm̄ *C* 14 uelli, *corr.* uelle *P* credere, *m. 2* credidi *P* 16 sed—lene sit *om. MA* 17 leu'//.is (*parua ras.*) *M* 18 quit *C* mordit *PE* hoc unculum *A* homunculum *P*¹ 19 praescientiae *MK* (*m. 2* praesentiae) 20 reddetur *R* uos] quos *R l r m* autem *om. MACP*¹*RK edd.* audeo *A* 21 liberiores *om. A* 22 inpudenter ego *MACP*¹*RK edd.* et postulo *om. K* in africa *PE*

maiore talium hominum siti quam siccitatis nobilitate laborantem uenire dignemini.

5 Scit deus, quam non solum propter desiderium meum neque solum propter eos, qui uel per nos uestrum propositum uel undecumque fama praedicante didicerunt, sed etiam propter ceteros, qui partim non audiunt, partim audita non credunt, tamen possunt comperta diligere, uos istis terris etiam corporaliter adesse cupiamus. quamuis enim sedulo atque misericorditer id agatis, tamen etiam coram hominibus regionum nostrarum luceat opera uestra, ut uideant bona facta uestra et glorificent patrem uestrum, qui in caelis est. piscatores uocante domino, quod nauiculas et retia dimiserunt, omnia se dimisisse et dominum secutos esse etiam commemorando laetati sunt. et re uera omnia contemnit, qui non solum, quantum potuit, sed etiam, quantum uoluit habere, contemnit. sed in eo, quod cupiebatur, oculi dei testes sunt, in eo, quod habebatur, et hominum. nescio quo autem modo, cum superflua terrena diliguntur, artius adepta quam concupita constringunt. nam unde tristis ille discessit, qui consilium consequendae uitae aeternae quaerebat a domino, cum audisset uendenda esse omnia sua et distribuenda pauperibus et habendum thesaurum in caelo, si uellet esse perfectus, nisi quia magnas, ut euangelium

10 Matth. 5, 16 12 Matth. 19, 27; Luc. 18, 28 19 Matth. 19, 21—22; Luc. 18, 22—23

1 maior etalium, *m. 2* maiore talium *M* maiori alium (*m. 2* talium) *P*[1] siti *om. A* nouitate *PE* 2 uenite, *m. 2* uenire *C* dignimini *P* 3 quam] quia *MP*[1] *edd.* 4 nos uestrum] nostrum *P*[1]*R* 5 fama *om. E* fama* (m *eras.*) *P*[1] 6 sedita *E* 8 cupimus *MACP*[1]*RK edd.* 9 agitis *MACP*[1]*RK edd.* 10 reginum *A* luceant *MACP*[1]*RK edd.* ut uideant bona] bona ut uideant bona *C* 11 patrem *bis, alterum del. M* 12 domino *om. A* 13 dimisesse *A* dimisse *K* dñi, *m. 2* dñm *P* 14 re *om. A* 15 qui—contemnit *om., m. 1 in marg. add. M* 16 uoluit] maluit *C* contenit *A* 18 scio *E* superflua et terrena *edd.* diriguntur *C* 19 cupita *R* 20 uitae aeternae consequendae *edd.* 21 omnia *postea add. uid. m. 1 P* 22 abendum *C* 23 que, *m. 2* quia *K*

loquitur, habebat diuitias? aliud est enim iam nolle incorporare, quae desunt, aliud iam incorporata diuellere: illi uelut cibi repudiantur, illa uelut membra praeciduntur. quanto igitur et quantum mirabili gaudio nostris temporibus Christiana caritas conspicit per domini euangelium cum laetitia fieri, quod ore domini cum tristitia diues audiuit!

6 Quamquam nullis uerbis explicem conceptionem ac parturitionem cordis mei, tamen quia prudenter et pie intellegitis non esse istam uestram, hoc est humanam, sed in uobis domini gloriam — nam et inimicum cautissime intuemini deuotissimeque agitis, ut tamquam discipuli Christi humiles corde et mites sitis; utilius enim terrena opulentia tenetur humiliter, quam superbe relinquitur — quia ergo recte intellegitis non esse hanc uestram sed domini gloriam, uidebitis, quam parua et exigua dixerim. dixi enim de laudibus Christi, quibus sunt linguae inpares angelorum. hanc ergo Christi gloriam etiam oculis nostrorum hominum cupimus admoueri, in uno coniugio proposita utrique sexui calcandae superbiae et non desperandae perfectionis exempla. nescio si quicquam misericordius agitis, quam si tantum nolitis latere, quod tales estis, quantum tales esse uoluistis.

7 Vetustinum, impiis quoque miserabilem puerum, uestrae benignitati caritatique commendo. causas calamitatis et peregrinationis eius audietis ex ipso. nam et propositum eius,

11 Matth. 11, 29

1 iam nolle] nolle *edd. praeter a* incorporari *MC* 2 illa *edd.* 3 cibi] cui *MP*[1] illi, *corr.* (*m. 2 ?*) isti *C* 5 consicit *E* dn̄, *m. 2* dn̄i *M* 6 oratione *C* ex ore *edd.* dominico tristia *A* 7 ullis *MA* 8 tamen quia] tamquam *P*[1] intellegis *MACP*[1]*RK* 10 deuotissime quae *A* 11 agatis *E* humilis, *m. 2* humiles *P* 12 ac *edd. praeter a e* mi//////tes (li *eras. ?*) *E* 13 intellegis *C* 14 hanc esse *edd.* uidetis *MACP*[1]*RK edd.* 16 han, *m. 2* hanc *P*[1] 17 ammoueri *A* amoueri *K* 18 proposita, *m. 2* propositā *P* 19 et *om. MACP*[1]*RK edd.* disperande *C* desperanda *R* 21 essetis *C* uoluiistis *E* uoluissetis *A* 22 impiis, *supra* (*m. 1?*) ł inprimis *M* 23 causam *K* 24 audiens, *m. 2* audieris *C*

quo seruiturum se esse pollicetur deo, tempus prolixius et aetas robustior et transactus timor certius indicabunt. tres libros atque utinam tam grandis quaestionis ita explicatores ut grandes tanto minus metuens in te laborem legendi, quanto ardorem perspicio diligendi, misi sanctitati et caritati tuae; nam quaestio eorum est de libero arbitrio. hos aut non habere aut omnes non habere fratrem Romanianum scio, per quem prope omnia, quae quibuslibet auribus accommodata scribere potui, studio in nos tuo non adportanda dedi, sed legenda indicaui. habebat enim ille iam omnia secumque gestabat; per eum autem prima rescripta transmisi. credo iam expertam sanctitatem tuam sagacitate spiritali, quam tibi dominus tribuit, quid ille uir boni animo gerat et quae in illo infirmitate pars claudicet. unde humanitati et caritati tuae tam ipsum quam filium eius legisti, ut spero, qua sollicitudine commendauerim et quanta mihi necessitudine copulati sint. aedificet eos per te dominus. quod ab illo magis petendum est; nam id tu quam uelis, noui.

8 Aduersus paganos te scribere didici ex fratribus. si quid de tuo pectore meremur, indifferenter mitte, ut legamus; nam pectus tuum tale domini oraculum est, ut ex eo nobis tantum placita et aduersus loquacissimas quaestiones explicatissima datum iri responsa praesumam. libros beatissimi papae

1 prolixus, *corr.* (*m. 1?*) prolixius *M* 2 indicabant, *corr. m. 1* indicabunt *R* 3 grandes questiones *E* 4 laboro *M* labores *R* 5 inspicio *K* nisi, *m. 2* misi *K* misi sancti| tatati (ta *eras.*) tuae nam *M* 6 questionem *E* est—omnes *om. E* de libero arbitrio est *edd.* hos autem non *CR edd.* 7 romanum *EA* 9 dedi sed legenda *om. A* 10 iudicaui *E* indicauit (t *exp.*) $P^1$ iam ille *MACP¹RK edd.* secum quae *CR* gestabat, *corr. m. 1* gestabat *E* 12 sanctitatem tuam *m. 2 super ras. 9 l. K* signa citate *A* 13 gerebat *C* 14 claudicat *C* humanitate *E* 16 sunt $P^1$ 21 tam inplacita *MP¹K* tam inplacite *C* tam implicate *E* tam inplicita *AR* placita contra implicita *a e f* tam placita *l r m; scripsi* tantum placita 22 et *om. E* loquacissimos *EM* (*corr. m. 1* loquacissimas) *ACP¹RK* quaestionis *P¹K* questionis *ECR* 23 dat uiri *EK* daturi *MACP¹* daturum *R* dari *edd.; scripsi* datum iri praesumamus *CP¹K edd.* beatissime, *corr. m. 1* beatissimi *M*

Ambrosii credo habere sanctitatem tuam; eos autem multum desidero, quos aduersus nonnullos inperitissimos et superbissimos, qui de Platonis libris dominum profecisse contendunt, diligentissime et copiosissime scripsit.

9 Beatissimus frater Seuerus de condiscipulatu nostro Mileuitanae antistes ecclesiae bene apud eandem ciuitatem fratribus cognitus debito nobiscum officio sanctitatem uestram salutat. fratres quoque omnes nobiscum domino seruientes tam id faciunt, quam uos desiderant, tam uos desiderant, quam uos diligunt, et tam diligunt, quam estis boni. panis, quem misimus, uberior benedictio fiet dilectione accipientis uestrae benignitatis. custodiat uos dominus ab ista generatione in aeternum, domini dilectissimi et sincerissimi, uere benigni et abundantissima domini gratia praestantissimi fratres.

## XXXII.

DOMINO MERITO PRAEDICABILI ET HONORANDO FRATRI ROMANIANO PAULINUS ET THERASIA.

1 Pridie, quam has daremus, reuersis ex Africa fratribus nostris, quorum expectatione nos pendere uidisti, optatissime sanctorum et carissimorum uirorum inde epistulas receperamus, id est Aurelii, Alypii, Augustini, Profuturi, Seueri, iam

2 desiderio *A* quod *EM* 3 dñm *in ras. m. 2 K* 4 copiosissimo *E* copiosisse *M* scribit *E* 5 condiscipulato *E* 6 antestis *E* bene *om. E* 7 cognitus *ex* cognitis *K* 10 et tam diligunt *m. 2 s. u. K* 11 fiat, *corr. m. 1* fiet *M* dilectionē *R* accipiente *E* 13 domini *om. A* 14 gratia] gratia et *E*

*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*C* = *cod. Casinensis* 16$^{19}$ *s. XI.*
*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*
*K* = *cod. Casinensis* 232$^{1}$ *s. XII.*
*(Paulini Nol. opera ed. Hartelius I p. 42—52)*

16 praecabili, *m. 2* praestabili *P* 17 paulus *A* et theresia, *corr.* et therasia *A* etherasia *C*

omnium pariter episcoporum. ergo tot sanctorum talium recentissimis sermonibus gratulantes properauimus ad te nostram referre laetitiam, ut tibi quoque expectatum in peregrinatione sollicita gaudium festiuissimis conferremus indiciis. si forte eadem de uenerabilibus et amantissimis uiris per aliarum aduentus nauium comperisti, per nos etiam repetita accipe et quasi renouata hilaritate rursus exulta. quod si primus hic a nobis tibi nuntius ueniet, gratulare tantam nobis in tua patria caritatem Christo donante partam, ut, quicquid illic diuina prouidentia gerat mirabilis semper, ut scriptum est, in sanctis suis, uel primi uel cum primis sciamus.

2 Non autem tantum hoc scribimus gratulandum, quod episcopatum Augustinus acceperit, sed quod hanc dei curam meruerint Africanae ecclesiae, ut uerba caelestia Augustini ore perciperent, qui ad maiorem dominici muneris gratiam nouo more prouectus ita consecratus est, ut non succederet in cathedra episcopo, sed accederet. nam incolumi Valerio Hipponiensis ecclesiae coepiscopus Augustinus est. et ille beatus senex, cui purissimam mentem nulla umquam liuentis inuidiae macula suffudit, dignos sui cordis pace nunc ab altissimo fructus capit, ut, quem successorem sacerdotii sui simpliciter optabat, hunc mereatur tenere collegam. credine hoc potuit,

10 Ps. 67, 36

3 laetitiam. Aliter. Ut tibi quoque expectatum in peregrinatione sollicita gaudium festinissimis conferremus indiciis ut ibi quoque expectatum in peregrinatione sollicita gaudium festiuissimus indiciis. si forte *R* expectum, *corr. m. 1* expectatum *M* 4 conferamus *P* inditiis *ex* iuditiis *P* 5 amatissimis, *corr. m. 1* amantissimis *M* 6 nauiuiri, *m. 2* nauium *C* 8 tanta *K* 9 partem, *m. 2* partam *M* paratam *PR* 10 quid *MAR* quod *K* 11 suis in sanctis *sed punctis corr. M* 13 scripsimus *C* 14 augustinus *m. 2 s. u. K* quod *om. P* hoc quod *C* 15 meruit *A* africana *M* (*corr. m. 1* africanae) *A* aecclesia *A* caelestis, *ad quod al. m. add.* regni *K* 16 ora, *corr.* ore *M* perciperint *M* 18 hipponensis *A edd.* 19 ecclesiae episcopo coepiscopus *edd. praeter m* 20 pu•rissimam *P* ulla numquam *M* libentis *M* (*m. 2* liuentis) *K*

antequam fieret? sed in hoc quoque omnipotentis opere dici euangelicum illud potest: Hominibus haec ardua; apud deum autem omnia possibilia. exultemus itaque et laetemur in eo, qui facit mirabilia solus et qui facit unanimes habitare in domo, quoniam ipse respexit humilitatem nostram et uisitauit in bono plebem suam, qui erexit cornu in domo Dauid pueri sui et nunc exaltauit cornu ecclesiae suae in electis suis, ut cornua peccatorum, sicut per prophetam spondet, hoc est Donatistarum Manichaeorumque, confringat.

3 Utinam haec nunc domini tuba, qua per Augustinum intonat, filii nostri Licentii pulset auditus, sed ut illa audiat aure, qua Christus ingreditur, de qua non rapit dei semen inimicus! tunc uere sibi summus Christi pontifex Augustinus uidebitur, quia tunc se et exauditum sentiet ab excelso, si, quem tibi dignum genuit in litteris, hunc et sibi digne filium pariat in Christo. nam et nunc, uelim credas, flagrantissima de ipso nobis sollicitudine scripsit. credimus in omnipotente Christo, quod adulescentis nostri uotis carnalibus spiritalia Augustini uota praeualeant. uincetur uel inuitus, mihi crede; uincetur piissimi parentis fide, ne mala uictoria uincat, si maluerit in perniciem suam uincere quam pro salute superari.

2 Matth. 19. 26; Marc. 10, 27; Luc. 18, 27 4 Ps. 71, 18. Ps. 67, 7. 5 Deut. 26, 7 6 Luc. 7, 16 7 Luc. 1, 69 8 Ps. 74, 11 13 Matth. 13, 4 et 19; Marc. 4, 4 et 15; Luc. 8, 5 et 12

1 antequam] an umquam *A* fier, *m. 2* fieret *C* 3 et laetemur] edetemur, *m. 2* et laetemur *K* 5 habere *A* domino, *m. 1 supra* ł domo *R* 6 nostram *om. R* uisitabit *K* 8 inlectis, *m. 2* in electis *K* corona *M* 9 per *m. 2 s. u. K* spondit *MA* spopondit *K* 11 quae *C* 12 licentii (*postr.* i *m. 2 add. uid.*) *K* pulset] plus et (*m. 2 coniunctum*) *M* audiat *om. K* 13 semen—augustinus *om.*, *m. 1 in marg. add. M* 14 pontifex christi, *m. 2* christi pontifex *K* 15 se tunc *edd.* senti et (*m. 2 coniunctum*) *M* 16 sibi *l r* 18 in omnipotentem christum *CP edd.* 20 uota Augustini *edd.* inuictus *P* crede////// (*ras. 1—2 l.*) *M* crede uincetur] uincetur crede *C* 22 maluerit (al *ex ras. et corr. m. 2; fuisse uid.* ula) *P*

ne uacuum fraternae humanitatis officium uideretur, de buccellato Christianae expeditionis, in cuius procinctu cotidie ad frugalitatis annonam militamus, panes quinque tibi pariter et filio nostro Licentio misimus; non enim potuimus a benedictione secernere, quem cupimus eadem nobis gratia penitus adnectere. paucis tamen et ad ipsum loquamur, ne neget sibi scriptum, quod de se tibi scriptum est. Aeschino enim dicitur, quod audit Micio. sed quid de alienis loquar, cum de proprio cuncta possimus et aliena loqui non soleat esse sani capitis? quo dei gratia sano et saluo sumus, quibus caput Christus est. incolumem te aetate quam plurima et beatum semper cum tota domo tua, ut cupimus, habeamus in Christo, domine frater merito honorandissime et desiderantissime.

4 Audi ergo, fili, legem patris tui, id est fidem Augustini et noli repellere consilia matris tuae, quod aeque nomen in te Augustini pietas iure sibi uindicat, qui te tantillum sinu gestauit suo et a paruulis primo lacte sapientiae saecularis inbutum nunc etiam spiritalibus lactare et enutrire domino gestit uberibus, quoniam te adultum aetate corporea in spiritalibus adhuc cunabulis uagientem uidet, adhuc infantem uerbo dei, uixdum in Christo primis passibus

7 Ter. Ad. 96—97 14 Prou. 1, 8

1 uideret, *quod ex* uiderit *factum uid. M* de** (bu *eras.*) *in fine u. A* buccellato, *corr. m. 1* buccillato *C* buccillato *AR* bucillato *MP* 4 a benedictione—cupimus *om. K* 5 eandem (n *exp. m. 2*) *M* eodem *A* 6 annecti** (i *ex* c *m. 2*) *M* 7 quod—scriptum *om., m. 1 s. u. add. M* ē* (τ *eras.*) *M* 8 micio, *m. 2* mucio *P* mitio *MR edd. praeter a* initio *C* de *om. MARK Hartel.* cum] uel cum *C* 10 quod *codd. a* est Christus *edd.* 11 incolum̄ *CK* (*m. 2; fuisse uid.* incolū) 13 honorantissime *CR* honorantissimę (, *eras.*) *P* 16 uindacat, *corr. m. 1* uindicat *M* 17 tantillam, *corr. m. 1* tantillum *M* gestauit sinu *edd.* 18 singularis *MA* lactere, *m. 2* lactare *M* laetare *in ras. m. 1 C* 19 quam *R* 20 corpora *A* adhuc cunabulis *om. A* uidit *A* 21 adhuc *om. K* passionibus (oni *exp. m. 2*) *P*

et uestigio titubante repentem, si tamen Augustini doctrina tamquam manus matris et ulna nutricis instabilem regat paruulum. quem si audias et sequaris, ut rursum te sermone Salomonis alliciam, fili, coronam accipies gratiarum tuo uertici. et tunc uere eris ille non phantasmate somniatus sed ab ipsa ueritate formatus consul et pontifex uacuas imagines falsi operis implente Christo solidis suae operationis effectibus. uere enim pontifex et uere consul Licentius erit, si Augustini uestigiis propheticis et apostolicis disciplinis ut sacrato beatus Helisaeus Heliae, ut inlustri apostolo Timotheus adulescens adhaereas indiuulso per itinera diuina comitatu, ut et sacerdotium corde perfecto discas mereri et populis ad salutem magistro ore consulere.

5 Sat hoc monitis et hortatui; modico enim sermone et labore te arbitror, mi Licenti, ad Christum posse incitari iam a pueris ad studia ueritatis et sapientiae, quod utrumque uere Christus est et omnis boni summum bonum, uenerabilis Augustini spiritu et ore flammatum. qui si parum apud te pro te ualuit, quid ego tanto interuallo posterior et omnium illius opum pauper efficiam? sed quia et illius facultatis potentia et tui ingenii humanitate confisus pleniora atque maiora in te spero elaborata quam elaboranda, ausus sum hiscere duplici gratia, ut et illi uiro debita caritate compararer in sollicitudine tui et inter eos, qui salutem tuam diligunt, uel contestato numerarer affectu. nam effectus in tui

4 Prou. 1, 9; 4, 9. 10 IV Reg. 2. 1; Act. 16, 1—3

1 titubantem *C* doctrina, *super* a *eras.* ~ *R* 2 minus, *m. 2* manus *P* munus *MACRK* 4 Salomonis] sermonis *C* allict**am, *corr.* allici**am *R* 5 uertice *P* 8 affectibus *K* et *om. MA* Licenti eris *edd.* 11 indiuiso *C* 12 ut *om. MA* et] ad *R* perfecta, *m. 2* perfecto *P* 14 sat est hoc *CP* (st *ex corr. m. 2; fuitne* nī?) hortaui, *m. 2* hortatui *K* 17 est Christus *edd.* bonum *om. A edd. praeter m* 18 quis parum *MA a* 19 e·go *M* ergo *A* 20 operum *C* illis, *m. 2* illius *C* 21 tu *K* 23 uiros, *m. 2 del.* s *K* de uita *M* (*m. 2* debita) *A* de uita et *CP* compararet *K* 24 sollici, *rec. m. add.* tatione *C* 25 effectus] affectus *CR* in *del. m. 2 M*

perfectione palmam Augustino potissimum destinatam scio. uereor, fili, ne aures tuas asperitate temerarii sermonis offenderim et per aures animo etiam tuo taedii mei uulnus intulerim. sed in mentem uenit epistulae tuae, qua te musicis familiarem modis intellexi. a quo studio ego aeui quondam tui non abhorrui. itaque mihi ad tuam mentem, si in aliquo exulcerassem, deleniendam remedium litteras tuas recordatus repperi, ut te ad dominum harmoniae omniformis artificem modulamine carminis euocarem. quaeso te, ut aure audias neque causam salutis tuae in uerbis meis spernas, sed piam curam et mentem paternam etiam in despiciendis sermonibus libenter accipias, quibus insitum Christi nomen, quod est super omne nomen, hanc deberi uenerationem facit, ut non possit a credente contemni.

Quare age rumpe moras et uincla tenacia saecli
  nec metuas placidi mite iugum domini.
pulchra quidem sed mira uagis praesentia rerum
  mentibus, at sapiens non stupet ista animus.
nunc te sollicitat uariis malesuada figuris
  heu! ualidos etiam uertere Roma potens.

4 Gramm. lat. ex rec. Keilii suppl. (Anecdota Helu. ed. Hagen) p. 173, 4: Tale est illud Paulini ad Licentium: 'in mentem mihi uenit epistolae tuae' id est 'de epistola tua' 12 Phil. 2, 9 15 Verg. Aen. IV 569; Georg. IV 412 16 Matth. 11, 30

1 perfectione] per effectionem *M* per affectionem *A* 3 per *in fine u. om. A* uulnes, *corr.* (*m.1 ?*) uulnus *M* 4 mente *M* epistola tua *ras. ex* epistolae tuae *P* epistole tuae ratio *R* epistola tua *edd.* 5 a quo] aequo *MA* quodam *MACP* (*m. 2* quondam) 7 deliniendam *MACP edd.* diliniendam *R* litteris, *corr. m. 1* litteras *M* 8 repperi] hoc repperi *K* 9 euocaremus *P* aure] audire, *m. 2* aure *M* audias aure *A* 11 dispiciendis *M* (*m. 2* despiciendis) *AK* 13 supra *CP edd.* omnem *CK* 15 uincula (u *exp. m 2*) *M* 16 mitte *M* (*alterum* t *eras.*) *K* mite• (*fuit* m) *P* 18 ad, *m. 2* at *A* ut *K* 19 uriis, *corr. m. 1* uariis *M* malesuade, *corr. m. 1* malesuada *M* malesuasa *PR* 20 ualidus, *m. 2* ualidis *A*

sed tibi, nate, precor, semper pater Augustinus
occurset cunctas urbis ad inlecebras.
illum tanta inter fragilis discrimina uitae
aspiciens et habens pectore tutus eris.
hoc tamen et repetens iterumque iterumque monebo,
ut fugias durae lubrica militiae.
blandum nomen honos, mala seruitus, exitus aeger,
quem nunc uelle iuuat, mox uoluisse piget.
scandere celsa iuuat, tremor est descendere celsis;
si titubes, summa peius ab arce cades.
nunc tibi falsa placent bona, nunc rapit omnibus auris
ambitus et uitreo fert caua fama sinu.
ast ubi te magno damnosus cinxerit aestu
balteus et sterilis fregerit inde labor,
serus et in cassum spes accusabis inanes
et modo, quae nectis, rumpere uincla uoles.
tunc reminisceris frustra patris Augustini
contempsisse dolens ueridicos monitus.
quare si sapiens et si pius es, puer, audi
et cape uerba patrum consiliumque senum.
quid retrahis fera colla iugo? mea sarcina lenis,
suaue iugum, Christi est uox pia; crede deo
et caput adde iugis, da mollibus ora capistris
demissosque leui subde humeros oneri.

5 Verg. Aen. III 436 21 Matth. 11, 30 23 Verg. Georg. III 188

2 occursit, *m. 2* occurset *A* cunetas *C* 5 iterum iterumque, *sed* iterum *m. 2 s. u. K* 6 et *K* 7 blande nomen bonus *A* male, *m. 2* mala *P* 8 piger *C* 10 cadis *R* 13 damno succinxerit *m* esto, *m. 2* estu *P* *empto *M* empto *AR* emto *K* (*in ras.*) *m* emptus *Hartel.* 14 et* (a *eras.*) *P* *et *K* 15 incasum, *m. 2* incassum *P* accusabi**s *R* 16 noctis *K* 18 ueredicos, *m. 2* ueridicos *MP* ueredicos *A* 21 qui detrahis *MA* me asarcina (*m. 2* mea sarcina) leuis *M* me sarcina leuis *A* me sarcinale uis, *m. 2* mea sarcina lenis *P* mea sarcina leuis *CRK a e f Hartel. Vulg.* (*Gr.* ἐλαφρόν) 22 crede** *M* 24 dimissosque *M* (*m. 2* demissosque) *APK* dimisosque *CR* leui et subde *R* humeris *AP* (*m. 2* humeros)

nunc potes hoc, dum liber agis, dum nulla retentant
uincula, nulla tori cura nec altus honor.
haec bona libertas Christo seruire et in ipso
omnibus esse supra. non dominis hominum,
non uitiis seruit, non regibus ille superbis,
tantum qui Christo se dederit domino.
nec tibi nobilitas uideatur libera, quam nunc
sublimem attonita conspicis urbe uehi,
quam cernis tanta sibi libertate uideri,
ut dedignetur flectere colla deo.
multis ille miser mortalibus et quoque seruis
seruit et ancillas, ut dominentur, emit.
norunt eunuchos et magna palatia passi
et quisquis Romam sponte miser patitur,
quanto sudoris pretio damnoque decoris
constet ibi chlamydis, hic honor officii.
nec tamen ipse potens, qui celsior omnibus esse
emerit, ut nulli seruiat, adsequitur.
cum bene se tota dominum iactauerit urbe,
seruit daemoniis, si simulacra colit.
pro dolor! hos propter remoraris in urbe, Licenti,
et regnum Christi spernis, ut his placeas?
hos uocitas dominos curua et ceruice salutas,
quos ligni seruos conspicis et lapidis?
nomine diuino argentum uenerantur et aurum,
religio est, quod amat morbus auaritiae.
inprecor, hos ut amet, qui non amat Augustinum,

11 Hor. Carm. I 24, 9

1 potes. *M* 4 es *A* 5 superbus *R* 9 quem *K* liberate uideri. (m *eras*) *R* 10 deo colla *m. 2 punctis corr. M* 11 et] ē *A* seruus *A* 12 dominetur *codd. edd. praeter m* 13 magra *C* 16 dlamidis, *m. 2* clamidis *M* clamidis *ACPRK* honore refici *A* 20 ser, *m. 2* seruit *P* si *om., m. 2* et *s. u. add. MK* 21 os *K* remearis *A* 22 spernis *m 2 supra ras. K* 23 et *om. MA* 26 quodam at *K* quędam at *R* morbi *C* 27 ut amet *m. 2 supra ras. K* qui] et qui (et *del.*) *K* amant *A*

non colat et Christum. cui placet hos colere.
inde ait ipse deus dominis non posse duobus
seruiri, quoniam mens placet una deo.
una fides, deus unus et unicus e patre Christus.
haud duplex uni seruitus est domino.
quanta etenim caelo ac terris distantia, tanta est
Caesaris et Christi rebus et imperiis.
tollere humo, sed nunc, dum spiritus hos regit artus,
mente polum penetra, nil mora carnis obest.
corporeis iam nunc morere actibus et bona uitae
caelestis liquido praemeditare animo.
spiritus es, quamquam tenearis corpore, si nunc
mente pia uictor carnis opus perimas.
haec tibi, care puer. fido compulsus amore
scripsi; si recipis, suscipiere deo.
crede Augustinum tibi nunc in me geminatum,
sume duos una cum pietate patres.
spernimur, abstraheris maiore dolore duobus;
audimur, pignus dulce duobus eris.
in te laeta patrum sudauit cura duorum
et tibi magnus honos laetificasse duos.
sed me Augustino cum copulo, non meritorum
iacto parem, solo comparo amore tui.
nam quid ego adfundam rorans tibi paupere riuo?

2 Matth. 6, 24; Luc. 16, 13   4 Eph. 4, 5—6   8 Verg. Aen. IV 336

1 colat et *m. 2 ex* quo latet *P*   3 seruire *P*   mens *om. K*   deo una *punctis m. 1 corr. M*   4 e (*ex ras.*) patre *M* est pater *A*   5 haud] aut *MAP* (*m. 1? corr.* haut)   uni] dñi *A*   9 nil hora *M* (*m. 2* nil mora) *A* nichil ora *C* nihil hora, *m. 2* nil mora *P*   abest *A*   10 ñ *MA*   12 ē *MAK* ∻, *m. 2* es *P*   nearis, *corr. m. 1* tenearis *M*   13 premas *A*   14 fide *A* fidei *M edd. praeter m*   15 recepis, *m. 1 corr.* recipis *R*   suscipere *M* (*m. 2* suscipiere) *K*   18 abstraeris *CPK* abstrahere *MA*   19 audimus, *m. 2* audimur *M*   20 sudabit *K*   21 honor *C* honus *A*   22 čcopulo *M*   23 cūparo *M* (*m. 2* cōparo) *A* par , *corr. m. 1* cōpar* (*in ras. fuit* o) *P*   24 effundam *edd.*   rorans, *m. 2* rorem *P*   paupe (e *m. 2 add.*) *riuo *M* pauperio, *m. 2* pauperiorem *P*

me praeter gemino flumine prolueris:
frater Alypius est Augustinusque magister,
sanguinis hic consors, hic sator ingenii.
tanto fratre uales et praeceptore, Licenti,
et dubitas pennis talibus astra sequi?
quicquid agas — nam te nec speret mundus amicum —,
non daberis terrae debita Christo anima.
tu thalamos licet et celsos mediteris honores
nunc, olim domino restituere tuo.
credo unum uincent iusti duo peccatorem
et tua fraternae uota preces abigent.
ergo redi, qua uoce parens, qua sanguine frater,
ambo sacerdotes, te remeare iubent.
ad tua te retrahunt, nam nunc aliena petessis;
haec mage, quae retinent regna tui, tua sunt.
haec repete, his inhia, externis ne contere tempus;
si tua nolueris, quisquam aliena dabit?
non eris ipse tuus missusque per extera longe
sensibus heu! proprii pectoris exul ages.
sollicitum satis haec nato cecinisse parentem,
dum tibi, quae mihimet, uel uolo uel metuo.
haec tibi, si recipis, feret olim pagina uitam;
si rennuis, eadem haec pagina testis erit.
incolumem mihi te, fili' carissime, Christus
annuat et seruum det sibi perpetuo.

1 *gemino (a *eras.*) *P* 5 dubitans *M* pinnis *K* asta *A* 6 te *om.*, *s. u. add.* (*m. 1?*) *M* sperat *MA* mundū *C* 10 crede *R* uicent *M* (*corr. m. 1* uincent) *P* (*m. 2* uincent) 11 tu *A* ambigent *C* 12 *redi (c *eras.?*) qua *P* reliqua *K* parens quā (~ *eras.*) *M* 14 petes'sis, *m. 2* petescis ł petiscis *P* petisses *MAR edd. praeter m* petescis *m* petisti *C* 15 magne (n *exp. m. 2*) *M* tua, *sed* u *s. u. m. 2 K* sint *MA* 16 haesternis *K* 17 dabit, *m. 1 supra* i *add.* s *C* 18 extra *K* 19 hu* (c *eras.?*), *m. 2* heu *M* pectori sexul *m. 2 corr. M* 22 respicis *A* uita *C* 23 rennuis, *alterum* n *exp. m. 2 MK* re*nuis (n *eras.*) *P* renuis *CR edd.* haec *om. A* 24 incolum̄ *CK* te mihi *A*

uiue, precor, sed uiue deo; nam uiuere mundo
mortis opus, uiua est uiuere uita deo.

## XXXIII.

DOMINO HONORABILI ET DILECTISSIMO PROCULEIANO AUGUSTINUS.

1 Propter inperitorum hominum uanitates diutius apud te de titulo epistulae meae disputare non debeo. cum enim nos reuocare inuicem ab errore conamur, quamuis ante plenissimam discussionem causae quibusdam uideri possit, quis nostrum erret, incertum, seruimus tamen inuicem nobis, si bono animo nobiscum agimus, ut a peruersitate discordiae liberemur. quod me sincero corde agere et cum tremore Christianae humilitatis, etiam si plerisque hominibus apertum non est, uidet tamen ille, cui nulla corda clauduntur. quid autem in te honorare non dubitem, facile intellegis. non enim errorem schismatis, unde omnes homines, quantum ad me adtinet, cupio sanari, dignum honore aliquo existimo; sed te ante omnia, quod ipsius nobis humanae societatis uinculo adstringeris et quod nonnulla in te praeminent placidioris mentis indicia, quibus nullo modo desperandum est facile

1 uiuer, *m. 2* uiuere *C* 2 uiua, *in marg. m. 2* uera *K* uiuat, *m. 2* uera *P* uia *A*

*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*P*[1] = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

4 Proculiano *a e* 5 Augustinus] augustinus in domino salutem *P* 6 imperatorum, *corr. m. 1* imperitorum *F* 7 titilo, *m. 2* titulo *M* enim] eis *MFA* 8 quam**uis (di *eras.*) *F* 9 incertum uideri possit quis nostrum erret *R* 11 agamus *R* 14 qui, *corr. m. 1* quid *F* 16 *errorem *M* sc*ismatis (h *eras.*) *P*[1] chrismatis *M* (r *eras.*) *A* chrysmatis *F* crismatis *R* 18 nobis humanū *A* humanū nobis *R* 19 stringeris *codd. a e* nulla, *m. 2* nonnulla *P*[1] praeeminent *F* *l r m* 20 incidia *FA*

te posse ueritatem, cum fuerit demonstrata, complecti, sine ullo aestu dubitationis honorandum puto. dilectionis autem tantum tibi debeo, quantum nobis ipse imperat, qui nos dilexit usque ad crucis opprobrium.

2 Sed ne mireris, quod apud beniuolentiam tuam diu tacui, non putabam in hac te esse sententia, quam mihi frater Euodius, cui fidem non habere non possum, gaudens indicauit. nam cum forte contigisset, ut in unam domum conueniretis, et sermo inter uos de spe nostra, hoc est de Christi hereditate ortus esset, ait dixisse benignitatem tuam uelle te bonis uiris sedentibus conferre nobiscum. quod te multum gaudeo nostrae humilitati offerre dignatum neque ullo modo possum tantam occasionem benigni animi tui deserere, ut, quantum uires dominus praebere dignabitur, quaeram tecum atque discutiam, quae causa, quae origo, quae ratio in ecclesia Christi, cui dixit: *Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis*, tam lugendae atque plangendae discissionis extiterit.

3 Audiui quidem de memorato fratre te fuisse conquestum, quod nescio·quid tibi contumeliose responderit. quod, quaeso te, ne illam contumeliam deputes, quam certum mihi est non de superbo animo processisse — noui enim fratrem meum —, sed si quid in disputando pro fide sua et pro ecclesiae caritate dixit fortasse feruentius, quod tua grauitas nollet audire, non illa contumacia sed fiducia nominanda est. conlatorem enim et disputatorem, non assentatorem et adulatorem se esse cupiebat. nam hoc est oleum peccatoris, quo

16 Ioh. 14, 27

3 imperat ipse *edd.* 5 quia *R* tamdiu *m* 6 te esse in hac *R* 9 nos *A* hereditate christi *R* 10 benignitatem] ad benignitatem *A* uelle] uellet *M* (t *exp. m. 2*) *A* boni *A* 11 gaudeo multum *R* gaudio, *corr.* gaudeo $P^1$ 12 nostri *R* offere, *m. 3* offerre *F* poss *M* 14 praebere dominus *R* 17 discessionis *R* dissensionis (sensio *in ras. m. 2*) *M* 19 fratre te] fratre *M* fratre nostro de te *R* 20 contumeliose tibi *R* quot, *m. 2* quod $P^1$ 23 quis *MF* 26 conlaudatorem *P* assensatorem *R* ado*latorem *P*

propheta non uult inpinguari caput; ita enim dicit: Emendabit me iustus in misericordia et arguet me: oleum autem peccatoris non inpinguet caput meum. mauult enim seuera misericordia iusti emendari. quam leni adulationis unctione laudari. unde etiam illud propheticum est: Qui uos felices dicunt, in errorem uos mittunt. ideoque de homine, quem falsae blanditiae faciunt adrogantem, recte etiam uulgo dicitur: 'Creuit caput'; inpinguatum est enim oleo peccatoris, hoc est non aspera ueritate corrigentis sed leni falsitate laudantis. neque hoc in eam partem peto accipias, quasi ego te a fratre Euodio tamquam a iusto emendatum intellegi uelim. uereor enim, ne me quoque aliquid contumeliose in te dicere existimes, quod uehementer caueo, quantum possum. sed iustus est ille, qui dixit: Ego sum ueritas. itaque de cuiuslibet hominis ore nobis uerum cum aliqua asperitate sonuerit, non ab illo homine, qui forte peccator est, sed ab ipsa ueritate, hoc est a Christo, qui iustus est, emendamur, ne nostrum caput blandae sed perniciosae adulationis unctio, hoc est oleum peccatoris inpinguet. quamquam etiam si frater Euodius aliquantum pro suae communionis defensione turbatior aliquid elatius animo commotiore dixisset, aetati hominis et necessitati causae te oporteret ignoscere.

4 Illud tamen, quod promittere dignatus es, peto memineris, ut sedentibus, quos ipse delegeris, dummodo uerba nostra

1 Ps. 140, 5. 6 Es. 3, 12 15 Ioh. 14, 6

1 emendauit, *corr. m. 1* emendabit *P* 2 in misericordia et] et in misericordia *R* 4 emendare *M* 5 quam leni] qualē *F* 8 creuit ei caput *P* 9 est *om. M* enim] etiam *R* oleum *F* hoc est *in fine pag. om. A* 10 se, *corr. m. 1* sed *F* 11 quasi] quod si *A* 15 illę *P* 16 uerum nobis *R* cum] sicum *R* 17 illo] alio *R* est *om., m. 2 add. M* sed] se *F* 18 hoc est a Christo qui] quae christus est et *R* 20 inpinguet] non impinguet *R* si] sit *P* 21 turbatiora *M* (a *exp. m. 2*) *FA* 23 necessitatis causa *MFAP*[1]*R edd. praeter m* oporteret te *R* 24 permittere *A* peto ne memineris *M* (ne *exp. m. 1*) *A* 25 diligeris *F* nostra uerba *M*

non inaniter uentilentur, sed stilo excipiantur, ut et tranquillius et ordinatius disseramus et, si quid forte a nobis dictum de memoria lapsum fuerit, recitatione reuocetur, rem tam magnam et ad salutem omnium pertinentem cum concordia requiramus, aut, si placet, nullo medio interposito prius nobiscum siue per epistulas siue per conlocutionem atque lectionem, ubi placuerit, conferamus, ne forte intemperantes nonnulli auditores malint quasi nostrum expectare certamen, quam de sua salute in nostra conlocutione cogitare, ut, quod inter nos fuerit terminatum, postea per nos populus nouerit, aut, si per epistulas agi placet, ipsae plebibus recitentur, ut aliquando non plebes sed plebs una dicatur. prorsus sicut uolueris, sicut iusseris, sicut tibi placuerit, libenter amplector. et de animo beatissimi et uenerabilis mihi patris Valerii nunc absentis tota securitate polliceor hoc eum cum magna laetitia cogniturum; noui enim, quantum diligat pacem et nulla uani fastus inanitate iactetur.

5 Rogo te, quid nobis est cum ueteribus dissensionibus, ut huc usque uulnera illa durauerint, quae animositas hominum superborum nostris membris inflixit? quorum uulnerum putrefactione etiam dolorem perdidimus, quo solet medicus inplorari. uides, quanta et quam miserabili foeditate Christianae domus familiaeque turpatae sint. mariti et uxores de suo lecto sibi consentiunt et de Christi altari dissentiunt; per

1 ut *in fine u. om. P* 2 et si] ut si *P* dictum ā nobis *R* 3 de memoralia lapsum *MF* ratione *R* 6 conlotionem, *corr. m. 1* conlocutionem *P* conlationem *AR* 8 auditores malint] uelint auditores *R* 9 sua] nostra *MFA*$P^{1}$*R edd.; cf. ep. XLIV, 1 med.* 10 inter nos determinatum fuerit *R* fuerit inter nos terminatum *edd.* 11 ipse, *m. 2* ipsę $P^{1}$ ipsa *R* 13 uolueris *prima l. super ras. m. 1* $P^{1}$ 14 beatissimi *ex* baptismi *ras. et corr. m. 1 P* 15 ualeri *P* eum] enim *A* 16 laetitia] gloria *M* cognitorum *MA* 17 uana *MFAR* factus *F* 18 ut *om. P m* et *a e* 20 influxit *M* (*corr.* inflixit) *R* 21 mendicus *F* 22 foeditati *M* 23 domos, *corr. m. 1* domus *P* familiaque *P* turbatae *F*$P^{1}$ *edd.* 24 christi altari‖ (*parua ras.*) *M* christi altare *PF*$P^{1}$ (*m. 2* christi altari) altare christi *R*

illum sibi iurant, ut inter se pacem habeant, et in illo habere non possunt; filii cum parentibus unam domum habent suam et domum dei non habent unam; succedere in eorum hereditatem cupiunt, cum quibus de Christi hereditate rixantur; serui et domini communem deum diuidunt, qui formam serui accepit, ut omnes seruiendo liberaret; honorant nos uestri, honorant uos nostri; per coronam nostram nos adiurant uestri, per coronam uestram uos adiurant nostri; omnium uerba suscipimus, neminem offendere uolumus; quid nos solus Christus offendit, cuius membra laniamus? et homines quidem causas suas saeculares apud nos finire cupientes, quo modo eis necessarii fuerimus, sic nos sanctos et dei seruos appellant, ut negotia terrae suae peragant: aliquando agamus et negotium salutis nostrae et salutis ipsorum. non de auro, non de argento, non de fundis et pecoribus, pro quibus rebus cotidie submisso capite salutamur, ut dissensiones hominum terminemus, sed de ipso capite nostro tam turpis inter nos et perniciosa dissensio est. quantum libet capita submittant, qui nos salutant, ut eos concordes in terra faciamus, de caelo usque ad crucem submissum est caput nostrum, in quo concordes non sumus.

6 Rogo te atque obsecro, si est in te aliqua humanitas, quam multi praedicant, hic appareat bonitas tua, si non propter honores transitorios simulatur, ut contremescant in te uiscera misericordiae et uelis aliquando rem discuti instando nobiscum orationibus et omnia pacifice conferendo, ne miserae plebes, quae nostris honoribus obsequuntur, premant nos obsequiis suis in iudicio dei, sed potius nostra non ficta

5 Phil. 2, 7

3 illorum *M* hereditate *P* 5 dominum *m* 6 suscepit *R* homines *R* nos uestri honorant *om. P* 7 uestri] n̄ri, *corr. m. 1* u̅ri *A* 11 quo modo] quando *edd.* 12 et *om. P* 13 negotium *R* 14 et nos negotium *l r m* 15 non de argento] uel argento *M* et] et de *P* non de *R* 16 summissis, *corr. m. 1* summisso *M* 22 rogo atque obsecro te *R* in te *om. R* 24 ut (u *ex ras. et corr. m. 2*) *M* 26 pacifice (cifi *in ras. m. 1; pro* c *fuit* t) *P*

caritate nobiscum reuocatae ab erroribus et dissensionibus in ueritatis et pacis itinera dirigantur. opto te coram oculis dei beatum esse, domine honorabilis et dilectissime.

## XXXIV.

DOMINO EXIMIO MERITOQUE SUSCIPIENDO ATQUE HONORABILI FRATRI EUSEBIO AUGUSTINUS.

1 Scit deus, cui manifesta sunt arcana cordis humani, quantum pacem diligo Christianam, tantum me moueri sacrilegis eorum factis, qui in eius dissensione indigne atque impie perseuerant, eumque motum animi mei esse pacificum neque me id agere, ut ad communionem catholicam quisquam cogatur inuitus, sed ut omnibus errantibus aperta ueritas declaretur et per nostrum ministerium deo iuuante manifestata se amplectendam atque sectandam satis ipsa persuadeat.

2 Quid enim execrabilius, quaeso te, ut alia taceam, quam id, quod nunc accidit? corripitur ab episcopo suo iuuenis crebris caedibus matris insanus et impias manus nec illis diebus, cum etiam seueritas legum sceleratissimis parcit, a

1 carita, *corr. m. 1* caritate *P* *ante* in *m. 2 s. u.* ul *M* in pacis ac ueritatis itinera *R* 2 domini *R* 3 domine *om. R*

*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

5 domino meritoque suscipiendo eximio *MAR a e* domino meritoque suspiciendo eximio *FP; cf. p. 27, 12* 6 fratri/////// (*ras. 3—4 l.*) *F* 7 humana, *m. 2* humani *P* 8 diligo pacem *R* 9 eorum *om. M* qui *om. M* (*add. m. 1*) *FA* 10 esse *om. M* 11 id mei *M* id me *R* 12 inuictus (c *exp.*) *P* operta ueritatis *P* 13 declaretur. *m. 2* declarentur *P* misterium *M* adiuuante *R* manifestatam *M* 14 se] eam *A* amplectendam] amplius *subsequente spatio 2—3 l. uacuo M* 16 quod *A* 17 accidit (d *ex corr.*) *F* accipit *M* (*m. 1? corr.* accidit) *A* 18 crebis, *corr. m. ut uid. 1* crebris *F*

uisceribus, unde natus est, reuocans; minatur eidem matri se in partem Donati translaturum et eam, quam incredibili furore solet caedere, perempturum; minatur ei, transit ad partem Donati, rebaptizatur furens et in maternum sanguinem fremens albis uestibus candidatur; constituitur intra cancellos eminens atque conspicuus et omnium gementium oculis matricidii meditator tamquam renouatus opponitur.

3 Haecine tandem tibi placent, uir grauissime? nequaquam hoc de te crediderim; noui considerationem tuam. caeditur mater carnalis in membris, quibus genuit et nutriuit ingratum; prohibet hoc ecclesia, mater spiritalis; caeditur et ipsa in sacramentis, quibus genuit et nutriuit ingratum. nonne tibi uidetur dixisse parricidaliter frendens: 'Quid faciam ecclesiae, quae me prohibet caedere matrem meam? inueni, quid faciam: iniuriis, quibus potest, etiam ipsa feriatur; fiat in me aliquid, unde membra eius doleant; uadam mihi ad eos, qui nouerunt exsufflare gratiam, in qua ibi natus sum, destruere formam, quam in utero eius accepi; ambas matres meas saeuis cruciatibus torqueam; quae me posterior peperit, efferat prior; ad huius dolorem spiritaliter moriar, ad illius caedem carnaliter uiuam'. quid aliud expectamus, uir honorabilis Eusebi, nisi ut in miseram mulierem senectute decrepitam, uiduitate destitutam, a cuius caedibus in catholica prohibebatur, iam Donatista securus armetur? quid enim aliud furibundo corde concepit, cum diceret matri: 'Transferam me

1 matri* (s *eras.*) *F* 2 par**tem (en *eras.*) *P* dona *A* transiturum *flrm; cf. u. 25* 3 caedere* *A* perempturam *M* 4 patrem, *corr. m. 1* partem *P* rebaptizati, *corr.* (*m. 1?*) rebaptizatur *F* 5 abis, *corr. m. 1* albis *M* 7 renouatur *M* reuocatus *P* 8 haec in ae, *corr. m. 1* haec ne *M* haec ne *A* haec ine, *m. 2* haeccine *P* haeccine *R edd.* uir grauissime tibi placent *R* placet *MFA* 9 crederim *MF* creditur *A* 11 ce*ditur *M* c*editur *P* ipsa in] ipsam, *corr. m. 1* ipsa in *M* ipsa *P* 12 et nutriuit *om. R* 14 meam matrem *R* 17 qui* (s *eras.*) *P* ibi, *m. 1 supra* ł illi *R* illi *m* 18 ambras (r *exp.*) *A* 22 in *om. M* (*add. m. ut uid. 2*) *FAR* miseram | miseram *alterum del. m. 2 M* 23 **destitutam (*fuit* de) *F* cecidibus *M* 24 aliud *om. M* 25 diceret] dicitet *aut* diciret *M*

in partem Donati et bibam sanguinem tuum'? ecce iam conscientia cruentus, ueste dealbatus perficit partem pollicitationis suae; restat pars altera, ut matris sanguinem bibat. si ergo placent ista, urgeatur a clericis et sanctificatoribus suis, ut intra octauas suas totum, quod uouit, exoluat.

4 Potens est quidem dextera domini, quae furorem illius a misera uidua et desolata compescat et eum, quibus modis nouit, a tam scelerata dispositione deterreat. uerum tamen ego tanto animi dolore percussus quid facerem, nisi saltem loquerer? an uero ista illi faciunt et mihi dicitur: Tace? auertat a me dominus hanc amentiam, ut, cum ipse mihi imperet per apostolum suum et dicat ab episcopo refelli oportere docentes, quae non oportet, ego illorum indignationibus territus taceam. quod enim publicis gestis haerere uolui tam sacrilegum nefas, ad hoc utique uolui, ne me quisquam maxime in aliis ciuitatibus, ubi opportunum fuerit, ista deplorantem fingere aliquid arbitretur, quando etiam apud ipsam Hipponem iam dicitur non hoc Proculianum mandasse, quod publicum renuntiauit officium.

5 Quid autem modestius agere possumus, quam ut tam grauem causam per te tamen agam, uirum et clarissima dignitate praeditum et considerantissima uoluntate tranquillum? peto igitur, sicut iam petiui per fratres nostros, bonos atque honestos uiros, quos ad tuam eximietatem misi, ut quaerere digneris, utrum Proculiani presbyter Victor non hoc

11 Tit 1, 11

2 perfecit *R m*  3 ut] tū *F*  4 orgeatur, *corr.* (*m. 1?*) urgeatur *F*  5 uouit *prima l. ex corr. P*  exsoluit, *corr. m. 1* exsoluat *M*  8 a *om MFA*  detereat, *corr. m. 1* deterreat *M*  tamen *om. R*  10 illi *ras. ex* illa *P*  faciunt] faciunt hoc *R*  11 ut] et *codd. a e*  cunmihi (*sic!*) ipse *A*  12 oportere docentes quae non *om. M*  14 inherere *R*  15 tam *om. M*  sacrilegum (u *ex corr. m. 1; fuitne* a?) *R*  18 istam *P*  iam *in fine u. om. R*  Proculeianum *m*  20 molestius *A*  21 tamen *M* (*m. 1?* l *pro* m) *F* (*m. 2* tantum)  22 praedi*tum (c *eras.*) *P*  consideratissima *F*  23 petiui (iui *ex corr. m. ut uid. 1*) *F*  25 Proculeiani *m*

ab episcopo suo mandatum acceperit, quod officio publico renuntiauit, an forte, cum et ipse Victor aliud dixerit, falsum illi apud acta prosecuti sint, cum sint communionis eiusdem; aut, si consentit, ut ipsam totam quaestionem dissensionis nostrae placide pertractemus, ut error, qui iam manifestus est, manifestius innotescat, libenter amplector. audiui enim, quod dixerit, ut sine tumultu populari adsint nobiscum deni ex utraque parte graues et honesti uiri et secundum scripturas, quid in uero sit, perquiramus. nam illud, quod rursus eum dixisse nonnulli ad me pertulerunt, cur non ierim Constantinam, quando ibi plures ipsi erant, uel me debere ire Mileum, quod illic, sicut perhibent, concilium proxime habituri sunt, ridiculum est dicere, quasi ad me pertineat cura propria nisi Hipponiensis ecclesiae. mihi tota huius quaestionis ratio maxime cum Proculiano est. sed si forte inparem se putat, cuius uoluerit, collegae sui inploret auxilium. in aliis enim ciuitatibus tantum agimus, quod ad ecclesiam pertinet, quantum uel nos permittunt uel nobis inponunt earundem ciuitatium episcopi, fratres et consacerdotes nostri.

6 Quamquam et iste, qui se tot annorum episcopum dicit, quid in me tirone timeat, quominus mecum uelit conferre sermonem, non satis intellego: si doctrinam liberalium litterarum, quas forte ipse aut non didicit aut minus didicit, quid hoc pertinet ad eam quaestionem, quae uel de sanctis scripturis uel documentis ecclesiasticis aut publicis discutienda est, in quibus ille per tot annos uersatur, unde in eis deberet

2 ipse] ille *M* 3 illi• (*fuitne* illum?) *F* sint] fuerint *f l r m* 4 nostrae dissensionis *R* 5 terror *MFAP* (*m. 2* ł error) 7 popularias sint *M* popularia sint *A* 8 partes *M* 10 ad me nonnulli *R* ierim ad constantinam *M* 11 plures ibi *R* ibi] illi, *corr.* (*m. 1?*) illic *P* plure, *m. 2* plures *P* ipse *F* (*m. 2?* ipsi) *A* 12 milenum *a* Mileuum *e* Mileuim *cett. edd.* 14 hipponensis *A edd.* 15 Proculeiano *m* 18 uel nobis inponunt *om. A* 19 ciuitatium *F* (i *post* t *eras.*) *P* (i *post* t *exp.*) ciuitatum *MR edd.* 20 annis, *m. 1 supra* ł annorum *R* ducit, *corr. m. 1* dicit *M* 21 uellit *F* 22 liberalium doctrinam *R*

esse peritior? postremo est hic frater et collega meus Samsucius, episcopus Turrensis ecclesiae, qui nullas tales didicit, quales iste dicitur formidare; ipse adsit, agat cum illo; rogabo eum et, ut confido in nomine Christi, facile mihi concedet, ut suscipiat in hac re uicem meam, et eum dominus pro ueritate certantem, quamuis sermone inpolitum, tamen uera fide eruditum, sicut confidimus, adiuuabit. nulla ergo causa est, cur ad alios nescio quos differat, ne inter nos, quod ad nos pertinet, peragamus. nec tamen, ut dixi, etiam illos defugio, si eorum ipse poscit auxilium.

## XXXV.

DOMINO EXIMIO MERITOQUE SUSCIPIENDO ET DILECTISSIMO FRATRI EUSEBIO AUGUSTINUS.

1 Non ego recusanti uoluntati tuae iudicium, sicut dicis, inter episcopos subeundum molestus exhortator aut deprecator inposui. quod quidem etiam si suadere uoluissem, possem fortasse facile ostendere, quam ualeas iudicare inter nos in tam manifesta atque aperta causa et quale sit illud, quod facis, ut non auditis partibus iam ferre non dubites pro una parte sententiam, qui iudicium reformidas. sed hoc, ut dixi, interim omitto. nihil autem rogaueram aliud honorabilem benignitatem tuam, quod quaeso tandem in hac saltem epistula digneris aduertere, nisi ut quaereres a Proculiano, utrum hoc ipse dixerit Victori presbytero suo, quod ab eo sibi

1 collegam e.us (i *eras.*), *corr. m. 2 P* samsutius *P* sam (*ras.* iam) socius *F* samsucus *M* samsiicus *A* 2 nulla, *corr. m. 1* nullas *F* tales *om. A* 8 deferat *edd.* 10 defugio *ex corr.* (*m. 2 ?*); *fuisse uid.* diffugio *F* diffugio *R*

*Idem codices, qui in ep. XXXIV.*

12 suspiciendo *P* 14 doces *F* 15 subeundē, *corr. m. 1* subeundū *P* exhortor, *corr. m. 1* exhoitator *M* 16 posse *A* 17 fortasse hoc facile *M* 18 manifestā atque apertā causā *F* illud sit *R* 20 sed hoc intermitto, *in marg. m. 1* aliter 'sed hoc ut dixi interim omitto' *R* 21 aliud rogaueram *R* rogauerim *A* 23 Proculeiano *m* 24 ipse hoc *R* ab eo] ad eos (d *in ras. m. 1*) *F*

dictum publicum officium renuntiauit, an forte, qui missi sunt, non quod a Victore audierunt. sed falsum gestis prosecuti sint; deinde quid illi de tota ipsa quaestione inter nos discutienda uideretur. arbitror autem non iudicem fieri eum, qui rogatur, ut interroget aliquem et, quod ei responsum fuerit, rescribere dignetur. hoc ergo etiam nunc rogo, ut facere non graueris, quia litteras meas, sicut etiam expertus sum, non uult accipere. quod si uoluisset, non utique per tuam eximietatem id agerem. cum autem id non uult, quid possum mitius agere, quam ut per te, talem uirum et qui eum diligis, interrogetur aliquid, unde me tacere mea sarcina prohibet? quod autem mater a filio caesa tuae grauitati displicuit, sed 'ille' dixisti 'si sciret, a communione sua tam nefarium iuuenem prohibiturus esset', breuiter respondeo: modo cognouit, modo prohibeat.

2 Addo etiam aliud. subdiaconus quondam Spaniensis ecclesiae uocabulo Primus cum ab accessu indisciplinato sanctimonialium prohiberetur atque ordinata et sana praecepta contemneret, a clericatu remotus est et ipse inritatus aduersus disciplinam dei transtulit se ad illos et rebaptizatus est. duas etiam sanctimoniales concolonas suas de fundo catholicorum Christianorum siue idem transtulit siue illum secutae etiam ipsae tamen rebaptizatae sunt et nunc cum gregibus Circumcellionum inter uagabundos greges feminarum, quae proterue maritos habere noluerunt, ne habeant disciplinam,

2 persecuti *m* 3 sunt *M* (*m. 2* sint) *FAPR a* ipsa *in fine u. om. M* 6 ergo *om. R* 7 non negaueris *F* etiam] iam *M* 9 qui, *corr. m. 1* quid *F* quod *A* quid aliud *R* 11 aliquis *A* 14 uirum, *m. 1 supra* ł iuuenem *R* 16 quidam *R* sparniensis *M* 17 discipliinato, *corr. m. 1* indisciplinato̩ *M* 19 a clericatu** (re *eras.*) remotus *M* a clericatu remotus (re *in ras. m. ut uid. 1*) *F*; a clericature motus *A* 20 et *om. R* baptizatus *A* 21 cumcolonas (*m. 2* concolonas) suas *MP* cumcolonas suas *FA* cum colonis suis *R a e* (*in marg.* concolonas suas) 23 ipse *FP* (*m. 2* ipsę) rebaptizate *MF* rebaptizatę̄ (~ *eras.*) *P* 24 cercicellionum *MFA* 25 proterue (*in ras. m. 1*) maritos *F* proterue̩ maritos *A* propterue a (*m. 2* in *super* a) maritos *M* propterea maritos *P edd.*

in detestabilis uinolentiae bacchationibus superbus exultat gaudens latissimam sibi apertam esse licentiam malae conuersationis, unde in catholica prohibebatur. et hoc fortasse Proculianus ignorat. ergo per tuam grauitatem atque modestiam eidem in notitiam perferatur. iubeat eum, qui non ob aliud illam communionem delegit, nisi quia in catholica clericatum amiserat propter inoboedientiam et perditos mores, a sua communione remoueri.

3 Etenim ego, si domino placet. istum modum seruo, ut, quisquis apud eos propter disciplinam degradatus ad catholicam transire uoluerit, in humiliatione paenitentiae recipiatur, quo et ipsi eum forsitan cogerent, si apud eos manere uoluisset. ab eis uero considera, quaeso te, quam execrabiliter fiat, ut, quos male uiuentes ecclesiastica disciplina corripimus, persuadeatur eis, ut ad lauacrum alterum ueniant atque, ut id accipere mereantur, paganos se esse respondeant, quae uox ne procederet de ore Christiano, tantus sanguis martyrum fusus est, deinde quasi renouati et quasi sanctificati disciplinae, quam ferre non potuerunt, deteriores facti sub specie nouae gratiae sacrilegio noui furoris insultent. aut si male facio per tuam beniuolentiam ista corrigenda curare, de me nullus queratur, si haec illi perferri in notitiam per codices publicos fecero, qui mihi negari, ut arbitror, in Romana ciuitate non possunt. nam cum deus imperet, ut loquamur et praedicemus uerbum et d o c e n t e s, q u a e n o n o p o r t e a t, refellamus et instemus o p p o r t u n e a t q u e i m p o r t u n e.

24 II Tim. 4, 2; Tit. 1, 11

1 detestabili *R* 2 esse apertam licentiam *M* apertissimamque licentiam esse *R* 3 proculianus fortasse *R* 4 Proculeianus *m* 6 illam] ad illam (ad *exp. m. 2*) *P* 7 ammiserat *M* 9 mod**um (ic *eras.?*) *P* 12 uoluisset manere *A* 14 ut *om. MFAR* doctrina *R* 15 atque] quę *MF* qui *AR* ut id] id ut *M* ut illud *R* 17 de] ex *R* tantū martyrum sanguis *M* 18 quasi] qua *F* aqua *A* 22 quaeratur *FAP* (*pr.* a *eras.*) *R* illi] illi ad (ad *exp. m. 1*) *M* 23 negari *om. M* ciuitate romana *R* 25 oportet *edd. praeter a sec. Vulg.* 26 atque importune *om. A*

sicuti dominicis et apostolicis litteris probo, nullus hominum mihi silentium de his rebus persuadendum arbitretur. uiolenter autem uel latrocinanter si quid audendum putauerint, non deerit dominus ad tuendam ecclesiam suam, qui iugo suo in gremio eius toto orbe diffuso omnia terrena regna subiecit.

4 Nam cum ecclesiae quidam colonus filiam suam, quae apud nos fuerat catechumena et ad illos seducta est inuitis parentibus, ut ibi baptizata etiam sanctimonialis formam susciperet, ad communionem catholicam paterna uellet seueritate reuocare et ego feminam corruptae mentis nisi uolentem et libero arbitrio meliora deligentem suscipi noluissem, ille rusticus etiam plagis instare coepit, ut sibi filia consentiret. quod statim omni modo fieri prohibui. tamen per Spanianum transeuntibus nobis presbyter ipsius stans in medio fundo catholicae ac laudabilis feminae uoce inpudentissima post nos clamauit, quod traditores et persecutores essemus, quod conuicium etiam in illam feminam iaculatus est, quae communionis est nostrae, in cuius medio fundo stabat. quibus uocibus auditis non solum me ipsum a lite refrenaui, sed etiam multitudinem, quae mihi comitabatur, compescui. et tamen si dicam: quaeratur, qui sint uel fuerint traditores uel persecutores, respondetur mihi: disputare nolumus et rebaptizare uolumus; nos oues uestras insidiantibus morsibus luporum more depraedemur, uos, si boni pastores estis, tacete — quid enim aliud mandauit Proculianus, si uere ipse mandauit? —;

1 sicut *flrm* 2 uiolentes *A* uiolentos (os *ex* es?) *P* uiolenti *flr* 3 latrocinantes *codd. flr* audiendum *MFAR* 7 fuerit *FAR* ab illos (s *exp. m. ut uid. 1*) *M* ab illis *R edd.* seducta (se *exp. m. 2*) *P* inui*tis (c *eras.*) *P* 11 diligentem *MFAP* (*m. 2* deligentem) uoluissem *R* iste *M* 12 ut *om. F* quo *R* 13 spaniam *M* 14 ipsius trans in *F* ipsius transiens in *R* ipsius in *A* 15 laudibus *M* inprudentissima *F* nos *om. MFAR a* 18 stetit *M* 19 auditis uocibus *punctis corr. M* 20 me *edd.* 21 dicam *om. R* queratur *MA* 22 uel persecutores *om. R* secutores, *corr. m. 1* persecutores *F* 23 rebaptizari *P* luporum morsibus *M* 24 uos *om., m. 1 add. M* 25 Proculeianus *m*

si Christianus es, serua hoc iudicio dei, nisi nos faciamus; tu tace. ausus etiam idem presbyter homini rusticano conductori fundi ecclesiae comminari.

5 Haec quoque omnia per te, quaeso, nouerit Proculianus; coherceat insaniam clericorum suorum, unde, honorabilis Eusebi, non apud te tacui. dignaberis itaque, non quid tu de his omnibus sentias, ne tibi arbitreris a me iudicis onus inponi, sed quid illi respondeant, mihi rescribere. misericordia dei te incolumem tueatur, domine eximie et merito suscipiende ac dilectissime frater.

## XXXVI.

DILECTISSIMO ET DESIDERANTISSIMO FRATRI ET CONPRESBYTERO CASULANO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

I 1 Nescio, unde sit factum, ut primis tuis litteris meas non redderem; non tamen tui contemptu id fecisse me scio; nam et studiis tuis et ipso sermone delector teque in ista aetate iuuenali proficere in uerbo dei et abundare ad aedificationem ecclesiae et opto et exhortor. nunc uero scriptis tuis alteris sumptis, quibus tibi tandem aliquando responderi iure caritatis, in qua unum sumus, fraterno et aequissimo flagitas,

2 ausus est etiam *M edd.* 4 proculianus nouerit *signis corr. M* Proculeianus *m* 5 unde] uide *codd. edd. praeter l r m* 6 eusebii *postr. l.* (*m. 1?*) *exp. M* tacui *om. MFAR* dignaueris *MFAR* non quid] numquid *A* 8 rescribe *A* misericordia (*m. 1?*) *ex* misericordię *M* 9 incolumem te *FA* incolomem (*om.* te) *M* suspiciende, *m. 2* suscipiende *P*

*H* = *cod. Palatinus 210 s. VII.*
*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1448 s. IX.*
*P*[1] = *cod. Parisinus nou. acq. 1672 s. IX.*
*P*[2] = *cod. Parisinus 12207 s. IX.*
*P*[3] = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*T* = *cod. Trecensis 414 s. XII.*

12 desideratissimo *P*[2] et *bis H* 15 tui *om. m* me fecisse *edd.* 17 iuuenili *PP*[3]*T edd.* ad edificatione *P*[1] 20 in *om.*, *m. 1 add. P*[3]

differendum tuae dilectionis ulterius desiderium non putaui et inter artissimas occupationes meas suscepi isto me apud te debito absoluere.

2 Quod ergo me consulis, utrum liceat sabbato ieiunare. respondeo: si nullo modo liceret, profecto quadraginta continuos dies nec Moyses nec Helias nec ipse dominus ieiunasset. uerum ista ratione concluditur etiam dominico die non inlicitum esse ieiunium. et tamen quisquis hunc diem ieiunio decernendum putauerit, sicut quidam ieiunantes sabbatum obseruant, non paruo scandalo erit ecclesiae nec inmerito. in his enim rebus, de quibus nihil certi statuit scriptura diuina, mos populi dei uel instituta maiorum pro lege tenenda sunt. de quibus si disputare uoluerimus et ex aliorum consuetudine alios inprobare. orietur interminata luctatio, quae labore sermocinationis cum certa documenta nulla ueritatis insinuet, utique cauendum est, ne tempestate contentionis serenitatem caritatis obnubilet. quod periculum uitare neglexit, cuius mihi prolixam disputationem, ut ei responderem, cum tuis prioribus litteris existimasti esse mittendam.

II 3 Non autem usque adeo mihi spatia temporum larga sunt, ut ea refellendis singulis sententiis eius inpendam, quae aliis operibus magis urguentibus explicandis habeo necessaria. sed eo quo te mihi in tuis epistulis ostendis ingenio, quod in te donum dei admodum diligo, eundem sermonem cuiusdam, ut scribis, urbici paulo diligentius ipse considera et uidebis eum paene uniuersam Christi ecclesiam ab ortu solis usque ad occasum uerbis iniuriosissimis nequaquam lacerare timuisse.

6 Ex. 34, 28; III Reg. 19, 8; Matth. 4, 2; Luc. 4, 2

1 desiderium ulterius $P^3$ 2 et (t *ex ras. et corr.*) $P^1$ debito apud te $P^3$ *edd.* 3 exsoluere *T* 5 nullumodo $P^1$ 7 inlicitum] licitum $P^1$ 8 et quisquis tamen *T* *edd.* 9 decernendum esse putauerit $P^3$ 14 orietur, *supra m. ut uid. 1* l orrietur $P^3$ labore] lore $P^2$ 16 commotionis $P^3$ 18 mihi *om.*, *m. 1 add.* $P^3$ 22 urgentibus et explicandis $P^1$ 23 litteris $P^1$ 24 domum $P^2$ 25 scribis] dicis $P^3$ 26 paene *om.* $P^1$ ecclesiam christi $P^3$ *edd.* 27 timuisse, *m. 2* timuisset $P^1$

nec dixerim paene uniuersam sed plane uniuersam. nam neque ipsis, quorum consuetudinem sibi uidetur defendere, inuenitur pepercisse Romanis, sed, quo modo in eos quoque redundet conuiciorum eius impetus, nescit, quoniam non aduertit. nam cum eum argumenta deficiunt, quibus probet sabbato ieiunandum, in luxurias epularum et temulenta conuiuia et nequissimas ebrietates insultabundus inuehitur, quasi non ieiunare hoc sit inebriari. quod si hoc est, quid ergo prodest Romanis sabbato ieiunare, quando quidem aliis diebus, quibus non ieiunant, necesse est eos secundum disputationem huius ebriosos et uentricolas iudicari? porro si aliud est grauare corda in crapula et ebrietate, quod semper est malum, aliud est autem modestia et temperantia custodita relaxare ieiunium, quod certe, cum fit die dominico, reprehensorem non habet Christianum, prandia prius sanctorum a uoracitate et ebriositate uentricolarum iste discernat, ne Romanos ipsos, quando non ieiunant, uentricolas faciat, et tunc inquirat, non utrum liceat inebriari sabbato, quod nec dominico licet, sed utrum nec sabbato ieiunandum sit, sicut dominico non solet.

4 Quod utinam sic quaereret aut sic adfirmaret, ut toto terrarum orbe diffusam exceptis Romanis et adhuc paucis occidentalibus apertissime non blasphemaret ecclesiam. nunc uero quis ferat per omnes orientales et multos etiam occidentales populos Christianos de tot tantisque famulis famulabusque Christi sabbato sobrie modesteque prandentibus ab isto dici, quod i n c a r n e s i n t et d e o p l a c e r e n o n p o s s i n t et quod de illis sit scriptum: Recedant iniqui a me, uiam eorum

26 Rom. 8, 8 27 Matth. 7, 23; Luc. 13, 27

2 sibi *om.* $P^3$ 3 perpecisse (r *del.*) *H* 5 eum *om.* *HP* ei *T a l m* sabbatum *P* 6 conuiuia *om.*, *m. 2 add.* *H* nequissima ebrietatis insultandus *T* 9 quibus *in fine u. om.* $P^1$ 10 est *om.* $P^2$ 11 uetricolas, *corr. m. ut uid. 1* uentricolas $P^1$ iudicare $P^2$ 15 priu, *m. 2 add.* s *H* prior $P^1$ 17 faciat, *corr. m. ut uid. 1* faciant $P^1$ 18 quod—licet *om.* $P^3$ dominico] dominico die $P^2$ die dominico *edd.* 19 sabbatum $P^1$ 21 adhoc *HP* 24 populos *om.* $P^3$ tantique *P* 27 iniqui] inquid $P^1$

nosse nolo, et quod sint uentricolae Iudaeam ecclesiae praeponentes et ancillae filios et lege non iusta sed uoluptaria consulentes uentri, non disciplinae succumbentes, et quod caro sint et mortem sapiant et cetera huius modi, quae si de uno quopiam dei famulo diceret, quis eum audire, quis non deuitare deberet? cum uero his opprobriis atque maledictis insectatur ecclesiam per totum mundum fructificantem atque crescentem et die sabbati paene ubique prandentem, admoneo, quisquis est, ut sese cohibeat. nam cuius me nomen ignorare uoluisti, profecto de illo me iudicare noluisti.

III 5 'Filius hominis', inquit, 'sabbati dominus est, in quo maxime bene quam male facere licet'. si ergo male facimus, quando prandemus, nullo die dominico bene uiuimus. quod autem fatetur apostolos sabbato manducasse et dicit, ut tunc ieiunaretur, temporis non fuisse, propter quod ait dominus: Venient dies, ut auferatur ab eis sponsus, et tunc ieiunabunt filii sponsi, quia tempus gaudii et tempus est luctus, primum adtendere debuit, quod illic dominus de ieiunio, non de sabbati ieiunio loquebatur. deinde cum uult intellegi luctum ieiunio, cibo gaudium deputandum, cur non cogitat, quicquid est illud, quod significare deus uoluit in eo, quod scriptum est eum die septimo requieuisse ab omnibus operibus suis, non ibi luctum significatum esse sed gaudium? nisi forte dicturus est in illa requie dei et sanctificatione sabbati gaudium Iudaeis, luctum significatum esse Christianis. et tamen nec, quando sanctificauit deus diem

7 Col. 1, 6 11 Matth. 12, 8; 12 16 Matth. 9, 15 17 Eccle. 3, 4 22 Gen. 2, 2

2 filius $P^2$ uoluntaria $P^1$ 5 quempiam *P* cupiam $P^1$ copiam $P^2$ 6 deuitared $P^2$ 7 per—crescentem *om.* *T* 8 *pro* et *ras.* *T* bene $P^2$ ammoneatur *HP* 9 coibet nem cuius me• (*fuitne* o?) $P^2$ 12 facere (*m. 2 add.* t, *sed del.*) *H* 13 fecimus $P^2$ 14 apostolus $P^1$ 16 offeretur $P^2$ sponsus ab eis *edd.* 17 quia tunc tempus gaudii et nunc tempus $HPP^3$ 20 intellegi luctum, *m. 2* luctum intellegi $P^1$ gaudio umdeputandum (*sic!*) $P^2$ 21 quicquid] quid $P^1$ 23 fuisse *Tm*

septimum, quia in illo requieuit ab omnibus operibus suis, aliquid de ieiunio uel prandio sabbati expressit nec, cum postea populo Hebraeo de ipsius diei obseruatione mandauit, aliquid de alimentis uel sumendis uel non sumendis locutus est. uacatio tantum homini a suis uel seruilibus operibus imperatur, quam prior populus in umbra accipiens futurorum sic uacauit ab operibus, quem ad modum nunc Iudaeos uacare conspicimus non, ut putatur, Iudaeis carnalibus non recte intellegentibus, quod recte intellegunt Christiani. neque enim melius haec intellegimus quam prophetae, qui tamen eo tempore, quo ita fieri oportuit, seruauerunt hanc sabbati uacationem, quam Iudaei putant adhuc esse seruandam. unde illud est, quod lapidari deus hominem iussit, qui sabbato ligna collegerat; nusquam autem legimus lapidatum uel aliquo dignum supplicio iudicatum siue ieiunantem sabbato siue prandentem. quid tamen horum duorum quieti conueniat, quid labori, iste ipse uiderit, qui gaudium manducantibus, luctum ieiunantibus deputauit uel intellexit a domino deputari, ubi de ieiunio respondens ait: Non possunt lugere filii sponsi, quam diu cum eis est sponsus.

6 Quod autem propterea dicit sabbato apostolos manducasse, quia nondum erat tempus, ut sabbato ieiunarent, quod scilicet ueterum traditio prohibebat, numquid ergo iam erat tempus, ut sabbato non uacarent? nonne et hoc ueterum traditio pro-

3 Deut. 5, 12—15 6 Col. 2; 17 13 Num. 15, 35 19 Matth. 9, 15.

1 qui $P^2$ ab operibus suis omnibus *signis corr.* $P^3$ 2 uel de prandio *HP* ne $P^1$ 3 die $P^1$ 4 uel de sumendis locutus est uel de non sumendis locutus est $P^1$ 5 uacatio *ex* uocatio *m. 1 P* seruilibi $P^1$ a seruilibus *edd.* 6 imperantur (n *del. m. 1*) *T* 7 uacuit $P^1P^2$ 10 haec melius $P^3$ hoc *edd.* eo] in eo $P^2P^3$ 11 ita *om.* $P^3$ 13 quo $P^1$ lapidare $P^2P^3$ (*corr. m. ut uid. 1* lapidari) *T edd.* 14 colligerat $PP^1$ quod legerat $P^2$ *post* aliquo *ras. 1—2 l. T* 15 digno *ex corr. m. 2, fuisse uid.* dignū $P^1$ 16 qui $P^2$ horum] bonorum $P^2$ 18 deputabit $P^1$ uel—deputari *om. a e* uel a domino deputari intellexit *cett. edd.* 19 filii sponsi lugere $P^3$ 22 quod—uacarent *om. P* 24 traditio ueterum *edd.*

hibebat et uacare cogebat? et tamen eo ipso sabbati die, quo Christi legimus manducasse discipulos, uulserunt utique spicas, quod sabbato non licebat, quia ueterum traditio prohibebat. uideat igitur, ne forte congruentius ei respondeatur ideo dominum die illo a discipulis haec duo fieri uoluisse unum de spicis uellendis alterum de alimentis sumendis, ut illud esset aduersus eos, qui uolunt sabbato uacare, hoc autem aduersus eos, qui cogunt sabbato ieiunare, cum illud mutato tempore iam superstitiosum esse significasset, hoc autem utroque tempore liberum esse uoluisset. neque id confirmando dixerim, sed, quid ei multo aptius, quam sunt ea, quae loquitur, responderi possit, ostenderim.

IV 7 'Quo modo', inquit, 'non cum Pharisaeo damnabimur bis in sabbato ieiunantes?' tamquam Pharisaeus ideo damnetur, quia bis in sabbato ieiunabat, et non, quia super publicanum se tumidus extollebat. potest autem iste dicere etiam illos, qui omnium fructuum suorum decimas dant pauperibus, cum Pharisaeo damnari, quia hoc quoque ille inter sua opera praedicabat, quod cupimus a multis fieri Christianis et uix paucissimos inuenimus, aut uero, qui non fuerit iniustus, adulter et raptor, cum Pharisaeo damnabitur, quia ille se talem non esse iactabat; quod certe quisquis sentit, insanit. porro si haec sine dubio bona, quae sibi Pharisaeus inesse commemorabat, non habenda sunt cum superbiente iactantia, quae in illo apparebat, sed tamen habenda sunt cum pietate humili, quae in illo non aderat, sic et bis in sabbato ieiunare in homine, qualis fuerat ille Pharisaeus, infructuosum est, in homine

1 Matth. 12, 1 13; 20 Luc. 18, 11—12

1 sabbato die $P^2$ 3 tradio, *corr. m. 1* traditio $P$ 7 sabbato uolunt $P^1P^2P^3T$ *edd.* 8 cogunt sabbato] sabbato uolunt $P^1$ 9 utrumque $HP$ 10 dixerimus $P^2$ 11 quid] quod $T$ 12 ostenderit, *corr.* (*m. 1?*) ostenderim $H$ ostenderimus $P^2$ 16 potest—dicere *om. spatio 9—10 l. relicto* $T$ 17 fructū $P^1$ decimas *om.* $P$ 21 se talem] si tal (*sic!* l *ex* m *factum*) $P^2$ 22 si haec *bis, alterum eras.* $P$ 24 superbiente—cum *om.* $P^2$ superbienite (*post.* i *del.*) iactantia $H$ superbientē iactantiā $P^1$ 26 erat $P^1P^2P^3T$ *edd.* homine* (m *eras.*) $H$ 27 in homina (*sic!*) $P^2$

autem humiliter fideli uel fideliter humili religiosum est. quamuis euangelica scriptura non dixerit damnatum Pharisaeum, sed magis iustificatum dixerit publicanum.

8 Verum si hoc modo putauit iste intellegendum, quod ait dominus: Nisi abundauerit iustitia uestra plus quam scribarum et Pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum, ut, nisi amplius quam bis in sabbato ieiunemus, hoc praeceptum non possimus implere, bene quod septem dies sunt, qui uolumine temporum per sua uestigia reuocantur. cum ergo ex his biduum quisque detraxerit, ne sabbato dominicoque ieiunet, remanent dies quinque, de quibus Pharisaeum superare possit bis in sabbato ieiunantem. puto enim, quod, si ter in sabbato quisque ieiunat, iam superat Pharisaeum, qui bis in sabbato ieiunabat. quod si et quater uel etiam, ut nullus dierum excepto sabbato et dominico praetermittatur, in hebdomade quinquies ieiunatur, quod multi tota uita sua faciunt maxime in monasterio constituti, non solum Pharisaeus, qui bis in sabbato ieiunabat, uerum etiam Christianus, qui quarta et sexta et ipso sabbato ieiunare consueuit, quod frequenter Romana plebs facit, in labore ieiunii superabitur. et tamen nescio quis iste, ut dicis, urbicus disputator, etiam si quisque continuis quinque praeter sabbatum et dominicum diebus ita ieiunet, ut nullo die corpus omnino reficiat, eum carnalem uocat, quasi cibus et potus ceteris diebus non pertineat ad carnem, et uentricolam iudicat, quasi solius sabbati prandium descendat in uentrem.

5 Matth. 5, 20

1 humiti, *corr. m. 1* humili *P* 3 dixit *edd.* 4 putat $P^1P^2P^3T$ *edd.* 7 et *T l m* 8 praecepto *l m* possumus *T a* 11 dominicaque *T* de] in $P^1P^2P^3T$ *edd.* 13 quis *edd. praeter a* 14 et] aut *T* 15 dominica *T* 16 ieiunetur $P^1P^2P^3T$ *a e m* 17 monasteriis $P^1P^2P^3T$ *edd.* 20 in labori $P^1$ 21 superauitur *H* nescit $P^1$ dicis, *corr.* discis $P^2$ 22 quisque continuis quinque] quisque (*om.* continuis quinque) *HP* quisque quinque continuis *a* quis quinque continuis *cett. edd.* diebus praeter sabbatum et dominicum *signis corr.* $P^3$ 23 die bis $P^1$ omnino corpus reficiat *T* omnino reficiat corpus *edd.*

V 9 Huic sane non sufficit, quod ad uincendum Pharisaeum iam sufficit, ut ter in sabbato ieiunetur, sed excepto dominico sex ceteris diebus ita ieiunare compellit, ut dicat: 'Antiqua remota labe duo in carne una Christi iam sub disciplina manentes non debent cum filiis sine lege et cum principibus Sodomorum et cum plebe Gomorrhae sabbatorum uoluptaria conuiuia exercere, sed cum sanctimonii incolis ac deo deuotis sollemni et ecclesiastico iure magis ac magis legitime ieiunare, ut sex dierum uel leuis error ieiunii, orationis et elemosynae fontibus abluatur, quo possimus dominica alogia refecti omnes aequali corde digne cantare: Saturasti, domine, animam inanem et potasti animam sitientem'. ista dicens et a frequentia ieiunandi solum diem dominicum excipiens non tantum orientis et occidentis populos Christianos, in quibus sabbato nemo ieiunat, uerum et ipsam Romanam ecclesiam inprouidus et incautus accusat. cum enim dicit 'sub disciplina Christi manentes non debere cum filiis sine lege, cum principibus Sodomae, cum plebe Gomorrhae uoluptaria sabbatorum exercere conuiuia, sed cum sanctimonii incolis ac deo deuotis sollemni et ecclesiastico iure magis ac magis legitime ieiunare', ac deinde definiens, quid sit legitime ieiunare, subiungit et dicit 'ut sex dierum uel leuis error ieiunii, orationis et elemosynae fontibus abluatur', profecto eos, qui minus quam sex diebus in hebdomade ieiunant, non putat legitime exercere ieiunium nec deo esse deuotos nec maculas erroris, quae de ista mor-

5 Es. 1, 4; 10 11 Ps. 106, 9; Hier. 31, 25

2 ut ter] ut̄ $P^2$ dominicos $P^2$ sex *om.* $P^3$ et *P* caeteris sex $P^1$ 3 ita (t *ex* a *m. 1*) *P* remota lebe (*corr. m. 1* labe) *H* re mutabile, *corr.* remotabile *T* 6 uoluntaria $P^1$ 7 sanctimonei $P^2$ sanctimoniae $P^3T$ *edd.* sollemnia $P^1$ 8 et *om.* $P^1P^2T$ ecclesiasti $P^2$ 10 aequali corde digne] aequaliter *HP* 13 dominicum diem *signis corr. P* expiciens, *corr. m. 1* excipiens *H* 14 populus $P^1$ 16 sub disciplinā $P^2$ 18 subsabbatorum $P^2$ 19 sanctimoniae $P^3T$ *edd.* sollemnia $P^1$ et *om.* $P^1P^2T$ 20 legitimo $P^1$ hac $P^1$ 22 et *om.* $P^1$ 24 ebdomade *ras. ex* ebdomadae *T* ebdomada $P^1$ putant $P^1$ legitimum $P^1P^2T$ ieiunium *om.* $P^2$ 25 maculas** *T* de* *T*

talitate contrahuntur, abluere. uideant ergo Romani, quid agant, quia etiam ipsi nimium contumeliose huius disputatione tractantur, apud quos omnibus istis sex diebus praeter paucissimos clericos aut monachos quotusquisque inuenitur, qui frequentet cotidiana ieiunia, maxime quia ibi ieiunandum quinta sabbati non uidetur?

10 Deinde quaero: si uniuscuiusque diei uel leuis error ipsius diei ieiunio soluitur uel abluitur — sic enim dicit: 'ut sex dierum uel leuis error ieiunii quoque fontibus abluatur' —, quid faciemus de illo errore, qui subrepserit dominico die, in quo scandalum est ieiunare? aut si die ipso nullus Christianis error obrepit, uide, homo iste, qui uentricolas tamquam magnus ieiunator accusat, quantum honoris et utilitatis uentribus tribuat, si tunc non erratur, quando prandetur. an forte in ieiunio sabbati tantum bonum constituit, ut aliorum sex dierum, hoc est etiam ipsius dominici uel leuem, sicut dicit, errorem solum ieiunium sabbati possit abolere et solo ipso die non erretur, quo toto utique ieiunatur? quid est ergo quod diem dominicum sabbato uelut Christiano iure praeponit? ecce secundum ipsum dies sabbati multo sanctior inuenitur, in quo et non erratur, cum eius toto spatio ieiunatur, et eodem ieiunio sex ceterorum dierum ac per hoc et ipsius dominici error abluitur. puto, quod tibi non placeat ista praesumptio.

11 Iam uero cum se hominem spiritalem uideri uelit et tamquam carnales pransores sabbati accuset, adtende, quem ad modum dominici diei non parco prandio reficiatur, sed alogia delectetur. quid est autem alogia, quod uerbum ex Graeca

3 tractatur, *corr. m. 1* tractantur *P* 4 clericos aut *om.* $P^1$ 5 frequentent $P^1$ frequent̄ et $P^2$ ibi *om.* *HP* 7 uniusquuusque $P^2$ erro $P^2$ ipsius—error *om.* $P^3$ 10 subrepsit $P^3$ 11 die] de $P^1$ ipse $P^2$ 12 obrepsit (sit *in ras. m. 1, fuit* serit) *P* uideat $P^3$ *edd.* 14 in *om.* *T* 16 ipsius etiam $P^3$ *edd.* 18 itique (*sic!*), *corr.* utique *H* 19 christianus $P^1$ 21 errator $P^2$ ieiunatur spatio $P^1$ et] ut $P^2T$ 22 rex $P^2$ ac] hac $P^1$ et *om.* *f l r m* 23 obluetur (e *supra u. m. 1*) $P^2$ abluatur *T* placet *edd.* ista *bis, alterum del.* *H* 24 uidere uel•it $P^1$ et tamquam] etiam quam *P* 25 accusat *HP* 27 est] es $P^2$

lingua usurpatum est, nisi cum epulis indulgetur, ut a rationis tramite deuietur? unde animalia ratione carentia dicuntur aloga, quibus similes sunt uentri dediti. propter quod inmoderatum conuiuium, quo mens, in qua ratio dominatur, ingurgitatione uescendi ac bibendi quodam modo obruitur, alogia nuncupatur. insuper etiam propter cibum ac potum non mentis sed uentris alogia diei dominici dicit esse cantandum: Saturasti, domine, animam inanem et potasti animam sitientem. o uirum spiritalem! o magnum ieiunatorem! o carnalium reprehensorem et non uentricultorem! ecce qui nos admonet, ne lege uentris legem domini corrumpamus, ne panem caeli uendamus esca terrena, et adiungit: 'Quia esca Adam paradiso periit, esca Esau primatus amisit'. ecce qui dicit: 'Est enim Satanae usitata calumnia temptatio uentris, cui modicum suadet, ut auferat totum. et horum', inquit, 'interpretatio praeceptorum uentricolas minus incuruat'.

12 Nonne his uerbis suis id agere uidetur, ut etiam die dominico ieiunetur? alioquin sanctior erit sabbati dies, quo dominus in monumento requieuit, quam dominicus, quo a mortuis resurrexit. sanctius est enim profecto sabbatum, si secundum uerba huius in sabbato per ieiunium peccatum omne uitatur et, quod aliis diebus contractum est, aboletur, in dominico autem per escam uentris temptatio non cauetur et diabolicae calumniae locus datur et paradiso peritur et primatus amit-

7 Ps. 106, 9; Hier. 31, 25

3 aloca $P^2$ dedici $P^2$ 4 conuiuum $P^2$ in qua] in quo *P* 5 ad, *corr.* ac $P^2$ uiuendi $P^1$ 6 putum, *corr.* potum *H* 7 uentri, *m. 2* uentris $P^1$ alogia *om. spatio 5—6 l. relicto* $P^1$ diei] diedi $P^2$ dominico $P^1$ cantatum $P^1$ 9 o carnalium reprehensorem o magnum ieiunatorem $P^1P^2P^3T$ *edd.* 10 uentris cultorem $P^3$ 11 nec $P^2$ dī *T* 12 *pro* et *ras.* *T* qui $P^2$ 13 adam de paradiso *T* primatum *m* qui] quid $P^3$ 15 qui *f l m* 16 uentricolai, *corr.* uentricolas *H* minus—id *om.* *P* 17 suis *om.* $P^1$ id] it $P^2$ 18 sacior $P^2$ 20 enim *om.* $P^1$ 21 in *om.* *HP* uidatur $P^2$ 22 diebus aliis *edd.* 23 escam] esu $P^1$ non cauetur] uacatur *T* 24 et a paradiso $P^1$ ammittitur *P*

titur. quid est ergo quod rursus sibi ipse contrarius admonet. ut non prandio moderato, sobrio, Christiano reficiamur dominico die, sed in alogia laetantes plaudentesque cantemus: Saturasti, domine, animam inanem et potasti animam sitientem? nempe si tunc non erramus, quando ieiunamus, et aliorum sex dierum errores tunc abluimus, cum sabbato ieiunamus, nullus erit die dominico deterior, nullus sabbato melior. crede, dilectissime frater, nemo legem sicut iste intellegit, nisi qui non intellegit. si enim Adam non cibus sed prohibitus cibus perdidit et Esau, nepotem sancti Abrahae, non esca sed usque ad contemptum sacramenti, quod in primatu suo habuit, concupita esca damnauit, sic a sanctis et fidelibus pie prandetur, quem ad modum a sacrilegis et incredulis impie ieiunatur. praeponitur autem dies dominicus sabbato fide resurrectionis, non consuetudine refectionis aut etiam uinolentae licentia cantionis.

VI 13 'Moyses', inquit, 'quadraginta diebus panem non manducauit nec bibit aquam'. cur autem hoc dixerit, subiunxit atque ait: 'Ecce Moyses, amicus dei, nubis inquilinus, delator legis et populi dux, ter bina sabbata ieiunio celebrans non offensam sed meritum conlocauit'. numquid adtendit, quid hinc possit

4 Ps. 106, 9; Hier. 31, 25 9 Gen. 2, 17; 3, 1—6; 25, 29—34 17 Ex. 24, 18

1 ergo est *edd.* ipse sibi *signis corr.* $P^3$ 2 modesto $P^2P^3T$ *edd.* subrio, *corr.* sobrio *H* reficiamus $P^1$ domico $P^2$ dominico die] dñi *et deinceps spatium 8—9 l. uacuum, m. 2* dñico die $P^1$ 3 plaudentesque *om. spatio 14—16 l. relicto* $P^1$ cantamus, *corr. m. 1* cantemus *H* canemus, *m. ut uid. 2* cantemus *T* 5 tanc, *corr. m. 1* tunc *H* 7 deterior die dominico *cum parua ras. ante* deterior *et super* dominico $P^3$ 8 crede, *m. 2* crede michi $P^1$ dilextisimi $P^2$ 9 adam] malum *HP* 10 prohibitur $P^2$ perdiderit *T* et *ex corr.* (*fuitne* ut?) *T* sancti. $P^2$ 11 escam $P^1$ contemptum] contenti $P^2$ in primatus fo (*sic!*) habuit concubita $P^2$ 15 abbato uide $P^2$ consuetudinem (m *del*) *H* 16 etiam] ēē *T* ninulentiae $P^1$ uinoletae $P^2$ 17 XL $HPP^3$ manducabit $P^1$ 18 uiuit *H* hoc o (o *del.*) dixerit *H* dixerit hoc *T* subiungit $P^1T$ *m* sibi iunxit $P^2$ 19 nobis *HP* debator $P^2$ 20 binas sabbatas ieiunio $P^2$ binas sabbatas ieiunii $P^1$ binis sabbatis ieiunium *T* cebrans $P^2$ offensa $P^1$ 21 hic $P^1$ possi *add.* (*m. 2?*) t *H*

consequenter opponi? quia utique, si Moysi ieiunantis propterea proponit exemplum, quoniam in illis quadraginta diebus ter bina, sicut loquitur, sabbata ieiunauit, et ex hoc uult persuadere, ut sabbato ieiunetur. ex hoc ergo persuadeat, ut et dominico ieiunetur, quia in illis quadraginta diebus nihilo minus Moyses ter binos dominicos ieiunauit. sed addit ac dicit: 'Et adhuc cum Christo dominicus a deo imminenti ecclesiae seruabatur'. quod cur dixerit, nescio; si enim propterea, quia multo magis ieiunandum est, posteaquam uenit cum Christo dominicus dies, ergo, quod absit, etiam ipso dominico die ieiunetur; si autem timuit, ne propter dierum quadraginta ieiunium obiceretur etiam dominico die ieiunandum, et ideo addidit, quod 'adhuc cum Christo imminenti ecclesiae dies dominicus seruabatur', ut uidelicet ea causa intellegatur ieiunasse Moyses etiam die, qui sequitur sabbatum, quia nondum uenerat Christus, per quem factus est ipse dies dominicus, quo non expedit ieiunare, quare ipse Christus quadraginta diebus similiter ieiunauit? cur non illis diebus in quadraginta ter binis, qui sabbatum sequebantur, ieiunium soluit, ut iam dominici diei prandium commendaret etiam ante suam resurrectionem, sicut sanguinem suum potandum dedit ante passionem? uides certe dierum quadraginta ieiu-

17 Matth. 4, 2; Luc. 4, 2

1 opponi (op *ex corr.*) *T* si *om.* $P^1$ ieiunantes, *corr.* ieiunantis *H* 2 ponit $P^3$ *edd.* in *om.* *T* XL $HPP^3$ 3 binas $P^2$ binis *T* sabbato, *corr. m. 1* sabbata *H* sabbatas $P^2$ sabbatis *T* 4 sabbati $P^1$ persudeat $P^2$ 5 illos, *corr. m. 1* illis *H* XL $HPP^3$ 6 binas dominicas *HP* binas dominicos $P^2$ addidit *P* 7 a deo—dominicus *om.* *P* a deo] adeo $P^2P^3$ dies *T edd.* 10 dies est ergo *HP* etiam *om.* *HP* 11 die *om.* $P^1P^2P^3T$ *edd.* 12 XL $P^3$ dominico *postr. l. ex corr.* (*fuitne* u?) $P^1$ die *om.* $P^1P^2P^3T$ *edd.* 13 quod] sed *HP* 16 dies ipse $P^1P^2P^3T$ 17 qui, *corr.* (*m. 1?*) quo *T* expediat ieiunare $P^1$ expediat ieiunari $P^2P^3T$ *edd.* quur *ut plerumque* $P^2$ cur $P^1P^3T$ *edd.* 18 XL *P* illis diebus in] illis diebus, *corr.* (*m. 1?*) illis diebus in *H* in illis diebus $P^3$ *edd.* 19 XL $HPP^3$ sequebantur sabbatum *edd.* 20 iam] etiam *HP* etiam] commune *T* 21 resurrectionem suam $P^3$ (*signis corr.*) *edd.* 22 certē $P^2$ XL $PP^3$

nium, quod iste commemorat, sic ad rem non pertinere, ut sabbato ieiunemus, quo modo ad rem non pertinet, ut dominico ieiunemus.

14 Prorsus non adtendit, quid ei de die dominico possit opponi, quando, sicut accusanda sunt ebriosa conuiuia et omnis uorax ac temulenta luxuries, sic accusat prandia sabbatorum, cum possint et ipsa esse modestorum atque sobriorum. et ideo non est illi ad singula respondendum, quoniam pro sabbati prandio uitia luxuriae reprehendendo eadem atque eadem saepe dicit aliud non inueniendo, quod dicat, nisi quod inaniter et ad rem non pertinens dicit. utrum non sit sabbato ieiunandum, quaeritur, non utrum non sit sabbato luxuriandum, quod nec dominico faciunt, qui deum timent, quamuis in illo utique non ieiunent. quis autem diceret, quod iste ausus est dicere? 'quo modo', inquit, 'pro nobis aut per nos rata erunt deo aut digna, quae nos sanctificata die ad peccatum cogunt?' sanctificatam diem sabbati confitetur et ad peccatum dicit cogi homines, quia prandetur, ac per hoc secundum istum aut dies dominicus sanctificatus non est et incipit esse sabbatum melius aut, si est et dominicus dies sanctificatus, ad peccatum cogimur, quia prandemus.

I 15 Et conatur testimoniis diuinis probare sabbato ieiunandum, sed, unde hoc probet, omnino non inuenit. 'manducauit', inquit, 'et bibit uinum Iacob et satiatus est et recessit a deo salutari suo et ceciderunt una die uiginti tria milia', quasi dic-

23 Ex. 32, 1—8; 28

4 prorsū $P^2$ quide ei $P^2$ qđ ei *T* de *om.* $P^1$ posset $P^3$ 5 ebriosā $P^2$ 6 tumulenta $P^1$ 8 sabbatu $P^2$ 9 luxuriae uicia $P^3$ reprehendo *T* 10 inueniendū $P^2$ nisi] s; (= sed) *T* 11 dicit *om.* *T* sabbato (o *ex corr.*) $P^1$ 12 non utrum *om.* *HP* non sit sabbato] sit sabbato $P^3$ sabbato sit *a e* sabbato non sit *cett. edd.* 13 nec dominico] nec in dominico $P^3$ dominico ñ *T* illo] eo $P^1$ 15 erū $P^2$ 16 deo *om.* *P* ad] at $P^2$ cogant $P^1P^2Tm$ 17 sanctificatam] |tam $P^1$ ad peccato $P^2$ 18 hac (h *del.*) *H* secundum istum *om.* *T* 19 aut dies] audies $P^2$ 20 et *om.* *HP* 22 *pro* et *ras.* *T* probare diuinis $P^3$ *edd.* 23 manducabit $P^1$ 24 iacob uinum *edd.* 25 XX ti $P^3$

tum sit: 'Prandit sabbato Iacob et recessit a deo salutari suo'. et apostolus quando commemorauit cecidisse tot milia, non ait: 'Neque prandeamus sabbato, sicut illi pranderunt', sed ait: Neque fornicemur, sicut quidam eorum fornicati sunt et ceciderunt una die uiginti tria milia. quid sibi etiam uult, quod ait: 'Sedit autem populus manducare et bibere et surrexerunt ludere'? posuit quidem et apostolus hoc testimonium, sed ut a seruitute idolorum, non a sabbati prandio prohiberet. sabbato autem illud factum esse iste non probat, sed, ut libitum est, suspicatur. sicut autem fieri potest, ut ieiunetur et, cum ieiunium soluitur, si quisque ebriosus est, tunc inebrietur, ita fieri potest, ut non ieiunetur et, si temperantes sunt homines, modestissime prandeatur. quid est ergo quod sabbati uolens persuadere ieiunium adhibet apostolum testem dicentem: Nolite inebriari uino, in quo est omnis luxuria, quasi dixerit: 'Nolite prandere sabbato, quia ibi est omnis luxuria'. sicut autem hoc praeceptum apostolicum, ne inebrientur uino, in quo est omnis luxuria, obseruatur a Christianis deum timentibus, quando prandent die dominico, ita obseruatur, quando prandetur et sabbato.

16 'Ut expressius', inquit, 'errantibus contradicam, nemo ieiunio deum, etsi non promeretur, offendet; porro et non offendere promereri est'. quis hoc diceret, nisi qui nollet considerare, quid diceret? ergo pagani quando ieiunant, non ideo magis

4 I Cor. 10, 8. 6 Ex. 32, 6; I Cor. 10, 7 16 Eph. 5, 18

1 ***iacob (*fuit* iac) $P^2$ salutario *P* 3 sabbato *om.* $P^1$ 4 illorum $P^1$ 5 de, *corr. m. 1* die *P* 6 etiam *om.* $P^1$ quod* *T* agit $P^2$ autem *om.* $P^1P^3$ 8 et *om.* *T* a seruitutem $P^1$ 11 cum] eum $P^2$ 12 quis *P edd. praeter a* 13 temperantes (s *ex* n *m. 1*) *P* 15 testem *om. HP* 16 luxorie, *corr.* luxoria $P^2$ quasi—luxuria *om.* *P* 17 diceret *edd.* luxurie, *corr.* luxuria $P^2$ 18 pre//////////ceptum (*in ras. fuisse uid.* ceptum) *T* inebrietur *P* uinū $P^2$ 20 prandent] pranderit $P^2$ prandetur $P^3$ *edd.* 22 ut *et* contradicam *om. relicto utroque loco 10—12 l. spatio* $P^1$ ieiunio* *ex* ieiuniu* *m. 1 P* 23 offendit $PP^3T$ *edd.* 24 haec $P^1$

offendunt deum aut, si de Christianis uoluit, quod dixit, intellegi, quis non deum offendit, si uelit cum scandalo totius, quae ubique dilatatur, ecclesiae die dominico ieiunare? deinde subiecit testimonia de scripturis ad causam, quam suscepit, nihil ualentia. 'ieiunio', inquit, 'Helias paradiso donatus in corpore regnat', quasi ieiunium non praedicent, qui sabbato non ieiunant, sicut ieiunium praedicant, qui tamen die dominico non ieiunant, aut Helias eo tempore ieiunauerit, quo populus dei etiam sabbato ieiunabat. quod autem respondimus de quadraginta diebus ieiunii Moysi, hoc deputo esse respondendum etiam de quadraginta diebus Heliae. 'ieiunio', inquit, 'Danihel leonum sicca rabie ora inlaesus euasit', quasi legerit, quod sabbato ieiunauerit aut etiam cum ipsis leonibus sabbato fuerit, ubi tamen legimus, quod et pranderit. 'ieiunio', inquit, 'trium fida germanitas ignibus coruscanti carceri dominata rogi hospitio susceptum dominum adorauit'. haec exempla sanctorum nec ad persuadendum cuiuscumque diei ieiunium ualent, quanto minus sabbati, quando quidem non solum non legitur tres uiros sabbato fuisse missos in caminum ignis ardentem, sed ne illud quidem legitur tam diu illic eos fuisse, ut posset eos quisquam dicere ieiunasse;

5; 11 III Reg. 19, 8; IV Reg. 2, 11  11 Dan. 6, 16—23  14 Dan. 3, 23—93

1 offendunt, *m. ut uid. 2* ñ offendunt *T*  si de] fide $P^1$  uolui $P^2$  2 non] nam $P^2$  offendet $P^1P^2P^3T$ *edd.*  3 potius $P^1$  die dominico *om.* $P^3$  *post* die *detritum uid.* in *H*  4 subicit $P^1P^2P^3T$ *edd.*  ad *om.* *P*  5 suscepi $P^2$  Helias] eligas $P^2$  6 ieiunioum non praedicet $P^2$  8 ieiunauit, *corr. m. 1* ieiunauerit *P*  10 XL *HPP*$^3$  deputa $P^1P^2P^3T$ *edd.*  11 responsum $P^1P^2T$ *m*  etiam *om.* $P^3$ et *edd.* XL *PP*$^3$  12 leonum *om.* *P*  sicca sabie (*m. 2* rabie) ora *H* sicca rabie (*om.* ora) $P^1P^2$ siccam rabiem $P^3T$ *edd.*  laesus $P^2$  quiasi *del. pr.* i *H*  13 ieiunarit $P^1$  14 legibus $P^2$  et *bis* $P^2$  pranderit, *corr. m. 1* pranderet *P*  15 germanis $P^1$  16 regi *H*  susceptum dominum] suscepit uel deum $P^1$  17 die $P^1$  18 quando, *corr.* quanto *H*  20 ardentem, *corr.* (*m. 2?*) ardentis *P*  21 illuc, *corr.* illic *H*  possed $P^2$ possit $P^1P^3T$ *edd.*  eos *om.* $P^2P^3T$  quisquam dicere eos *edd.*

immo uero uix unius horae spatium est, quo eorum confessio hymnusque cantatur, nec amplius inter illas flammas innoxias deambulauerunt, quam canticum illud terminauerunt, nisi forte ab isto etiam unius horae spatium ieiunio deputatur. quod si ita est, non habet, quod suscenseat pransoribus sabbati; usque ad horam enim prandii multo quam in illo camino prolixius ieiunatur.

17 Adhibet et illud apostoli testimonium, ubi ait: Non est regnum dei esca et potus sed iustitia et pax et gaudium in spiritu sancto, et regnum dei ecclesiam uult intellegi, in qua deus regnat. obsecro te, numquid hoc agebat apostolus, cum ista loqueretur, ut sabbato a Christianis ieiunaretur? sed nec de ipso cuiuscumque diei ieiunio loquebatur, cum haec diceret. dictum est enim aduersus eos, qui more Iudaeorum secundum ueterem legem in obseruatione quorundam ciborum putabant esse munditiam, et ad eorum fratrum admonitionem, per quorum escam et potum indifferenter acceptum scandalizabantur infirmi. ideo cum dixisset: Noli in esca tua illum perdere, pro quo Christus mortuus est, et: Non ergo blasphemetur bonum nostrum, tunc adiunxit: Non enim est regnum dei esca et potus et cetera. nam sicut iste uerba haec apostoli intellegit, ut regnum dei, quod est ecclesia, non sit in esca et potu sed in ieiunio, non dico sabbatis ieiunare, sed numquam

8 Rom. 14, 17. 19 Rom. 14, 15 20 Rom. 14, 16

1 quod $P^1$ eorum *om.* $T$ 2 hymnusque—deambulauerunt *positum est post* quam canticum illud terminauerunt nisi $P^2$ cantetur, *m. ut uid. 2* cantatur $T$ 4 hora, *corr. m. 1* horae $H$ ore $P^1$ ieiunium deputetur $P^1$ 5 succenseat *ex corr. m. 1, fuisse uid.* succendeat $P$ 6 sabbati *om.* $P^1$ oram $P^1$ 7 ieiunetur $P^1$ ieiunatus $P^2$ 9 iustitas $P^2$ 10 ecclesiam *om.* $P^3$ 12 a *om., m. 2 add.* $H$ christia, *m. ut uid. 2 add.* nis $T$ 13 cuiuscumque] cumque $P$ 14 dic*tum (*fuitne* o?) $P^2$ 15 morem $HP$ mire $P^2$ ueterum $T$ 16 putabantur se munditiam $P^2$ 19 illum in esca tua *edd.* in *om., m. 1 add.* $P^3$ tua] tu $P$ quo] co $P^2$ 20 et *om.* $P^1P^2T$ 21 regnum dei] regnum, *corr.* (*m. 1?*) regnū dī $T$ 22 et cetera *om.* *m* apostoli *om.* $HP$

omnino cibum ac potum sumere deberemus, ne de isto dei regno umquam recederemus. puto autem, quia isto confitente aliquanto religiosius die dominico ad ecclesiam pertinemus, quando tamen et ipso concedente prandemus.

[18 'Cur', inquit, 'sacrificium potiori domino carum murmuremus offerre, quod spiritus desiderat et angelus laudat?' deinde adiungit angeli testimonium dicentis: Bona est oratio cum ieiunio et elemosyna. quid dixerit 'potiori domino', nescimus, nisi forte scriptor errauit et te fugit, ut, quod mihi legendum misisti, non emendares. sacrificium ergo domino carum ieiunium uult intellegi, quasi de ieiunio uersetur haec quaestio et non de ieiunio sabbati. neque enim dominicus dies sine sacrificio, quod deo carum est, peragitur, quia non ieiunatur. sequitur adhuc et ingerit testimonia ad causam, quam defendendam suscepit, penitus aliena. 'immola', inquit, 'deo sacrificium laudis', et istam uocem diuini psalmi uolens ad quod agitur nescio quo modo conectere 'utique', inquit, 'non sanguinis aut ebrietatis conuiuium, quo non laudes debitae deo sed blasphemiae diabolo suffragante siluescunt'. o inprouidam praesumptionem! non ergo immolatur sacrificium laudis dominico die, quia non ieiunatur, sed agitur 'ebrietatis conuiuium' et 'blasphemiae diabolo suffragante siluescunt'. quod si nefas est dicere, intellegat non ieiunium significari in eo, quod scriptum est: Immola deo sacrifi-

7 Tob. 12, 8  15 Ps. 49, 14

1 ac] aut $P^1P^3$ (*m. 1 supra* ł ac) et *T*  debere *T*  nec (c *del.*) *P*  2 regnoūquam (o *eras.*) $P^2$  confidente *T*  3 diei $P^2$  5 murmuramus $P^1P^2P^3T$ *edd.*  8 nescio $P^1P^3T$ *edd.* nestio $P^2$  9 errauerit $P^1$  fuit $P^2$  quod] quod s (s *del.*) *H*  10 em̄*dares (*fuit* ē) *T* emendarer $P^1$  ergo *om.* $P^1$  domini $P^1$  11 carum *om. spatio 8—9 l. relicto* $P^1$  qua‿si $P^1$  13 sacrificium, *corr.* sacrificio *H*  14 a causam, *m. 2* ad causam, *sed* d *et* m *del.* *H* a causa $PP^2P^3T$ *edd.* 17 nestio $P^2$  18 conuicium $P^1P^2$ conuitium *T*  non *om.* *HP*  19 suffrag*ante (*fuit* r) *T*  20 immolatur deo sacrificium $P^1$  21 agitur] atur $P^2$  22 conuicium $P^1$ conuitium *T*  suffragantes luescunt $P^2$  24 significare, *corr.* significari $P^2$

cium laudis. ieiunium quippe certis diebus et maxime festis non agitur, sacrificium uero laudis ab ecclesia toto orbe diffusa diebus omnibus immolatur. alioquin, quod nullus non dico Christianus sed nec insanus dicere auderet, dies illi quinquaginta post pascha usque ad pentecosten, quibus non ieiunatur, erunt secundum istum a sacrificio laudis alieni. quibus tantum modo diebus in multis ecclesiis, in omnibus autem maxime cantatur alleluia, quam uocem laudis esse nullus Christianus quamlibet inperitus ignorat.

19 Confitetur tamen etiam ipse die dominico non in ebrietate sed in iucunditate pranderi, cum dicit debere nos ex Iudaeis et gentibus multis Christiani nominis fide paucos electos uespertino sabbatorum incenso pro pecudum uictimis ieiunium deo placitum laudibus immolare, cuius feruore cremata deficiant opera delictorum. 'et mane', inquit, 'exaudiet nos a nobis auditus et erunt nobis domus ad manducandum et bibendum non in ebrietate sed in iucunditate dominica celebritate perfecta'. tunc ergo eulogia, non, ut superius ait, alogia celebratur. sed quid eum offendit sabbati dies, quem deus sanctificauit, ignoro, ut in eo non putet posse manducari et bibi cum tali iucunditate, quae careat ebrietate, cum sic ante sabbatum ieiunare possimus, quo modo dicit ante dominicum sabbato ieiunandum. an continuo biduo prandere nefas esse arbitratur? uideat ergo, quanta afficiat contumelia ipsam

1 quippe] quidem $P^1$ 2 uero *om.*, *m. 2 add.* *H* ecclesie $P^2$ 3 immolatu; $P^2$ 5 paschâ $P^1$ ad] a $P^2$ pentecostē *T* 7 in *ante* omnibus *om.* $P^1P^2$ 8 autem maxime] tamen magis $P^1$ cantur $P^2$ quem $P^2$ 10 ipso *T edd.* dominica, *corr. m. 1* dominico $P^3$ 12 multos *l r m* christianis nomine $P^2$ christiano nomine *T* christianos nomine *l r m* paucis *T* 14 laudis $P^1T$ feruorem (m *del.*) *H* crementa $P^1$ crem*ata *T* deficiunt *HP* deficient $P^2$ 15 exaudiat $P^2Tm$ uos *HP* 18 ego $P^2$ eulogia, *m. 2* alogia *H* eualogia *P* eulogias $P^2$ cebratur $P^2$ 19 quid deum *HP* qui deum $P^1P^2$ quid ei *T* dominus $P^1P^2P^3T$ *edd.* 21 sic] nec *HP* 22 ante sabbatum dominico $P^3$ 23 pranderi $P^1P^2P^3T$ *edd.* 24 arbitratu; $P^2$ afficitiat *T*

quoque Romanam ecclesiam, ubi et his hebdomadibus, in quibus quarta et sexta et sabbato ieiunatur, tribus tamen continuis diebus, dominico scilicet ac deinde secunda tertiaque prandetur.

20 ‘Ouium uitam certum est’, inquit, ‘arbitrio pendere pastorum; sed uae qui dicunt quod bonum malum et tenebras lucem et lucem tenebras et amarum dulce et dulce amarum’. quid sibi uelint haec uerba eius, non satis intellego. si enim haec *tu* scribis, sicut urbicus dicit, in urbe plebs pendens ex pastoris arbitrio cum episcopo suo ieiunat sabbato; si autem ad te ista scripsit, quia in epistula tua et ipse quiddam tale dixisti, non tibi persuadeat urbem Christianam sic laudare sabbato ieiunantem, ut cogaris orbem Christianum damnare prandentem. cum enim dicit: ‘Vae qui dicunt quod bonum malum et tenebras lucem et lucem tenebras et amarum dulce et dulce amarum’ ieiunium sabbati uolens intellegi bonum et lucem et dulce, prandium uero malum et tenebras et amarum, quis eum dubitet in omnibus Christianis sabbato prandentibus uniuersum orbem damnare terrarum? nec se ipse respicit nec, quibus dicat, adtendit, ut scriptis suis ab ista praecipiti cohibeatur audacia. continuo quippe subiunxit: ‘Nemo ergo uos iudicet in esca aut in potu’, quod ipse utique facit, qui sabbato

6 Es. 5, 20 22 Col. 2, 16

1 in quibus *om.* $T$ 2 quarta] quanta $P^2$ quinta $T$ 3 diebus continuis $P^1P^2P^3T$ *edd.* terciaq;** (*fuitne* ue ?) $T$ et tertia *edd.* 5 uita $P^1$ arbitrium pandere $P^2$ 8 intellegam, *corr.* intellego $P^2$ 9 tu scribis] ut scribis $HPP^1P^2P^3$ *f l r m* scribi, *add. m. ut uid. 1* t $T$ scribis *a e*; *emendaui* tu scribis sicut] sic *m* 11 si autem] si autem si $P^1$ si autem sic $T$ *f l r m* scribsi $P^2$ 12 quidam $P^2$ sisti $P^2$ scripsisti $P^3$ *edd.* persuadet $P^2$ 13 orbem (o *ex corr; fuitne* u ?) $T$ 15 et lucem *bis, alterum del.* $P^3$ 17 uolunt $P$ 18 tenebrans $P^2$ amarū (u *ex* a *factum*) $P^1$ lucem, *sed exp. et in marg.* (*m. 1* ?) amarum $T$ 19 dubitat *edd.* 20 nec quibus] nec qui $P^2$ nec quid $T$ *l r m* ne quid $P^1$ 21 scripsitis (*sic !*), *corr.* scribtis $P^2$ 22 subiungit, *corr. m. 1* subiunxit $T$

sumentes escam potumque sic arguit. quantum erat, ut hinc ei ueniret in mentem etiam illud, quod idem apostolus alibi dicit: Qui manducat, non manducantem non spernat et, qui non manducat, manducantem non iudicet? isto modo hoc temperamentum, quo scandala deuitaret, inter ieiunantes sabbato et manducantes teneret, ut et ipsum non manducantem manducans quisque non sperneret et ipse non manducans manducantem non iudicaret.

IX 21 'Petrus etiam', inquit, 'apostolorum caput, caeli ianitor et ecclesiae fundamentum, extincto Simone, qui fuerat diaboli non nisi ieiunio uincendi figura, id ipsum Romanos edocuit, quorum fides adnuntiatur uniuerso orbi terrarum'. numquid ergo ceteri apostoli prandere Christianos contra Petrum docuerunt in uniuerso orbe terrarum? sicut itaque inter se uixerunt concorditer Petrus et condiscipuli eius, sic inter se concorditer uiuant sabbato ieiunantes, quos plantauit Petrus, et sabbato prandentes, quos plantauerunt condiscipuli eius. est quidem et haec opinio plurimorum, quamuis eam perhibeant esse falsam plerique Romani, quod apostolus Petrus cum Simone mago die dominico certaturus propter ipsum magnae temptationis periculum pridie cum eiusdem urbis ecclesia ieiunauerit et consecuto tam prospero gloriosoque

3 Rom. 14, 3

2 ei *om., m. 1 add.* $P^3$ in] i $P^2$ apostolos $P^2$ dicit alibi *signis corr.* $P^1$ 3 manducantem] manducado (*sic!*) $P^2$ 5 istum modo $P^2$ istum modum $P^1 T m$ deuitasset $P^1$ 6 ieiunante, *m. 2 add.* s *H* teneret ut] tene sicut $P^1$ et ut, *corr. uid.* ut et *T* ipso $P^2$ 7 non sperneret] conspenneret (*sic!*) $P^2$ ipse] qui $P^1$ 8 iudicaret *sed* car *ex corr. uix m. 1 T* 9 etiam] in¦etiam (in *del. et* etia *in ras.*) *P* ianitor *H* (r *in ras. m. 1*) *T* (r *m. 2 add.*) 10 diaboli fuerat *m* fuerit $P^1 P^2$ 11 non nisi] non etsi $P^1$ figura non nisi $P^3$ uicendi, *m. 2* uincendi *T* 14 in *om.* $P^2$ orbi $P^2$ re, *m. 2* se *H* 15 disciputi, *corr. m. 1* condiscipuli $P^3$ 20 cum simonē ago $P^1$ dominica $P^3$ ipsam magnam et temptationis $P^1$ 21 pridie] ipsi die $P^1$ 22 ecclesię $P^1$ prospero ac glorioso successu *T* prosperum gloriosum successu (*sic!*) *P*

successu eundem morem tenuerit eamque imitatae sint nonnullae occidentis ecclesiae. sed *si*, sicut iste dicit, magus Simon figura erat diaboli, non plane sabbatarius aut dominicarius sed cotidianus est ille temptator; nec tamen aduersus eum cotidie ieiunatur, quando et diebus dominicis omnibus et quinquaginta post pascha et per diuersa loca diebus sollemnibus martyrum et festis quibusque prandetur, et tamen diabolus uincitur, si oculi nostri sint semper ad dominum, ut ipse euellat de laqueo pedes nostros, et, siue manducamus siue bibimus siue quodcumque facimus, omnia in gloriam dei faciamus et, quantum in nobis est, sine offensione simus Iudaeis et Graecis et ecclesiae dei. quod parum cogitant, qui cum offensione manducant uel cum offensione ieiunant et per utramlibet intemperantiam scandala concitant, quibus non superatur diabolus, sed laetatur.

22 Quod si respondetur hoc docuisse Iacobum Hierosolymis, Ephesi Iohannem ceterosque aliis locis, quod docuit Romae Petrus, id est ut sabbato ieiunetur, sed ab hac doctrina terras ceteras deuiasse atque in ea Romam stetisse et e contrario referetur occidentis potius aliqua loca, in quibus Roma est, non seruasse, quod apostoli tradiderunt, orientis uero terras, unde coepit ipsum euangelium praedicari, in eo, quod ab omnibus simul cum ipso Petro apostolis traditum est, ne

8 Ps. 24, 15 9 I Cor. 10, 31—32

1 monem $P^2$ eumque *T f l r m* imutate, *ras.* imitate $P^2$ /////imitantes (in *eras.?*) *T* sunt $P^2$ nonnulla $P^2$ nonnulli *T* 2 occidentales $P^1$ sed sicut *codd. a e* sed si ut *cett. edd.; scripsi* sed si sicut Simon magus *edd.* mag*us (n *eras.?*) $P^1$ 3 figura era erat $P^2$ 6 paschā $P^1P^2$ 7 quibus *P* 11 gloria $P^1$ dñi $P^3$ est] es $P^2$ 12 offensionem sumus, *m. 2* offensione simus *H* offenone simus $P^2$ 13 offensionem $P^1$ 15 scandalo $P^2$ cogitant *HP* concidant $P^2$ 17 hoc] ohoc $P^2$ 19 ab hac] ad ac $P^2$ 20 ceteros obuiasse $P^1$ eam (m *del.*) *P* e *om.* $PP^1$ 21 referretur *T* refertur *cum ras. super* rt $P^3$ refertur *edd.* aliq *ceteris l. in fine u. detritis* $P^1$ 23 cepit *T* 24 apostolis *om.* $P^3$

sabbato ieiunaretur, sine aliqua uarietate mansisse, interminabilis est ista contentio generans lites, non finiens quaestiones. sit ergo una fides uniuersae, quae ubique dilatatur, ecclesiae tamquam intus in membris, etiam si ipsa fidei unitas quibusdam diuersis obseruationibus celebratur, quibus nullo modo, quod in fide uerum est, impeditur. omnis enim pulchritudo filiae regis intrinsecus. illae autem obseruationes, quae uariae celebrantur, in eius ueste intelleguntur, unde ibi dicitur: In fimbriis aureis circumamicta uarietate. sed ea quoque uestis ita diuersis celebrationibus uarietur, ut non aduersis contentionibus dissipetur.

X 23 'Postremo', inquit, 'si Iudaeus sabbatum colendo dominicum negat, quo modo sabbatum Christianus obseruat? aut sumus Christiani et dominicum colimus aut sumus Iudaei et sabbatum obseruamus; nemo enim potest duobus dominis seruire'. nonne ita loquitur, tamquam sabbati alius dominus sit, alius dominici? nec illud audit, quod et ipse commemorauit: Dominus est enim sabbati filius hominis. quod autem ita nos uult esse a sabbato alienos, sicut Iudaei sunt a dominico alieni, nonne tantum errat, ut possit etiam dicere ita nos non debere accipere legem nec prophetas, sicut Iudaei non accipiunt euangelium nec apostolos? quod

6; 9 Ps. 44, 14—15 15 Matth. 6, 24 18 Luc. 6, 5

1 ieiunetur $P^1P^2P^3T$ *edd.* ueritate $P$ mansisse] te masisse, *del.* te *corr.* mansisse $H$ intermirabilis $P^2$ 2 esset $T$ istā contencio, *sed* ontencio *m. 2* $P^1$ finiens $H$ (s *s. u. m. 1*) $P$ (s *ex corr. m. 1*) quaestiom̄sque sit $P^2$ 3 qua $H$ 4 ipsam (m *del.*) $H$ fide $P^2$ unita////s (*ras. 1—2 l.; fuitne* ti*?*) $H$ quibus $P$ 5 nullu modo $P^1$ 6 pulcritudinem $P^2$ 8 uariae, *corr.* uarie $H$ uarie $P^1T$ *edd. praeter Mign.* ibi] sibi $P^3$ 9 fimbreis, *corr. m. 1* fimbriis $P$ circumamitta $H$ 10 celeorationibus $H$ uariatur $HP$ uariegatur $P^1$ 12 dominicū (ū *m. 2*) $P^1$ 13 Christianus obseruat sabbatum *edd.* simus $P^2P^3$ *edd.* 14 colamus *edd. praeter a* simus $P^2P^3$ *edd.* et] ut $P^1P^2P^3$ 15 obseruemus $P^1P^2P^3$ *edd.* domini, *m. 2* dominis $P^2$ 17 quod et] quod// (*parua ras.*) $P$ 18 dominus *** (*fuit* eus *aut* cus) $H$ filiu $P^2$ 19 a *om.* $HP$ 20 erat, *corr. m. 1* errat $P$ 22 apostolus $P^2$

qui sapit, quid mali sapiat, utique intellegis. sed 'uetera', inquit, 'omnia transierunt et in Christo facta sunt noua'. hoc uerum est; nam propterea sicut Iudaei sabbatis non uacamus, etiam si ad significandam requiem, quae illo die significata est, Christiana sobrietate et frugalitate seruata ieiunii uinculum relaxamus, et, si aliqui fratres nostri requiem sabbati relaxatione ieiunii significandam esse non putant, nequaquam de uestis regiae uarietate litigamus, ne ipsius reginae, ubi unam fidem etiam de ipsa requie retinemus, interiora membra uexemus. etsi enim, quia uetera transierunt, cum eis transiit etiam carnalis uacatio sabbati, non tamen, quia sabbato et dominico sine superstitiosa uacatione prandemus, ideo duobus dominis seruimus, quia et sabbati et dominici unus est dominus.

24 Iste autem, qui uetera transisse sic dicit, ut 'in Christo cederet ara altari, gladius ieiunio, precibus ignis, pani pecus, poculo sanguis', nescit altaris nomen magis legis et prophetarum litteris frequentatum et altare deo prius in tabernaculo, quod per Moysen factum est, conlocatum, aram quoque in apostolicis litteris inueniri, ubi martyres clamant sub ara dei. dicit cessisse ieiunio gladium non recordans illum, quo milites euangelici armantur ex utroque testamento, gladium bis acutum. dicit cessisse precibus ignem, quasi non et tunc preces deferebantur in templum et nunc a Christo ignis est missus in mundum. dicit cessisse pani pecus tamquam

1 II Cor. 5, 17 18 Ex. 40, 24 20 Apoc. 6, 9—10 21 Eph. 6, 17; Hebr. 4, 12 24 Luc. 12, 49

1 intellegit $P^1$ 2 inquit omnia *s. u. m 1* $P^1$ et in Christo] ecce $P^1$ *sec. sacr. litt.* 3 est uerum *T* nam *om.* $P^2$ sabbato $P^3$ 4 si ad] sicut $P^1$ 8 uestris $P^2$ litigemus *T* 9 regie $P^1$ ubi unam] ubinam *P* de *om.* $P^2$ requie* (m *eras.*) *H* dei requie $P^1P^2T$ 10 etsenim $P^2$ 11 transit $P^1$ 12 prademus $P^2$ 16 c*ederet *T* 17 legis et] legisset $P^1$ 18 et *om., m. 1 add. H* altarem (m *del.*) *H* 20 inuenire $P^1$ 21 *ante* dicit *scriptum est, sed del.* dicit cecidisse ieiunio gladium bis acutum *T* *post* cessisse *lacuna 2—3 l. T* cesset $P^1$ 23 cesset $P^1$ 24 et—mundum *om.* $P^1$ 25 cesset $P^1$

nesciens et tunc in domini mensa panes propositionis poni solere et nunc se de agni inmaculati corpore partem sumere. dicit cessisse poculo sanguinem non cogitans etiam nunc se accipere in poculo sanguinem. quanto ergo melius et congruentius uetera transisse et noua in Christo facta esse sic diceret, ut cederet altare altari, gladius gladio, ignis igni, panis pani, pecus pecori, sanguis sanguini. uidemus quippe in his omnibus carnalem uetustatem spiritali cedere nouitati. sic ergo intellegendum est, siue in isto die uolubili septimo prandeatur siue a quibusdam etiam ieiunetur, tamen sabbato spiritali sabbatum carnale cessisse; quando in isto sempiterna et uera requies concupiscitur, in illo uacatio temporalis iam superstitiosa contemnitur.

XI 25 Cetera, quae sequuntur, quibus suam disputationem iste concludit, sicut alia quaedam, quae inde commemoranda non arbitratus sum, multo magis ad causam non pertinent, in qua de sabbati ieiunio uel prandio disputatur. sed ea tibi ipsi, maxime si ex his, quae a me dicta sunt, aliquid adiuuaris, aduertenda et iudicanda dimitto. si autem, quoniam huic, quantum potui, sufficienter respondisse me puto, de hac re sententiam meam quaeris, ego in euangelicis et apostolicis litteris totoque instrumento, quod appellatur testamentum nouum, animo id reuoluens uideo praeceptum esse ieiunium. quibus autem diebus non oporteat ieiunare et qui-

1 Ex. 25, 30 2; 4 I Petr. 1, 19; Matth. 26, 26—28; Marc. 14, 22—24; Luc. 22, 17—20; I Cor. 11, 23—25

1 panis *H* (*corr.* panes) *P* 2 solere (so *in ras.*) *P* soluere (u *eras.*) *T* se de] sed $P^1$ 3 puculo *H* populo, *corr. m. 1* poculo $P^2$ 5 esse *om.* $P^3$ 8 carnale $P^1$ uetustatem *om. spatio 11 fere l. relicto* $P^1$ spiritale, *corr.* spiritali $P^2$ ueritati *P* nouitate $P^1P^2$ (*corr.* nouitati) 9 sic *om.* $P^1$ ista $P^1$ 10 a *om.* *P* 11 ista, *m. 2* isto *H* 12 ill///o (*parua ras.*) *P* uocatio $P^2$ 13 suprestitiosā (*sic!*) $P^2$ 14 disputationem suam $P^3$ 15 qedam (*m. 1 corr.* quaedam) q. *H* inde] in $P^1$ commemorandam $P^1P^2$ 16 sum *om.* *T* 17 ieiunio sabbati *edd.* prandium $P^1$ 18 si *om.* *HP* si ex] six $P^2$ iis *flrm* adiubaris $P^1$ 19 aduertende $P^2$ 24 ieiunare, *corr.* ieiunari $P^2$ ieiunari *H* (*postr. l. in ras. m. ut uid. 1*) $P^1T$

bus oporteat, praecepto domini uel apostolorum non inuenio definitum. ac per hoc sentio quidem non ad obtinendam, quam fides obtinet atque iustitia, in qua est pulchritudo filiae regis intrinsecus, sed tamen ad significandam requiem sempiternam, ubi est uerum sabbatum, relaxationem quam constrictionem ieiunii aptius conuenire.

26 Verum tamen in huius sabbati ieiunio siue prandio nihil mihi uidetur tutius pacatiusque seruari, quam ut, qui manducat, non manducantem non spernat et, qui non manducat, manducantem non iudicet, quia neque, si manducauerimus, abundabimus neque, si non manducauerimus, egebimus custodita scilicet eorum, inter quos uiuimus et cum quibus deo uiuimus, in his rebus inoffensa societate. sicut enim, quod ait apostolus, uerum est malum esse homini, qui per offensionem manducat, ita malum est homini, qui per offensionem ieiunat. non itaque simus eis similes, qui uidentes Iohannem non manducantem nec bibentem dixerunt: Daemonium habet, sed nec rursus eis, qui uidentes Christum manducantem et bibentem dixerunt: Ecce homo uorax et uinosus, amicus publicanorum et peccatorum. rem quippe ualde necessariam his dictis dominus ipse subiecit atque ait: Et iustificata est sapientia in filiis suis. qui sint autem isti, si requiris, lege, quod scriptum est: Filii sapientiae ecclesia

3 Ps. 44, 14 8 Rom. 14, 3 10 I Cor. 8, 8 15 Rom. 14, 20 18 ; 20; 22 Matth. 11, 18—19; Luc. 7, 33--35 24 Eccli. 3, 1

1 praeceptum *HP* dño $P^2$ 2 ac] hac $P^1$ non quidem *edd. praeter a* 3 obtine*t (a *eras.*) *P* 4 trinsecus $P^2$ 6 contritionem $PP^3$ 7 uerumtam* *T* nihil] in his $HPP^3$ si nihil $P^2$ 8 tuitius (*pr.* i *exp. uid.*) $P^1$ placatiusque *T* quam *om.* $HPP^3$ qui] qui * (ñ *eras.*) $P^3$ 9 manducatē *T* qui non, *sed* non *s. u. m. 1* $P^1$ 11 abundauimus *HP* 12 egemus, *corr. m. 1* egebimus *H* 13 et—uiuimus *om.* $P^3$ *edd. praeter m* 14 agit $P^2$ 15 esse] ē $P^3$ 16 est] ee $P^2$ ieiuna*t (*fuit* n) $P^2$ 17 similis, *corr.* similes $P^1$ non *om.* $P^2$ manducantēs nec bibentēs $P^2$ 18 habent $P^2$ 23 in] a $P^3$ 24 ecclesia] in ecclesia $P^2$

iustorum. hi sunt, qui, quando manducant, non manducantes non spernunt, quando non manducant, manducantes non iudicant, sed eos plane, qui per offensionem non manducant siue manducant, uel spernunt uel iudicant.

XII 27 Et de die quidem sabbati facilior causa est, quia et Romana ieiunat ecclesia et aliae nonnullae etiam si paucae siue illi proximae siue longinquae. die autem dominico ieiunare scandalum est magnum, maxime postea quam innotuit detestabilis multumque fidei catholicae scripturisque diuinis apertissime contraria haeresis Manichaeorum, qui suis auditoribus ad ieiunandum istum tamquam legitimum constituerunt diem. per quod factum est, ut ieiunium diei dominici horribilius haberetur, nisi forte aliquis idoneus sit nulla refectione interposita ultra hebdomadem perpetuare ieiunium, ut ieiunio quadraginta dierum, quantum potuerit, adpropinquet, sicut aliquos fecisse cognouimus. nam et ad ipsum quadragenarium numerum peruenisse quendam a fratribus fide dignissimis nobis adseueratum est. quem ad modum enim ueterum patrum temporibus Moyses et Helias nihil contra prandia sabbatorum fecerunt, cum diebus quadragenis ieiunauerunt, ita, qui potuerit septem dies ieiunando transire, non sibi ad ieiunandum elegit dominicum diem, sed in his eum inuenit, quos ieiunaturum se uouit plurimos dies. ieiunium tamen etiam continuatum si in hebdomade soluendum est, nullo congruentius quam dominico die soluitur. si autem post hebdomadem corpus reficitur, non utique ad ieiunandum dies dominicus eligitur, sed in numero, quem uoueri placuit, inuenitur.

1 hii $P^3$ ii *flrm* 3 non] mā $P^2$ 4 uel spernunt uel iudicant *om.* $P^1$ 5 romane $P^2$ 7 dñio* *H* 8 magnum est $P^1T$ 10 suis] solis *HP* 11 constituerunt legitimum *edd.* 12 die, *m. 2* diei $P^1$ horribilibus $P^2$ 14 ieiunio] ieiunium $P^1$ 17 numerum *om.* *T* dignissimus nobis adseratum, *corr.* *m. 1* dignissimis nobis adseueratum *H* 20 *cum $P^2$ XL $P^3$ *a* quadraginta *P cett. edd.* 22 eli*it $P^1P^2T$ iis *flrm* 23 ieiunatorum $P^2$ tamen *om.*, *m. 1 add.* $P^3$ 24 si in] sin $P^2$

28 Nec illud moueat, quod Priscillianistae Manichaeorum simillimi ad ieiunandum die dominico solent testimonium de apostolorum actibus adhibere, cum esset Paulus apostolus in Troade. sic enim scriptum est: In una autem sabbati congregatis nobis frangere panem Paulus disputabat illis exiturus alia die produxitque sermonem usque ad medium noctis. deinde cum descendisset de cenaculo, ubi congregati erant, ad resuscitandum adulescentem, qui grauatus somno de fenestra ceciderat et mortuus ferebatur, de ipso apostolo scriptura sic loquitur: Ascendens autem, inquit, cum fregisset panem atque gustasset satisque esset adlocutus usque ad diluculum, sic profectus est. absit, ut hoc sic accipiatur, tamquam solerent apostoli dominico die sollemniter ieiunare. una enim sabbati tunc appellabatur dies, qui nunc dominicus appellatur, quod in euangeliis apertius inuenitur. nam dies resurrectionis domini prima sabbati a Matthaeo, a ceteris autem tribus una sabbati dicitur, quem constat eum esse, qui postea dominicus appellatus est. aut ergo post peractum diem sabbati noctis initio fuerant congregati, quae utique nox iam ad diem dominicum, hoc est ad unam sabbati pertinebat, et ita eadem nocte fracturus panem, sicut frangitur in sacramento corporis Christi, produxit sermonem usque ad medium noctis, ut post celebrata sacramenta rursus usque ad diluculum

4 Act. 20, 7 10 Act. 20, 11 17 Matth. 28, 1; Marc. 16, 2; Luc. 24, 1; Ioh. 20, 1

1 priscillianistas $P^1$ priscianistae $P^2$ 3 apostolus Paulus *edd.* apostolus *om.* $P^3$ apostolos $P^2$ 7 discendisset $P^1$ 8 congregiti $P^2$ 11 panem] tamen $P^2$ 12 usque *ras. et corr. m. 1 ex* quae *P* ad] a $P^2$ 15 appellatur *om. T* 16 in euangelius $P^2$ nam *in fine u. spatio relicto om.* $P^1$ 17 a *om. P* 18 esse *om. T* postea dies dominicus $P^3$ dominicus postea *edd.* 19 peratum, *corr. m. 1* peractum $P^3$ 20 congregati quae, *m. 2 corr. uid.* congregatique $P^1$ iam *om., m. 2 (?) add. T* a diem $P^2$ 22 facturus, *corr. m. 1* fracturus $P^1$ fragitur $P^2$ 23 noctis se ut $P^2$ 24 sacramenta celebrata *edd.* rursus usque] rursusque *HPP*$^1$ usque *T* ad diluculo $P^2$

adloquens congregatos, quoniam multum festinabat, lucescente proficisceretur dominico die, aut certe, si in una sabbati non per noctem sed per diem hora dominici fuerant congregati, eo ipso, quod dictum est: Paulus disputabat illis exiturus alia die, expressa est producendi causa sermonis, quia fuerat exiturus et eos sufficienter instruere cupiebat. non ergo sollemniter die dominico ieiunabant, sed necessarius sermo, qui studii feruentissimi audiebatur ardore, reficiendi corporis causa interrumpendus esse non uisus est profecturo apostolo, qui eos propter alios suos usquequaque discursus uel alias numquam uel rarissime uisitabat, praesertim quia tunc ex illis terris, sicut consequentia docent, ita discessurus erat, ut iam non esset eos in carne uisurus. ac per hoc magis ostenditur dominicis diebus solita illis non fuisse ieiunia, quia, ne hoc crederetur, curauit scriptor libri causam producendi sermonis exponere, ut sciremus, si aliqua necessitas oriatur, urguentiori actioni non esse prandium praeferendum. quamuis ab istis auidissime audientibus et ipsum fontem cogitantibus profecturum atque ideo magna siti non aquae sed uerbi sine satietate, quicquid influebat, haurientibus non tantum carnale prandium uerum etiam cena contempta est.

29 Sed tunc quamuis dominico die solita illis ieiunia non fuissent, non erat tamen ecclesiae tam insignis offensio, si

1 multum] uultum $P^2$ lucescente] lucescente ut *T* ut lucescente *l r m* 2 si in *om.* $P^1$ in *om.* $P^2T$ 3 per nocte $P^2$ hora *om.* *T* ora, *corr. a. m.* hora $P^1$ dominicam *T* 4 ipse $P^2$ quod *in ras.* *P* quo *m* 5 causa producendi $P^3$ *edd.* producendę (, *uix m. 1*) $P^1$ 6 quia *om.* $P^2$ qua *HP* 7 ieiunabant die dominico *T* 8 ardor, *m. 1* (?) *add.* e *H* 9 apostolo profecturo *T* 10 alios, *corr.* alias $P^2$ usquaque $PP^1$ (*a. m.* usquequaque) 11 . . . . . . . at praesertim quia tunc *et* consequentia docent *et* ut iam—uisurus *spatiis 14—15, 22—24, 25—27 l. relictis om.* $P^1$ 12 docet *P* 13 eos esset *T* eos esse $P^2$ uisuros, *corr. m. 1* uisurus *T* at $P^2$ 14 domicis $P^2$ 15 quia] qui, *m. 2* quin *T* causa, *corr.* (*m. 1?*) causam *H* 17 urientiori $P^2$ 19 fontem] forte *T* 23 dominica $P^3$

aliqua tali necessitate, qualem Paulus apostolus habuit, die toto dominico usque ad medium noctis uel etiam usque ad diluculum reficere corpora non curarent. nunc uero postea quam haeretici maxime impiissimi ieiunia diei dominici non aliqua necessitate occurrentia peragere, sed quasi sacra sollemnitate statuta dogmatizare coeperunt et innotuerunt populis Christianis, profecto nec tali necessitate, qualem apostolus habuit, existimo faciendum esse, quod fecit, ne maius malum incurratur in scandalo, quam bonum percipiatur ex uerbo. quicquid tamen causae uel necessitatis extiterit, cur homo Christianus die dominico ieiunare cogatur, sicut etiam illud in actibus apostolorum inuenimus in naufragii periculo, ubi et ipse apostolus nauigabat, quattuordecim diebus ac per hoc duobus dominicis ieiunatum, nullo modo dubitare debemus dominicum diem, quando non plures dies sine ulla refectione continuandi uouentur, inter ieiuniorum dies non esse ponendum.

XIII 30 Cur autem quarta et sexta maxime ieiunet ecclesia, illa ratio reddi uidetur, quod considerato euangelio ipsa quarta sabbati, quam uulgo quartam feriam uocant, consilium reperiuntur ad occidendum dominum fecisse Iudaei. intermisso autem uno die, cuius uespera dominus pascha cum discipulis manducauit, qui finis fuit eius diei, quem uocamus quintam sabbati, deinde traditus est ea nocte, quae iam ad sextam sabbati, qui dies passionis eius manifestus est, pertinebat. hic dies primus azymorum fuit a uespera incipiens. sed Mat-

12 Act. 27, 33    26 Matth. 26, 17

1 apostolus Paulus *edd.*   3 a, *m. 1* (?) *add.* d *T*   dilulum, *corr.* diluculum *H*   corpora die toto non $P^1$   4 impiissimi] impiissimi Manichaei *f l r m*   die $P^1P^2T$   dominico *T*   5 occurrenti *f l* occurrente *m*   6 stata *cum ras. super* at *P*   dogmati; are $P^2$   ceperunt *T* coeperant *P*   9 occurratur *T*   10 uel *om.* $P^2T$   existerit, *corr. m. 1* extiterit *H*   13 apostolos $P^2$   14 nullumodo $P^1$   16 continuando $P^1$   18 ecclę $P^2$   20 quartam *om.* *P*   23 quam $P^3$   24 ea] a $P^2$   25 qui] q; *H*   26 primus *om.*, *m. 1 s. u. add.* $P^1$

thaeus euangelista quintam sabbati dicit fuisse primum azymorum, quia eius uespera consequente futura erat cena paschalis, qua cena incipiebat azymum et ouis immolatio manducari. ex quo colligitur quartam sabbati fuisse, quando ait dominus: Scitis, quia post biduum pascha fiet et filius hominis tradetur, ut crucifigatur. ac per hoc dies ipse ieiunio deputatus est, quia, sicut euangelista sequitur et dicit, tunc congregati sunt principes sacerdotum et seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, et consilium fecerunt, ut Iesum dolo tenerent et occiderent. intermisso autem uno die, de quo dicit euangelium: Prima autem azymorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: 'Ubi uis paremus tibi comedere pascha?' — hoc ergo die intermisso passus est dominus, quod nullus ambigit, sexta sabbati. quapropter et ipsa sexta recte ieiunio deputatur; ieiunia quippe humilitatem significant. unde dictum est: Et humiliabam in ieiunio animam meam.

31 Sequitur sabbatum, quo die caro Christi in monumento requieuit, sicut in primis operibus mundi requieuit deus illo die ab omnibus operibus suis. hinc exorta est ista in regia illa ueste uarietas, ut alii sicut maxime populi orientis propter requiem significandam mallent relaxare ieiunium, alii propter humilitatem mortis domini ieiunare sicut Romana et nonnullae occidentis ecclesiae, quod quidem uno die, quo

5 Matth. 26, 2 8 Matth. 26, 3—4 12 Matth. 26, 17 17 Ps. 34, 13 20 Gen. 2, 2—3

1 primum] primum diem $P^1P^2P^3T$ primam diem *edd.* 2 qua, *corr.* (*m. 1?*) quia *T* consequenter $P^1$ sequente *edd.* 3 que, *corr. m. 1* qua *H* quã $P^2$ 4 quo] co $P^2$ quarta $P^1$ quãtam $P^2$ 5 sitis $P^2$ fiat $P^2$ 6 ac] hac $P^1$ 12 de *om.* $HPP^3$ 13 discipuli *om.*, *m. 1 s. u. add.* $P^1$ 14 com*ere $P^2$ diei $P^2$ 16 quod propter, *corr.* quapropter $P^2$ 20 illo die *om. a e* die illo *T f l r m* 21 regia illa] regia illius $P^2$ ecclesia *T* reginae illius *l r m* 22 ueste *om.*, *m. 1 s. u. add.* $P^1$ uesce $P^2$ uescendi *T* orientis populi *signis corr.* $P^3$ 25 uno die quo *om. spatio 6 l. relicto* $P^1$ uno] iuno *H* quo* (d *eras.*) *T*

pascha celebratur, propter renouandam rei gestae memoriam, qua discipuli humanitus mortem domini doluerunt, sic ab omnibus ieiunatur, ut etiam illi sabbati ieiunium deuotissime celebrent, qui ceteris per totum annum sabbatis prandent, utrumque uidelicet significantes et in uno anniuersario die luctum discipulorum et ceteris sabbatis quietis bonum. duo quippe sunt, quae iustorum beatitudinem et omnis miseriae finem sperari faciunt, mors et resurrectio mortuorum. in morte requies est, de qua dicitur per prophetam: Plebs mea intra in cellaria tua, abscondere pusillum, donec transeat ira domini, in resurrectione autem in homine toto, id est in carne et spiritu perfecta felicitas. hinc factum est, ut horum duorum utrumque non significandum putaretur labore ieiunii sed potius refectionis hilaritate excepto paschali uno sabbato, quo discipulorum, sicut diximus, luctus propter rei gestae memoriam fuerat ieiunio prolixiore signandus.

XIV 32 Sed quoniam non inuenimus, ut iam supra commemoraui, in euangelicis et apostolicis litteris, quae ad noui testamenti reuelationem proprie pertinent, certis diebus aliquibus euidenter praeceptum obseruanda esse ieiunia et ideo res quoque ista sicut aliae plurimae, quas enumerare difficile est,

9 Es. 26, 20

1 propter—gestae *spatio 16—18 l. relicto om.* $P^1$ regi gestate moriā, *supra m. recenti* rei gestae memoriam $P^2$ memoriam] suę memoriam $P^1$ 2 quia $P^1P^3T$ *aef* 3 ieiunetur *P* deuotissime *om.* $P^3$ 4 celebrint, *corr.* celebrent *T* sabbati $P^2$ 5 in *om. T* 6 quietum $P^1$ 7 miseriarum $P^1$ 8 sperare $P^2$ 10 intra $P^2$ 11 autem *om. T* 12 sp̄m, *corr.* sp̄u $P^2$ factūs (s *exp.*) est ut horī $P^2$ 13 significandum putaretur] significaretur $P^3$ 14 ieiunii* (s *eras.*) $P^3$ 15 quo* (d *eras.*) *T* 16 regi (g *del. m. ut uid. 1*) gestae *H* regi gestate, *supra m. recenti* rei gestae $P^2$ memoria $P^2$ proliore, *m. recenti* prolixiore $P^2$ significandus $P^3$ 18 in euangelicis *corr. m. 1 ex* meus angelicis *P* et *om.* $P^2$ litterisq; ad $P^2$ 19 reuelatione $P^2$ propriae (a *del.*) *H* patrie $P^1$ pertinet, *corr. m. 1* pertinent $P^1$ aliquibus euidenter *spatio 16—18 l. relicto om.* $P^1$ 20 praecepti $P^1$ obseruanda esse *spatio 30 fere l. relicto om.* $P^1$ res—plurimae *spatio 26 fere l. relicto om.* $P^1$ 21 ista] ita *P*

inuenit in ueste illius filiae regis, hoc est ecclesiae uarietatis locum, indicabo tibi, quid mihi de hoc requirenti responderit uenerandus Ambrosius, a quo baptizatus sum, Mediolanensis episcopus. nam cum in eadem ciuitate mater mea mecum esset et nobis adhuc catechumenis parum ista curantibus illa sollicitudinem gereret, utrum secundum morem nostrae ciuitatis sibi esset sabbato ieiunandum, an ecclesiae Mediolanensis more prandendum, ut hac eam cunctatione liberarem, interrogaui hoc supra dictum hominem dei. at ille: 'Quid possum', inquit, 'hinc docere amplius, quam ipse facio?' ubi ego putaueram nihil eum ista responsione praecepisse, nisi ut sabbato pranderemus; hoc quippe ipsum facere sciebam. sed ille secutus adiecit: 'Quando hic sum, non ieiuno sabbato; quando Romae sum, ieiuno sabbato. et ad quamcumque ecclesiam ueneritis', inquit, 'eius morem seruate, si pati scandalum non uultis aut facere.' hoc responsum rettuli ad matrem eique suffecit nec dubitauit esse oboediendum; hoc etiam nos secuti sumus. sed quoniam contigit maxime in Africa, ut una ecclesia uel unius regionis ecclesiae alios habeant sabbato prandentes alios ieiunantes, mos eorum mihi sequendus uidetur, quibus eorundem populorum congregatio regenda commissa est. quapropter si consilio meo, praesertim quia in hac causa plus forte, quam satis fuit, te petente atque urguente locutus sum, libenter adquiescis, episcopo tuo in hac re noli resistere et, quod facit ipse, sine ullo scrupulo uel disceptatione sectare.

4 cf. ep. LIV, 3

4 meum, *corr. m. 1* mecum *H* 5 parum] quarum $P^2$ 6 regeret, *corr.* gegeret (*sic!*) $P^2$ 7 sabbatum $P^1$ 8 haec $P^1$ 9 interrogauit $P^2$ hoc *om.* *HP* 11 eum] cum *P* 13 non *om.*, *m. 1 s. u. add.* *P* sabbati $P^2$ 14 quando—sabbato *om.* *HP* 15 si (i *ex ras.; fuitne* a?) *H* 17 sufficit $P^1P^2$ dubitaui *HP* 18 contingit $P^1T$ *edd.* 19 unus, *corr.* unius *T* sabbato *om.* $P^3$ 21 eorum $P^3$ *edd.* 26 sectare. Amen X̄Ḡ *HP*

## XXXVII.

DOMINO BEATISSIMO ET VENERABILITER SINCERISSIMA CARITATE AMPLECTENDO PATRI SIMPLICIANO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Plenas bonorum gaudiorum litteras, quod sis memor mei meque, ut soles, diligas magnaeque gratulationi tibi sit, quicquid in me donorum suorum dominus conferre dignatus est misericordia sua, non meritis meis, missas munere tuae sanctitatis accepi. in quibus affectum in me paternum, tuo benignissimo corde non repentinum et nouum hausi, sed expertum plane cognitumque repetiui, domine beatissime et uenerabiliter sincerissima caritate amplectende.

2 Unde autem tanta exorta est felicitas litterario labori nostro, quo in librorum quorundam conscriptione sudauimus, ut a tua dignatione legerentur, nisi quia dominus, cui subdita est anima mea, consolari uoluit curas meas et a timore recreare, quo me in talibus operibus necesse est esse sollicitum, necubi forte indoctior uel incautior quamuis in planissimo campo ueritatis offendam? cum enim tibi placet, quod scribo, noui, cui placeat, quoniam, quis te inhabitet, noui.

*V* = *cod. Vindobonensis 322 s. VIII—IX.*
*S* = *cod. Sangallensis 29 s. IX.*
*O* = *cod. Bodleianus 632 s. X ex.*
*A* = *cod. Ambrosianus R 42 sup. 3 s. X—XI.*
*U* = *cod. Vaticanus 445 s. XV.*

*Haec epistula ex initio quaestionum ad Simplicianum in epistulas translata est a Maurinis.*

*Inscriptionem om. O* 2 earabiliter *S* inenarrabiliter *AU* sincerissimo, *corr.* sincerissima *S* 5 plenas] donorum suorum plenas *cum corr. signo ante* donorum *V; cf. u. 7* mei meque] meiq>, *m. 2* mei quem *S* 6 meque ut] me ut que *A* magne quae *A* 7 donorum suorum *per errorem in initio epistulae ante* plenas *positum sed signis corr. V; cf. u. 5* dorum, *m. 2* donorum *S* 8 missa *V* sanctitati tuae *A* sanctitatis tuae *edd.* 9 in *om. S* adfecto, *m. 2* adfectum *S* tuo] de tuo *edd.* 10 cordi *O* ausi *S* auxi *A* 11 sane *edd.* d*ñe (~ *m. 2*) *O* 12 sincera *V* amplectendo *A* 15 quod *V* 16 consulari *V* 17 quod *A* 18 planissim (*sic!*) *V* 20 placeat] placet *VA*

idem quippe omnium munerum spiritalium distributor atque largitor per tuam sententiam confirmauit oboedientiam meam. quicquid enim habent illa scripta delectatione tua dignum, in meo ministerio dixit deus: 'Fiat', et factum est; in tua uero approbatione uidit deus, quia bonum est.

3 Quaestiunculas sane, quas mihi enodandas iubere dignatus es, etsi mea tarditate implicatus non intellegerem, tuis meritis adiutus aperirem. tantum illud quaeso, ut pro infirmitate mea depreceris deum et siue in his, quibus me exercere benigne paterneque uoluisti, siue in aliis, quaecumque nostra in tuas sanctas manus forte peruenerint, quia sicut dei data sic etiam mea errata cogito, non solum curam legentis inpendas, sed etiam censuram corrigentis adsumas.

## XXXVIII.

### FRATRI PROFUTURO AUGUSTINUS.

1 Secundum spiritum, quantum domino placet atque ipse uires praebere dignatur, recte sumus; corpore autem ego in lecto sum; nec ambulare enim nec stare nec sedere possum rhagadis uel exochadis dolore et tumore. sed etiam sic, quo-

4 Gen. 1, 3—4

1 idem] id est *A* numerum *A* 2 confirmabit *O edd.* inoboedientiam *V* 3 quincquid *A* dignum tua *O* 4 in *om. V* 5 quod *V sec. Vulg.* quoniam *O* 6 sine, *m. 2* sane *S* 8 tm̄ *V* mea infirmitate *U edd.* 9 dominum *V* iis *edd.* 10 paterneque] pat̄ *O* 11 quod *V* 12 coito, *m. 2* conicito ut *S* cognosco *U edd.* 13 corrigentis censuram *O* adsumas. AMEN. *A* assumas. uale *edd.*

*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*P*[1] = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

*Inscriptionem om. P* 16 uires ipse *edd.* 17 recti *MA* 18 lect, *m. 2* lecto *P*[1] enim *om. P*[1] 19 rogadis *A* et] uel *M*

niam id domino placet, quid aliud dicendum est, nisi quia recte sumus? potius enim, si id nolumus, quod ille uult, nos culpandi sumus, quam ille non recte aliquid uel facere uel sinere existimandus est. nosti haec omnia; sed quia mihi es alter ego, quid libentius tecum loquerer, nisi quod mecum loquor? commendamus ergo sanctis orationibus tuis et dies et noctes nostras, ut oretis pro nobis, ne diebus intemperanter utamur, ut noctes aequo animo toleremus, ut, etiam si ambulemus in medio umbrae mortis, nobiscum sit dominus, ne timeamus mala.

2 Quod senex Megalius defunctus sit, iam uos audisse quis dubitet? erant autem a depositione corporis eius, cum haec scriberem, dies ferme uiginti quattuor. utrum iam uideris, disponebas enim, successorem primatus eius, si fieri potest, nosse uolumus. non desunt scandala sed neque refugium; non desunt maerores sed neque consolationes. atque inter haec quam uigilandum sit, ne cuiusquam odium cordis intima teneat neque sinat, ut oremus deum in cubili nostro clauso ostio, sed aduersus ipsum deum claudat ostium, nosti optime, optime frater; subrepit autem, dum nulli irascenti ira sua uidetur iniusta. ita enim inueterescens ira fit odium, dum quasi iusti doloris admixta dulcedo diutius eam in uase detinet, donec totum acescat uasque corrumpat. qua-

8 Ps. 22, 4 18 Matth. 6, 6

1 domino id *R* *pro* id *ras.* (*fuitne* in?) *P* id *om.* *M* 2 recti *A* 5 quid] qui *P* 7 ne/// (*parua ras.*) *F* 8 tolleremus *M* toleramus *A* 11 quibus *A* 12 enim *PP*$^1$ *m* 13 XXIIII *MFAP*$^1$ utrum iam uideris *in fine u. om.* *P*$^1$ inueneris *Plr* 14 disponas *A* 15 nosse uolumus] uolumus scire *M* scire uolumus *R* 16 memores *FP*$^1$ (*m. 2* merores) 17 quantum *R* nec (c *exp.*) *P*$^1$ odio *P* 18 ut] aut *A* cubile *M* cubiculo *PP*$^1$ *m sec. Vulg.* 20 *alterum* optime *om.* *PF edd.* subripit *PM* 21 ita, *m. 2* ira *P*$^1$ inueterescens, *m. 2* inueterascens *P*$^1$ inueterascens *R edd.* *pro* ira *ras. 3 l.* *P*$^1$ 22 odium (odi *ex corr. m. 1*) *P*$^1$ quae si *F* quia si (ia *in ras. m. 1; pro* a *fuit* si) *A* iusto dolori *R* diu*tius *P* ea *FAR* 23 totū /////acescat (m *aut* in *eras.*) *P*$^1$ accessat *F* acessat *A* uas quae (a *del.*) *P*

propter multo melius nec iuste cuiquam irascimur, quam uelut iuste irascendo in alicuius odium irae occulta facilitate delabimur. in recipiendis enim hospitibus ignotis solemus dicere multo esse melius malum hominem perpeti quam forsitan per ignorantiam excludi bonum, dum cauemus, ne recipiatur malus. sed in affectibus animi contra est. nam incomparabiliter salubrius est irae etiam iuste pulsanti non aperire penetrale cordis quam admittere non facile recessuram et peruenturam de surculo ad trabem. audet quippe inpudenter etiam crescere citius, quam putatur. non enim erubescit in tenebris, cum super eam sol occiderit. recolis certe, qua cura et quanta sollicitudine ista scripserim, si recolis, quid mecum nuper in itinere quodam locutus sis.

3 Fratrem Seuerum et qui cum eo sunt salutamus. etiam ipsis fortasse scriberemus, si per festinationem perlatoris liceret. peto autem, ut apud eundem fratrem nostrum Victorem, cui ago etiam apud tuam sanctitatem gratias, quod, Constantinam cum pergeret, indicauit, petendo adiuues, propter negotium, quod ipse nouit, de quo grauissimum pondus pro ea re multum deprecantis Nectarii maioris patior, per Calamam remeare ne grauetur; sic enim promisit mihi. uale.

11 Eph. 4, 26

1 **iuste (in *eras.*) *P*[1] 2 irae] ira et *MFAP*[1]*R a* mira et *P* irae *cett. edd.* 3 solemus] ista solemus *M* 5 innocentiam *P* ne// (*parua ras.*) *F* 7 etiam irae *edd.* 8 cordis penetrale *R* amittere *F* 9 et] ad *A* sarculo *M* imp*udenter *P*[1] imprudenter *P* inprudenter *MFA* 12 qua] quam magna *R* 15 fortasse ipsis *edd.* forsitan *R* pro festinatione *A* propter festinationem *R* 16 apud *om.* *P*[1] 17 sanctitatem tuam *R* 18 cum constantinam *R* constantiam, *corr. m. 1* constantinam *P* 20 ea] a *MF* hac *A a e* 22 uale] ualde *P*

# XXXIX.

## DOMINO VERE SANCTO ET BEATISSIMO PAPAE AUGUSTINO HIERONYMUS IN CHRISTO SALUTEM.

II Anno praeterito per fratrem nostrum Asterium hypodiaconum dignationi tuae epistulam miseram promptum reddens salutationis officium, quam tibi arbitror redditam. nunc quoque per sanctum fratrem meum Praesidium diaconum obsecro primum, ut memineris mei, dein, ut baiulum litterarum habeas commendatum et mihi scias germanissimum et, in quibuscumque necessitas postularit, foueas atque sustentes, non quo aliqua re Christo tribuente indigeat, sed quod bono-

*H* = *cod. Escorialensis & I 14 s. VIII—IX.*
*P* = *cod. Parisinus 12163 s. IX.*
*K* = *cod. Coloniensis 35 s. IX.*
*K*¹ = *cod. Coloniensis 60 s. IX.*
7 Nam si in eius corde cogitatio pacis habitaret, non apud Carthaginem postea cum traditoribus, quos praesentes atque

1 corporis uestri *f l r m* corporis *a e* 2 conpellimus *M* 6 aporto *A* eminet] enim et (et *exp.*) *P* 8 absentisque, *m. 2* absentesque *P* 10 probata *F* conlata *M* conciliis *P* 11 sonuerint (*corr. m. 1* sonuerunt) didicimus *M* confessi, *m. 2* confessis *P* 13 gentis *F* nominati *F* 14 tigisitamus *F* tegisitanus, *corr.* tigisitanus *P* tigisiacus *M* 15 discessa *A* discisse, *m. 2* discissa *P* 18 Limatensis *m* Liniacensis *cett. edd.* 23 manifesta *A* ma (*del. m. ut uid. 2*) | manifestissima *R* crimine *A* iudicando, *m. 2* iudicanda *M* 24 pace, *m. 2* paci *P* 26 habet *A*

confessos deo dimiserat, damnaret crimine traditionis, quos absentes apud eum nemo conuicerat. tanto magis enim timere debuit, ne pax unitatis uiolaretur, quanto erat Carthago ciuitas ampla et inlustris, unde se per totum Africae corpus malum, quod ibi esset exortum, tamquam a uertice effunderet. erat etiam transmarinis uicina regionibus et fama celeberrima nobilis. unde non mediocris utique auctoritatis habebat episcopum, qui posset non curare conspirantem multitudinem inimicorum, cum se uideret et Romanae ecclesiae, in qua semper apostolicae cathedrae uiguit principatus, et ceteris terris, unde euangelium ad ipsam Africam uenit, per communicatorias litteras esse coniunctum, ubi paratum esset causam suam dicere, si aduersarii eius ab eo illas ecclesias alienare conarentur. quia ergo uenire noluit ad hospitium collegarum, quos a suis inimicis contra ueritatem suae causae peruersos esse sentiebat uel suspicabatur uel, ut ipsi adserunt, simulabat, tanto magis Secundus, si uerae pacis custos esse uoluisset, cauere debuit, ne damnarentur absentes, qui iudicio eorum omnino interesse noluerunt. neque enim de presbyteris aut diaconis aut inferioris ordinis clericis sed de collegis agebatur, qui possent aliorum collegarum iudicio praesertim apostolicarum ecclesiarum causam suam integram reseruare, ubi contra eos sententiae dictae in absentes nullo modo aliquid ualerent, quando eorum iudicium non primo aditum postea deseruerunt, sed suspectum semper habitum numquam adire uoluerunt.

8 Haec res maxime sollicitare debuit Secundum, qui tunc erat primas, si propterea concilium regebat, ut paci consuleret; facile enim fortassis rabida in absentem ora placata uel

1 damnare *A* 7 medioris *F* habeat, *corr.* (*m. 1?*) habebat *M* habet *A* 8 conspirantem, *sed* ntem *in ras.* (*m. 1?*) *F* 12 paratus *AP edd.* 15 peruersas *A* 16 uel ut] uelut *A* 21 agebantur (n *exp. m. 2*) *M* 23 absent, *m. 2* absentes *P* ullo *A* 24 iuditio, *corr. m. 1* iuditium *M* non *om. A* 25 abitum, *m. 2* habitum *P* 28 primus *codd.* primas *edd.* 29 absentes *f l r m*

frenata comprimeret, si diceret: 'Videtis, fratres, post tantam stragem persecutionis misericordia dei a principibus saeculi pacem esse concessam; non debemus nos Christiani et episcopi unitatem disrumpere Christianam, quam iam paganus non insequitur inimicus. itaque aut istas omnes causas, quas clades turbulentissimi temporis inflixit ecclesiae, deo iudici dimittamus aut, si aliqui in uobis sunt, qui certa istorum crimina ita nouerint, ut ea facile ualeant edocere negantesque conuincere, et talibus communicare formidant, pergant ad fratres et collegas nostros transmarinarum ecclesiarum episcopos et ibi prius de istorum factis et contumacia conquerantur, quod ad iudicium collegarum Afrorum male sibi conscii uenire noluerunt, ut inde illis denuntietur, ut ueniant ibique obiectis respondeant. quod si non fecerint, ibi etiam eorum prauitas et peruersitas innotescet missaque tractatoria super eorum nomine per totum orbem terrarum, quacumque iam Christi ecclesia dilatata est, ab omnibus ecclesiis eorum communio praecidetur, ne aliquis error in cathedra ecclesiae Carthaginis oriatur. tum demum securi episcopum alium plebi Carthaginis ordinabimus, cum a tota ecclesia isti fuerint separati, ne forte, cum alius modo fuerit ordinatus, non ei communicetur ab ecclesia transmarina, quia iste ab honore depositus non uidebitur, quem iam ordinatum fama celebrauit et ad eum commeare communicatorias litteras fecit, atque ita magnum scandalum schismatis in unitate Christi iam pacatis temporibus oriatur, dum praepropere uolumus nostras praecipitare sententias, et non contra Caecilianum sed contra

5 omnes istas *R* 6 iudici deo *M* 7 aliqui* (d *eras.*) *P* circa. *m. 1 corr.* certa *A* 10 ecclesiarum *om. M* coepiscopos *M* 11 conquirantur *MA* 13 noluerint *F* ut inde] aut inde *PR a e* aut de *MFA* ueniat *A* 14 fuerint *A* 15 tractoria *P* 16 nomina *A* 17 dilatam *m* 18 nec *A* cathedrae *M* cathedre *F* 19 tunc *M* 20 ordinauimus *A* toto *A* fuerint (i *ras. ex* u) *F* 21 aliis, *m. 1 corr.* alius *A* 24 eam, *m. 1 corr.* eum *R* communicatores *M* 26 placatis *R* praepopere, *corr. m. 1* praepropere *P* praeponere, *m. 2* praepropere *M* nostras uolumus *edd.*

orbem terrarum, qui ei per ignorantiam communicat, altare alterum erigere audeamus.'

9 Huic tam sano rectoque consilio quisquis infrenis obtemperare noluisset, quid esset facturus aut quo modo aliquem absentium collegarum esset damnaturus, cum in potestate acta concilii non haberet contradicente primate? quod si tanta et aduersus primam sedem seditio nasceretur, ut nonnulli damnare iam uellent, quos uolebat ille differri, quanto melius a talibus inquieta et inpacata molientibus quam a totius orbis communione dissentiretur! sed quia non erant. quae in Caecilianum et ordinatores eius transmarino iudicio probarentur, propterea nec, priusquam in eum sententias dicerent, differre noluerunt nec, postea quam dixerunt. perseueranter id agere, ut ecclesiae transmarinae in notitiam perferretur, quorum traditorum in Africa damnatorum communionem uitare deberent, quia, si id facere temptauissent, adessent sibi Caecilianus et ceteri et suam causam aduersus fallaces criminatores apud transmarinos ecclesiasticos iudices diligentissima discussione purgarent.

10 Itaque consilium illud peruersum atque nefarium maxime, ut creditur, traditorum fuit, quibus confessis Secundus Tigisitanus ignouerat, ut, quoniam de traditione fama crebruerat, infamatis aliis a se auerterent suspicionem et, cum homines per Africam totam credentes episcopis falsa de innocentibus loquerentur, quod damnati essent apud Carthaginem traditores, tamquam in nebula mendacissimi rumoris ipsi, qui uere tradiderant, latitarent. unde uidetis, carissimi, fieri potuisse,

2 uideamus *MR* (*m. 1 supra* ł audeamus) 6 primatu *MFAR* tanta et] tante |, *m. ut uid. 2* tanta¦ *M* 8 uolebant illi *A a e* differre *MFa* deferre *A* 9 a totius] atonius *A* urbis *MFA* 12 deferre *m* 13 noluerunt, *m. 2* uoluerunt *P* uoluerunt *edd. praeter a* 15 deberet *edd.* 16 facere• *P* sibi (s *eras.*) *P* 18 iudicos, *m. 1* e *super* o *R* 20 concilium *edd.* 21 Secundus *om. M* 22 crebruerat (*med.* r *exp. m. 1*) *F* crebuerat, *corr.* (*m. 1?*) crebruerat *M* 23 uerterent *M* 26 nebulā *MP* (~ *eras.*) *R* nebulan *FA* mendacissimirū ¦ oris, *m. 2* mendadacissimi ru | moris *P* 27 tradider̄ *P* latitabant *M*

quod uerisimile non esse quidam uestrum dicebant, ut, qui essent de sua traditione confessi causamque suam impetrauissent deo dimitti oportere, idem iudices damnatoresque tamquam traditorum absentium postea consedissent. magis enim amplexi sunt occasionem, qua possent alios falsa criminatione perfundere et conuersas in eos linguas hominum inquisitione criminum suorum hoc modo declinare. alioquin, si fieri non posset, ut quisque mala, quae ipse committeret, in alio iudicaret, non diceret quibusdam Paulus apostolus: Propterea inexcusabilis es, o homo, qui iudicas. in quo enim alium iudicas, temet ipsum condemnas; eadem enim agis, quae iudicas. quod illi omnino fecerunt, ut haec uerba apostolica integre in eos apteque conueniant.

11 Non ergo tunc Secundus, quando eorum crimina deo dimisit, paci unitatique consuluit; alioquin magis hoc apud Carthaginem prouideret, ne schisma fieret, ubi nullus aderat, cui confesso crimen donare cogeretur, sed, quod erat facillimum, tota conseruatio pacis esset absentes nolle damnare. itaque iniuriam facerent innocentibus, etiam si eis non conuictis neque confessis neque omnino praesentibus ignoscere uoluissent. ille quippe accipit ueniam, cuius culpa certissima est. quanto ergo immaniores et caeciores fuerunt, qui ea se putauerunt posse damnare, quae incognita nec donare potuissent! sed illic cognita dimissa sunt deo, ne alia quaererentur; hic incognita damnata sunt, ut illa tegerentur. sed

10 Rom. 2, 1

3 oporteret, *corr. m. 1* oportere *M* iidem *edd. praeter a* dampnatores quae *MF* (*postr.* a *exp.*) dampnatores qui *A* 5 falsa crimine (*sic!*) *A* 7 inquisitione] ab inquisitione *f l r m* 8 non *om. M* 9 uindicaret *M* 10 o *om. P* homo] homo omnis *edd. sec. sacr. litt.* 12 agis quae] magisque, *eras.* m *m. 2* agis quę *P* 14 conueniat, *corr. m. 1* conueniant *M* 16 consoluit, *m. 2* consuluit *P* 17 Carthaginem] carthaginem ne *M* (*m. 2 del.* ne) *FA* 23 quanto]in quanto *R* cerciores *A* certiores *MF* 25 quaererentur hic incognita *om. A* 26 hinc *P*

dicet aliquis: 'Cognouerunt.' quod etsi concedam, etiam sic absentibus utique parci oportebat. neque enim iudicium deseruerant, ubi numquam omnino constiterant, nec in illis solis episcopis Afris erat ecclesia, ut omne iudicium ecclesiasticum uitasse uiderentur, qui se iudicio eorum praesentare noluissent. milia quippe collegarum transmarina restabant, ubi apparebat eos iudicari posse, qui uidebantur Afros uel Numidas collegas habere suspectos. ubi est enim, quod scriptura clamat: *Antequam interroges, ne uituperes quemquam et, cum interrogaueris, corripe iuste?* si ergo nec uituperari nec corripi nisi interrogatum spiritus sanctus uoluit, quanto sceleratius non uituperati aut correpti, sed omnino damnati sunt, qui de suis criminibus nihil absentes interrogari potuerunt!

12 Sed tamen isti, qui licet absentium et nequaquam iudicium deserentium, quia numquam adfuerunt et semper sibi cuneum illum suspectum esse declarauerunt, tamen cognita crimina damnasse dicunt, quaeso uos, fratres mei, quo modo cognouerunt? respondetis: 'Nescimus, quando quidem ipsa cognitio in illis gestis explicata non est.' sed ego uobis ostendam, quo modo cognouerunt. adtendite causam Felicis Aptungitani et primo legite, quam uehementiores in eum fuerunt. sic ergo et ceterorum causam nouerant, sicut huius, qui postea innocentissimus diligenti et terribili inquisitione probatus est. quanto itaque iustius et tutius et citius innocentes eos

9 Eccli. 11, 7

1 dicit *MFA edd. praeter m* sic] si *F* 3 constituerant (u *del. m. 2*) *P* in *om. F* 6 noluissent (*pr.* n *ex corr. m. 2*) *M* milia] mihi alia *MFA* transmarinorū, *sed* o *in ras. et* rū *s. u. m. 2 P* 7 iudicare *MFA* 11 ergo ne (*corr. m. 1* nec) *M* 12 corrupti *M* (*corr. m. 1* correpti) *F* 14 interrogare *MFA* 16 deferentium *F* qui umquam, *m. 2* cui unquam *P* cuneum in illum *M* (in *del.*) *FA* 17 declarrunt, *corr. m. 1* declarauerunt *M* 18 dicmnasse (*sic!*), *corr. m. ut uid. 1* damnasse *M* se damnasse *flrm*; damnasse se *P* 20 in illis gentis *F* in illis in ipsis gentis *M* 21 autumnitani *codd. a e* 22 si, *m. 1 corr.* sic *F* 25 tutius (*pr.* u *ex corr. m. 2*) *P* utius *F* utilius *R*

existimare debemus, quorum crimina ab istis leuius accusata sunt et parciore reprehensione damnata, quando ille inuentus est innocens, in quem multo immanius saeuierunt!

V 13 An forte, sicut quidam dixit, quod quidem cum uobis diceretur, displicuit, sed tamen praetermittendum non est, — ait enim quidam: 'Non debuit episcopus proconsulari iudicio purgari.' quasi uero ipse sibi hoc comparauerit ac non imperator ita quaeri iusserit, ad cuius curam, de qua rationem deo redditurus esset, res illa maxime pertinebat. arbitrum enim et iudicem causae traditionis et schismatis illi eum fecerant, qui ad eum etiam preces miserant, ad quem postea prouocarunt et tamen iudicio eius adquiescere noluerunt. itaque si culpandus est, quem iudex terrenus absoluit, cum ipse sibi hoc non poposcisset, quanto magis culpandi sunt, qui terrenum regem suae causae iudicem esse uoluerunt! si autem criminis non est prouocare ad imperatorem, non est criminis audiri ab imperatore, ergo nec ab illo, cui causam delegauerit imperator. quendam etiam suspensum eculeo in causa Felicis episcopi amicus ille uoluit criminari, ut quis etiam ungulis uexaretur. numquid poterat Felix contradicere, ne tanta diligentia uel seueritate quaereretur, cum eius causam inueniendam cognitor agitaret? quid enim erat aliud nolle sic quaeri quam de crimine confiteri? et tamen ille ipse pro consule inter praeconum terribiles uoces et cruentas carnificum manus numquam collegam damnaret absentem, qui iudicio eius se praesentare noluisset, cum haberet aliud, quod posset audiri, aut si damnaret, certe etiam ipsis saecularibus legibus poenas iustas et debitas lueret.

3 seruierunt, *m. 2* seuierunt *R* 5 dispiouit, *m. 2 add.* l *R* 7 comparauerat *codd.* 8 imperator ita] imperatoria *MFA* queri *R* iusseris *MFA* 10 causa *FAP* (*m. 2 supra* ł cause) *R* causā, *m. 2* causē (*sic!*) *M* eum fecerant] cum fecerant *A* 11 etiam *om. P* 12 prouocauerunt *FA* eos, *m. 2* eius *M* 17 ad (*m. 2* ab) imperatore *P* 19 amicos *MFA* quid *a e r* 21 securitate *A* 22 aliud] illud *MFAP* 23 ipso *R* 24 proconsul• *P* proconsul *edd.* 27 quo *m* possit *M* 28 luceret (c *exp. m. 2*) *M*

V 14 Quod si gesta proconsularia displicent, ecclesiasticis cedite. omnia uobis ordine recitata sunt. an forte non debuit Romanae ecclesiae Melchiades episcopus cum collegis transmarinis episcopis illud sibi usurpare iudicium, quod ab Afris septuaginta, ubi primas Tigisitanus praesedit, fuerat terminatum? quid, quod nec ipse usurpauit? rogatus quippe imperator iudices misit episcopos, qui cum eo sederent et de tota illa causa, quod iustum uideretur, statuerent. hoc probamus et Donatistarum precibus et uerbis ipsius imperatoris; utraque enim uobis lecta meministis et inspiciendi ac describendi licentiam nunc habetis. legite et considerate omnia. uidete, quanta cura pacis atque unitatis conseruandae uel restituendae cuncta discussa sint, quem ad modum accusatorum persona tractata et quorundam eorum quibus maculis inprobata sit praesentiumque uocibus liquido constiterit nihil eos habuisse, quod in Caecilianum dicerent, sed totam causam in plebem de parte Maiorini, hoc est seditiosam et ab ecclesiae pace alienatam multitudinem transferre uoluisse, ut ab ea uidelicet turba Caecilianus accusaretur, quam solis tumultuosis clamoribus nulla documentorum adtestatione, nullo ueritatis examine ad suam uoluntatem animos iudicum detorquere posse arbitrabantur, nisi forte furiosa et poculo erroris atque corruptionis ebria multitudo uera in Caecilianum crimina diceret, ubi septuaginta episcopi, sicut de Felice Aptungitano constitit, absentes et innocentes collegas tam insana temeritate damnarunt. quali enim turbae illi consenserant, ut aduersus innocentes non interrogatos proferrent sententias, a tali turba

1 dispicent, *m. 2 add.* l *R* 3 militiades *F* (*med.* i *exp.*) *P* militi ades *A* militiadis, *m. 2* militiades *M* melciades *edd. praeter m* 4 episcopis] ep̄s *F* usurpari, *m. 2* usurpare *P* 5 primatus *codd.* primas *edd.* praesidebat *M* futura, *m. 2* fuerat *P* 6 quid *om. R* 8 statuerunt *MFA* 9 imperatoris ipsius *A* 10 meministris (r *exp.*) *P* distribuendi *R* 13 sint *ras. ex* sunt *F* 14 masculis (*pr.* s *del. m. 2*) *P* 22 correptionis *codd.* 24 de filice *F* difficile *A* autumnitano *codd. a e* 27 interrogatas *MA*

etiam rursus accusari Caecilianum uolebant. sed plane tales inuenerant iudices, quibus illam dementiam persuaderent!

15 Potestis enim pro uestra prudentia et illorum peruersitatem illic adtendere et iudicum grauitatem, quem ad modum ad extremum persuadere non possent, ut a plebe partis Maiorini, quae certam personam non habebat, argueretur Caecilianus et requisiti ab eis essent uel accusatores uel testes uel quoquo modo causae necessarii, qui simul cum eis ex Africa uenerant, et eos praesentes fuisse atque a Donato subtractos esse diceretur. promisit idem Donatus, quod eos esset exhibiturus. quod cum non semel sed saepius promisisset, amplius ad illud iudicium accedere noluit, ubi iam erat tanta confessus, ut nihil aliud deinceps non accedendo nisi praesens damnari noluisse uideretur, cum tamen ea, quae damnanda essent, éo praesente atque interrogato manifestata fuerint. accessit aliud, ut a quibusdam aduersus Caecilianum denuntiationis libellus daretur. post quod factum quem ad modum sit rursus agitata cognitio et quae personae illum libellum dederint quoque modo nihil in Caecilianum probari potuerit, quid dicam, cum et audieritis omnia et, quotiens uolueritis, legere possitis?

16 De numero autem septuaginta episcoporum cum quasi grauissima opponeretur auctoritas, quae fuerint dicta, meministis. et tamen uiri grauissimi ab infinitis quaestionibus catena quadam inexplicabili sese nectentibus suum temperare

1 tales] non tales *f l r m* 2 inuenerat, *corr. m. 1* inuenerant *M* 4 iudicium *F* 5 persuaderi *f l r m* ad plebe (*m. 2* plebē) *M* a plebem (m *del. m. ut uid. 2*) *P* ad plebē *F* (d *exp. et* ~ *eras.*) *A* partes *M* (*corr. m. 1* partis) *A* patris, *m. 2* partis *P* maioriniq; | certam *M* maiorini qui certam *A* 6 habebant *MA* 7 essent accusatores *R* uel | quo modo *M* uel quo | modo *F* uel quo modo *R* 9 ad donato *A* 10 dicerentur (n *exp. m. 1*) *M* idem] enim *R* exhibituros *MFA* 12 illū, *m. 2* illd (*sic!*) *M* tanta erat *R* 13 accedendo] tacendo *P* 14 uoluisse *A* 15 ·presente *F* 16 aliud] et aliud *f l r m* a *om. A* 18 agnitio, *corr. m. 1* cognitio *M* 19 quoquo *R* 20 cum et] et cum *MFAR* 22 cum] qui *M* 23 fuerunt *MFA a e*

arbitrium maluerunt nequaquam curantes, quam multi essent illi episcopi aut unde collecti, quos uidebant tanta temeritate caecatos, ut in absentes et non interrogatos collegas tam praecipites auderent proferre sententias. et tamen qualis ipsius beati Melchiadis ultima est prolata sententia! quam innocens, quam integra, quam prouida atque pacifica! qua neque collegas, in quibus nihil constiterat, de collegio suo ausus est remouere et Donato solo, quem totius mali principem inuenerat, maxime culpato sanitatis recuperandae optionem ceteris liberam fecit paratus communicatorias litteras mittere etiam his, quos a Maiorino ordinatos esse constaret, ita ut, quibuscumque locis duo essent episcopi, quos dissensio geminasset, eum confirmari uellet, qui fuisset ordinatus prior, alteri autem eorum plebs alia regenda prouideretur. o uirum optimum! o filium Christianae pacis et patrem Christianae plebis! conferte nunc istam paucitatem cum illa multitudine episcoporum neque numerum numero sed pondus ponderi comparate: hinc modestiam, inde temeritatem; hinc uigilantiam, inde caecitatem; hic nec mansuetudo integritatem corrupit nec integritas mansuetudini repugnauit, ibi autem et furore timor tegebatur et timore furor incitabatur; isti enim conuenerant cognitione uerorum criminum falsa respuere, illi falsorum damnatione uera celare.

VI 17 Illisne se tandem Caecilianus audiendum iudicandumque committeret, cum haberet tales, apud quos, si ei causa moueretur, innocentiam suam facillime ostenderet? non se illis

2 quod *MFR* 3 interrogatas *M* 4 audirent *FA* ipsius qualis *punctis corr. M* 5 militiadis *MF* (i *altera exp.*) *P* melciadis *R edd. praeter m* 9 liberam ceteris fecit *flrm* liberam fecit ceteris *ae* 11 iis *flrm* 12 gem | nasset *A* 13 eum *bis, alterum del. m. 1 R* conformari, *corr. m. 1* confirmari *P* prior ordinatus fuisset *R* ordinatos, *corr. m. 1* ordinatus *M* 14 uiro, *corr. m. 1* uirum *F* 15 conuerte, *m. ut uid. 2* conferte *M* conferete (e *med. exp.*) *F* conferre, *m. 1 corr.* conferte *R* 18 hic, *corr. m. 1* hinc *M* 19 hic nec] hinc (n *exp. m. 2*) nec *P* hinc (nec *in fine u. om.*) *M* 20 mansuetudinē *M* furorē (~ *eras.*) *M* 21 conuener̄ *P* 22 uerorum] uictorum *P* 24 illine *R* si *A*

omnino committeret nec, si peregrinus ecclesiae Carthaginiensis subito esset episcopus ordinatus et ignoraret, quid ad corrumpendos animos uel inproborum uel inperitorum posset tunc pecuniosissima mulier Lucilla quaedam, quam pro disciplina ecclesiastica corripiendo idem, cum esset diaconus, laeserat. etiam hoc enim accesserat malum ad illam perficiendam iniquitatem. nam in illo concilio, ubi a confessis traditoribus absentes atque innocentes damnati sunt, pauci quidam erant, qui crimina sua infamatis aliis tegere cupiebant, ut homines a ueritatis inquisitione auerterentur falsis rumoribus auocati. pauci ergo erant, qui hoc negotium maxime curabant, quamuis in eis esset maior auctoritas propter ipsius Secundi societatem, qui eis pepercerat territus. ceteri autem Lucillae pecunia maxime aduersus Caecilianum empti et instigati perhibentur. extant gesta apud Zenophilum consularem, ubi Nundinarius quidam diaconus a Siluano Cirtensi episcopo, quantum ipsis gestis intellegitur, degradatus cum eis satisfacere per aliorum episcoporum litteras frustra conatus esset, multa patefecit iratus et in iudicium publicum protulit. inter quae id quoque commemoratum legitur, quod Lucillae pecunia corruptis episcopis in Carthaginiensi ecclesia, in Africae capite. altare contra altare leuatum est. scio, quod haec gesta uobis non legerimus, sed tempus non fuisse meministis. inerat etiam nonnullus dolor animi de typho superbiae ueniens, quod non ipsi ordinauerant Carthagini episcopum.

1 carthaginiensis (i *med. exp.*) *F* carthaginensis *AR edd.* 2 episcopus esset *edd.* corrumpendas (*m. 1* o *super* a) *R* 4 quaedam Lucilla *edd.* lucisla *A* 5 corripienda, *corr. m. 1* corripiendo *P* 9 quidam *om., m. 1 in marg. add. M* 10 auerterent *R* 12 essent (n *exp. m. 1*) *M* 13 territis *A* 15 prohibentur *R* 16 mundinarius *R* diaconus] dicitur *M* circensi *M* 17 degradatis, *corr. m. 1* degradatus *M* eis (s *eras.*) *P* 18 litteris *A* 19 interq; id *MP* (*m. 2* q̄ *pro* q;) inter (*om.* quae id) *F* 21 correptis *P* eps (*m. 1* i *supra add.*) *F* carthaginensi *MFR edd.* 22 capite altere (*corr. m. 1* altare) *M* leuatus *M* (*m. 2* leuatum) *FA* 23 fuisse non *M* non esse *R* interat (*pr.* t *exp. m. 2*) *M* 24 thipo *M* typo *F* (*m. 1 corr.* thypo) *AR*

18 Quibus omnibus rebus cum eos non ueros iudices sed inimicos atque corruptos Caecilianus conuenisse cognosceret, quando fieri posset, ut uel ipse uellet uel populus, cui praesidebat, permitteret, ut relicta ecclesia iret in domum priuatam non collegarum discutiendus examine sed factionis cuneo et odiis muliebribus trucidandus, cum sibi praesertim uideret apud ecclesiam transmarinam priuatis inimicitiis et ab utraque parte dissensionis alienam incorruptum et integrum examen suae causae remanere? ubi si nihil aduersarii agere uellent, ipsi se ab orbis terrarum innocentissima communione praeciderent; si autem illic eum accusare temptassent, tunc sibi adesset, tunc innocentiam suam aduersus eorum machinamenta defenderet, sicut postea factum esse didicistis, cum tamen illi nimis sero quaesissent iudicium transmarinum iam schismatis rei, iam leuati altaris horrendo scelere maculati. primo enim facerent, si ueritate niterentur; sed falsis rumoribus temporis diuturnitate firmatis quasi uetusta fama praeiudicante ad iudicium uenire uoluerunt aut, quod magis credendum est, damnato prius, sicut libuit, Caeciliano quasi securi sibi uidebantur praefidentes numero suo nec audentes alibi commouere causam tam malam, ubi nulla corruptione operante posset ueritas inueniri.

VII 19 Sed postea quam ipsis rebus experti sunt cum Caeciliano permanere communionem orbis terrarum et ad eum a trans-

1 non uero *F* numerus, *m. 2* non ueros *M* 2 caecilianos *A* cienis|se *M* (*cf. p. 106, 7*) cūuenisse, *m. 2* conuenisse *P* 3 populos *F* 4 priuatum *P* 5 discutiendos *M* (*corr. m. 1* discutiendus) *F* discutiendis (*super postr.* i *m. 1 add.* u) *R* 6 cum eo *M* (*m. 2* cuneo) *FA* trucidandos *F* 7 transmarinarum *MFA* transmarina, *m. 2* transmarinam *P* a priuatis *fr* inicitiis, *m. 2* m *super* ic *M* 9 remare, *corr. m. 1* remanere *M* 10 communione] et communione *A* 13 didicitis *A* 14 illi nimis ero *F* illi inmisero *A* illinc misero *M* 15 schismatici|rei *M* 16 ueritati *M* 18 noluerunt *fl* 19 credendūs (∼ *m. 1?*) *M* credendus *F* credenđ *A* 20 uidebuntur *A* audientes *M* (i *exp. m. 1*) *A* 21 malā (∼ *m. ut uid. 2*) *M* nullam *F* nullā (∼ *eras.*) *P* correptione *AP*

marinis ecclesiis communicatorias litteras mitti, non ad illum, quem ipsi scelerate ordinauerant, puduit eos semper tacere, quia posset eis obici, cur paterentur ignaram per tot gentes ecclesiam communicare damnatis et cur se ipsi ab innocentis orbis terrarum communione praeciderent, cum tacendo sinerent episcopo, quem Carthaginiensibus ordinassent, a toto orbe non communicari. elegerunt, sicut dicitur, ad duas agere causam cum Caeciliano apud ecclesias transmarinas parati ad utrumque, ut, si eum potuissent quacumque uersutia falsae criminationis euincere, satiarent plenissime cupiditatem suam, si autem non possent, in eadem quidem peruersitate durarent, sed iam tamen quasi haberent, quod dicerent, malos iudices se esse perpessos, quae uox est omnium malorum litigatorum, cum fuerint etiam manifestissima ueritate superati, quasi non eis ad hoc dici possit et iustissime dici: 'Ecce putemus illos episcopos, qui Romae iudicarunt, non bonos iudices fuisse?' restabat adhuc plenarium ecclesiae uniuersae concilium, ubi etiam cum ipsis iudicibus causa posset agitari, ut, si male iudicasse conuicti essent, eorum sententiae soluerentur. quod utrum fecerint, probent; nos enim non esse factum facile probamus ex eo, quod totus orbis non eis communicat; aut, si factum est, etiam ibi sunt uicti, quod ipsa eorum separatio manifestat.

20 Sed tamen quid postea fecerint, imperatoris litteris sufficientissime ostenditur. iudices enim ecclesiasticos tantae auctoritatis episcopos, quorum iudicio et Caeciliani innocentia et eorum inprobitas declarata est, non apud alios collegas sed apud imperatorem accusare ausi sunt, quod male iudicarint. dedit ille aliud Arelatense iudicium aliorum scilicet episcoporum, non quia iam necesse erat, sed eorum peruersi-

2 scelerati ordinauerunt (*corr. m. 1* ordinauerant) *M* 6 carthaginensibus *FAR edd.* 7 orbe] orbe terrarum *M* ad duas| ad duas fraudes *a e* 9 sic *MFA* 15 ad hoc] adhuc *PR* posset *edd.* 16 iudicauerunt *R* 17 plenarium (a *m. 2 ex 2—3 l.*) *M* 21 factum esse *edd.* totus (s *in ras. m. 1*) *F* 27 alios| eos *M* 29 arelatensi *A* 30 iam *om. M*

tatibus cedens et omni modo cupiens tantam inpudentiam cohibere. neque enim ausus est Christianus imperator sic eorum tumultuosas et fallaces querelas suscipere, ut de iudicio episcoporum, qui Romae sederant, ipse iudicaret, sed alios, ut dixi, episcopos dedit. a quibus tamen illi ad ipsum rursum imperatorem prouocare maluerunt. qua in re illos quem ad modum detestetur, audistis. atque utinam saltem ipsius iudicio insanissimis animositatibus suis finem posuissent atque, ut eis ipse cessit, ut de illa causa post episcopos iudicaret a sanctis antistitibus postea ueniam petiturus, dum tamen illi, quod ulterius dicerent, non haberent, si eius sententiae non obtemperarent, ad quem ipsi prouocauerunt, sic et illi aliquando cederent ueritati! iussit enim ille, ut ei partes ad agendam causam Romam occurrerent. quo cum Caecilianus nescio qua causa non occurrisset, interpellatus ab eis praecepit, ut Mediolanium sequerentur. tunc se aliqui eorum subtrahere coeperant fortasse indignati, quia non est eos imitatus Constantinus, ut iam statim atque uelociter Caecilianum damnaret absentem. quod ubi cognouit prouidus imperator, reliquos ab officialibus custoditos fecit Mediolanium peruenire. quo cum etiam Caecilianus uenisset, ipsum quoque, sicut scripsit, exhibuit cognitaque causa qua diligentia, qua cautela, qua prouisione, sicut eius indicant litterae, Caecilianum innocentissimum, illos inprobissimos iudicauit.

VIII 21 Et adhuc baptizant extra ecclesiam et, si possint, rebaptizant ecclesiam; sacrificant in dissensione et schismate et pacis nomine populos salutant, quos a pace salutis exterminant. conscinditur unitas Christi, blasphematur hereditas Chri-

3 ut de] unde *F* 5 alius ut dixi ēps *F* 9 ipse eis *signis corr.* *P* ēps *FA* 10 antistitibus (tib *in ras. m. 1*) *F* antistibus *MAP* (*m. 2* antistitibus) ueniat *M* (*m. 2* ueniam) *F* 12 ad] at *M* 13 cederunt, *m. 2* cedant *M* cederen (*sic!*), *m. 2* cederent *P* 14 romanam *A* 15 que *F* occurrisse *F* 16 mediolaneum *MA* medio laneum *F* mediolanum *R edd.* aliquis *F* 17 coeperunt *edd.* 20 mediolanum *AR edd.* 22 cognitaquae *F* cognita|qua *A* 23 eis *M* 24 improbasisimos *M* 27 populo, *m. 2* populos *P* salutant *om.* *A*

sti, exsufflatur baptisma Christi et nolunt in se ista per ordinarias humanas potestates flagellis temporalibus emendari, ne in aeternas poenas pro tantis sacrilegiis destinentur. nos eis obicimus furorem schismatis, rebaptizationis insaniam, ab hereditate Christi, quae per omnes gentes diffusa est, nefariam separationem. de codicibus non tantum nostris sed etiam eorum recitamus ecclesias, quarum nomina hodie legunt et quibus hodie non communicant. quae cum recitantur in conuenticulis eorum, lectoribus suis dicunt: 'Pax tecum,' et cum ipsis plebibus, quibus illae litterae scriptae sunt, pacem non habent. et ipsi nobis obiciunt uel falsa crimina mortuorum uel etiam si uera tamen aliena non intellegentes in his, quae nos eis obicimus, omnes illos teneri, in his uero, quae nobis obiciunt, paleam uel zizania messis dominicae reprehendi, ad frumenta autem crimen non pertinere neque considerantes, quia, quibus mali placent in unitate, ipsi communicant malis, quibus autem displicent et eos emendare non possunt neque ante tempus messis audent zizania eradicare, ne simul eradicent et triticum, non factis eorum sed altari Christi communicant, ita ut non solum non ab eis maculentur, sed etiam diuinis uerbis laudari praedicarique mereantur, quoniam, ne nomen Christi per horribilia schismata blasphemetur, pro bono unitatis tolerant, quod pro bono aequitatis oderunt.

22 Si habent aures, audiant, quid spiritus dicat ecclesiis. sic enim in Apocalypsi Iohannis legitur: Angelo,

14; 18 Matth. 13, 24—30  25 Apoc. 2, 7; 11; 17; 29; 3, 6; 13  26 Apoc. 2, 1—3

1 exsufflatur] et exsufflatur *P*  noluit *A*  4 insaniam rebaptizationis *R*  rebaptizatos *P*  5 nefariam, *m. 2* nefas *M*  6 separationis *MF*  7 ecclesiis *F*  9 dicant *P*  10 ipsi *FA*  12 iis *f l r m*  13 teneri (i *in ras. m. 1*) *F*  iis *f l r m*  uero *om. M*  14 palea *M* a, *m. 2* ad *P*  17 ut, *m. 1 supra* ł et *R*  18 zizaniā *M*  19 facis. *m. 1 corr.* factis *F* fanis *A*  23 aequitatis] unitatis *M*  24 oderant *R*  26 apocalipsin *R*

inquit, ecclesiae Ephesi scribe: Haec dicit, qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum: Scio opera tua et laborem et patientiam tuam et quia non potes sustinere malos et temptasti eos, qui se dicunt apostolos esse et non sunt, et inuenisti eos mendaces et patientiam habes et sustinuisti eos propter nomen meum et non defecisti. quod si de angelo superiorum caelorum et non de praepositis ecclesiae uellet intellegi, non consequenter diceret: Sed habeo aduersum te, quod caritatem tuam primam reliquisti. memor esto itaque, unde excideris, et age paenitentiam et prima opera fac; sin autem, uenio tibi et mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi paenitentiam egeris. hoc superioribus angelis dici non potest, qui perpetuam retinent caritatem, unde qui defecerunt et lapsi sunt, diabolus est et angeli eius. ergo primam caritatem dicit, quia sustinuit pseudoapostolos propter nomen Christi, quam iubet ut repetat et faciat priora opera sua. et obiciuntur nobis crimina malorum hominum, non nostra sed aliena et ipsa partim incognita. quae si etiam uera et praesentia uideremus et zizaniis propter frumenta parcentes pro unitate toleraremus, non solum nulla reprehensione sed etiam non parua laude nos dignos diceret, quicumque scripturas sanctas non corde surdus audiret.

23 Tolerat Aaron multitudinem idolum exigentem et fabricantem et adorantem; tolerat Moyses aduersus deum tot milia

10 Apoc. 2, 4—5 16 Matth. 25, 41; Apoc. 12, 9 26 Ex. 32, 1—6 27 Ex. 14, 11; 15, 24; 16, 2 et 8; 17, 2—3; Num. 14, 2; 16, 41

1 scribere *FA* 4 tuam *om. MFAP* 5 temptati, *corr. m. 1* temptasti *F* 6 se dicunt (i *ex ras.; fuitne* u?) *F* seducunt, *corr. m. ut uid. 1* sedicunt *A* esse *om. F; sacr. litt. uariant* 8 deficisti *F* 10 sequenter *F* 14 tibi] tibi cito *M* 17 et qui lapsi *M* 19 oppera sua priora *M* 21 quae si] quasi *A* 22 uiderimus *M* (*m. 2* uideremus) *A* 23 toleramus *M* (*corr. m. 1* toleraremus) *A* 24 nos *om. A* 26 idolorum *FP* ido|lorum idola *M*

murmurantia et totiens offendentia sanctum nomen eius; tolerat Dauid Saulem persecutorem suum sceleratis moribus caelestia deserentem, magicis artibus inferna quaerentem, occisum uindicat, christum etiam domini propter sacramentum uenerandae unctionis appellat; tolerat Samuhel nefandos filios Heli, peruersos filios suos, quos populus quia tolerare noluit, diuina ueritate accusatus, diuina seueritate correptus est; tolerat denique ipsum populum superbum contemptorem dei; tolerat Esaias, in quos tam multa uera crimina iaculatur; tolerat Hieremias, a quibus tanta perpetitur; tolerat Zacharias Pharisaeos et scribas, quales illo tempore fuisse scriptura testatur. scio me multos praetermisisse; legant, qui uolunt, legant, qui possunt, eloquia caelestia, inuenient omnes sanctos dei seruos et amicos semper habuisse, quos in suo populo tolerarent, cum quibus tamen illius temporis sacramenta communicantes non solum non inquinabantur, sed etiam laudabiliter sustinebant studentes, sicut ait apostolus, seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. adtendant etiam post domini aduentum, ubi multo plura huius tolerantiae per totum orbem inueniremus exempla, si omnia scribi et in auctoritatem redigi potuissent, — tamen haec ipsa, quae habemus, aduertite. tolerat ipse dominus Iudam diabolum, furem et uenditorem suum, sinit accipere inter innocentes discipulos, quod fideles nouerunt pretium nostrum; tolerant apostoli pseudoapostolos et inter sua quaerentes, non quae Iesu Christi, Paulus non sua

2 I Reg. 18, 10—24, 23; 26, 1—12; 28, 7—14; II Reg. 1, 1—16 5; 8 I Reg. 2, 12—26; 8, 1—22 17 Eph. 4, 3 22 Ioh. 12, 4—6; Matth. 26, 14—16 25 II Cor. 11, 13; Phil. 2, 21

4 dm̄ *F* 6 Heli *om. R* peruersosque *flrm* 9 tolerat *om. R* isaias propheta in quos *R* 12 multas *A* 13 caestia, *m. 2* caelestia *R* inueniant *MFA* 14 habuisse se quos *FR* habuisse //////quos (se *eras.?*) *P* 16 *post.* non *om., m. 1 add. M* 21 in auctoritate *P* 22 aduerte *M* 24 discipulos innocentes *M* quos *MFA* nouerat *A* premium, *corr. m. 1* precium *M* 25 inter *om. P*

quaerens, sed quae Iesu Christi, cum gloriosissima tolerantia conuersatur; postremo, quod paulo ante commemoraui, diuina uoce laudatur sub angeli nomine praepositus ecclesiae, quod, cum odisset malos, eos tamen temptatos et inuentos pro nomine domini tolerauit.

24 Ad summam se ipsos interrogent. nonne tolerantur ab eis caedes et incendia Circumcellionum, ueneratores praecipitatorum ultro cadauerum et sub incredibilibus malis unius Optati per tot annos totius Africae gemitus? parco iam dicere singularum per Africam regionum et ciuitatum et fundorum tyrannicas potestates et publica latrocinia. melius enim uobis haec uos ipsi dicitis siue in aurem siue palam, sicut libitum fuerit. quocumque enim oculos uerteritis, occurret, quod dico uel potius quod taceo. neque hinc istos, quos ibi diligitis, accusamus. non enim nobis displicent, quia tolerant malos, sed quia intolerabiliter mali sunt propter schisma. propter altare contra altare, propter separationem ab hereditate Christi toto orbe diffusa, sicut tanto ante promissa est. uiolatam pacem, conscissam unitatem, iterata baptismata, exsufflata sacramenta, quae in sceleratis quoque hominibus sancta sunt, plangimus et lugemus. quae si parui pendunt, intueantur exempla, quibus demonstratum est, quanti haec penderit deus. qui fecerunt idolum, usitata gladii morte perempti sunt; qui uero schisma facere uoluerunt, hiatu terrae principes deuorati et turba consentiens igne consumpta est. diuersitate poenarum diuersitas agnoscitur meritorum.

6 cf. contra litt. Petil. I 24, 26    17 Ps. 2, 7—8    23 Ex. 32, 1—28    24 Num. 16, 1—35; 41—49

4 ∗odisset (o *ex corr. m. ut uid. 1, fuit* u) *F*    7 cercicellionum *F* cercillionum *MA*    cieneratores (*sic!*) *M* (*cf. p. 100, 2*) qui sunt ueneratores *f l r m*    9 anninos *A*    11 enim haec uobis dicitis ipsi siue (*ante* haec *s. u. m. 1 alterum* uobis *add.*) *M*    12 palam] in palam *R*    13 uerteretis *A*    occurreret *FP* occurret uobis *R*    15 uobis *MFA*    18 promissio *A*    20 ex sufflata *A* et sufflata *F*    celeratis *ras. ex* celeratas *A*    21 parua, *corr. m. 1* parui *P*    22 inueniantur *A*    24 hiatu∗ (s *eras.*) *P*    25 consummata *F*    26 diuersitate] diuersitas *A*    diuersitas] diuersitate *M* (*m. 2* diuersitas) *FA*    cognoscitur *M*

IX 25 Traduntur in persecutione sancti codices, confitentur traditores et deo dimittuntur; non interrogantur innocentes et ab hominibus temerariis damnantur; probatur integer certis iudiciis, qui inter damnatos absentes multo uehementius ceteris criminatus est; iudicium episcoporum; ad imperatorem appellatur; iudex eligitur imperator; iudicans contemnitur imperator. quae tunc acta sint, legistis; quae nunc agantur, uidetis. si de illis in aliquo dubitatis, ista iam cernite. certe non chartis ueteribus, non archiuis publicis, non gestis forensibus aut ecclesiasticis agamus. maior liber noster orbis terrarum est; in eo lego completum, quod in libro dei lego promissum: Dominus, inquit, dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te; postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae. huic hereditati qui non communicat, quoslibet libros teneat, exheredatum se esse cognoscat; hanc hereditatem quisquis expugnat, alienum se esse a familia dei satis indicat. certe de traditione diuinorum librorum uertitur quaestio, ubi hereditas ista promissa est. ille ergo credatur testamentum tradidisse flammis, qui contra uoluntatem litigat testatoris. quid tibi fecit, o pars Donati, quid tibi fecit ecclesia Corinthiorum? quod autem de ista dico, de omnibus talibus et tam longe positis intellegi uolo. quid uobis fecerunt, quae nec omnino, quid feceritis, nec, quos infamaueritis, nosse potuerunt? an quia Lucillam Caecilianus in Africa laesit, lucem Christi orbis amisit?

12 Ps. 2, 7—8

1 persecutionem *F* 2 ui nocentes *M* 3 omnibus (h *praeposita m. 1*) *F* 4 inditiis *MP* indiciis *F* absentes damnatos *edd.* 5 ad imperatorum *MFA* 6 contemnitor *A* 7 acta sint legitis *P* actas (*m. 2* ~ *super* s) intellegistis *M* actas intellegistis *F* acta sunt intellegistis *A* 9 gentis *M* (*m. 2* gestis) *F* 10 aecclesiasticas, *m. 2* aecclesiasticis *M* agimus *R* 15 non] nunc, *m. 2* non *M* 16 ex hereditatum *A* esse] se, *corr. m. 1* esse *M* cognoscat (oscat *in ras. m. ut uid. 1*) *F* 19 creditur *R* 22 et tam] *etiam (a *eras.*) *P* 23 quae] quid (d *exp. m. 2*) *M* 25 laesa *A*

26 Tandem sentiant, quod fecerunt; merito certo annorum interuallo in oculos eorum reuolutum est opus ipsorum. quaerite, per quam feminam Maximianus, qui dicitur esse Donati propinquus, sese a Primiani communione praeciderit et quem ad modum congregata episcoporum factione Primianum damnarit absentem et aduersus eum episcopus ordinatus sit, quem ad modum Maiorinus per Lucillam congregata episcoporum factione Caecilianum damnauit absentem et contra eum episcopus ordinatus est. an forte, quod a ceteris Afris suae communionis episcopis contra factionem Maximiani Primianus purgatus est, ualere uultis et, quod a transmarinis unitatis episcopis aduersus factionem Maiorini Caecilianus purgatus est, ualere non uultis? rogo, fratres mei, quid magnum peto? quid difficile a uobis intellegi cupio? multum quidem interest et incomparabiliter distat uel auctoritate uel numero Africana ecclesia, si cum ceteris orbis partibus conferatur, et longe minor est, etiam si unitas hic esset, longe omnino minor est comparata ceteris Christianis omnibus gentibus quam pars Maximiani comparata parti Primiani. peto tamen et iustum esse arbitror, ut tantum ualeat concilium Secundi Tigisitani, quod Lucilla conflauit aduersus absentem Caecilianum et apostolicas sedes totumque orbem Caeciliano communicantem, quantum ualet concilium Maximianensium, quod similiter femina nescio quae conflauit aduersus absentem Primianum et ceteram per Africam multitudinem Primiano communicantem. quid apertius cernitur? quid aequius postulatur?

27 Videtis haec omnia et nostis et gemitis; et tamen uidet et deus, quod uos in tam pestifera et sacrilega praecisione nulla res cogit remanere, si pro adipiscendo spiritali regno

1 certe *M* (*m. 2* certo) *F a e* 2 occulis *M* 4 propinquis *A* 5 dampnauerit *R* damnaret *A* 9 communionis suae *A* 10 maximiam (*corr.* maximiani) primanus (*corr. m. 1* primianus) *M* primiani primianus *A* 11 unitatis *in fine u. om. P* 19 maximiani* (*fuit* s) *F* parte *MFP* (*m. 2* parti) *R* 20 consilium *A* Secundi *om. M* tigisitam, *corr.* tigisitani *M* tigistani *A* 21 apostolicam sedem *P edd.* 24 qua *MF* 27 uidit, *corr.* uidet *P* 28 uos] et uos *P*

carnalem superetis affectum et amicitias hominum, quae in iudicio dei nihil proderunt, pro deuitandis sempiternis poenis non timeatis offendere. ecce ite, consulite; quid contra haec nostra possint respondere, cognoscite. si proferunt chartas, proferimus chartas; si falsas nostras esse dicunt, hoc nos de suis dicere non indignentur. nemo delet de caelo constitutionem dei. nemo delet de terra ecclesiam dei; ille totum orbem promisit, ista totum orbem repleuit et malos habet et bonos, sed nec in terris amittit nisi malos nec in caelum admittit nisi bonos. erit autem uobis hic sermo, quem de munere dei nouit ipse quanta et pacis et uestra dilectione deprompsimus, correctio, si uelitis, testis uero, etsi nolitis.

## XLIV.

DOMINIS DILECTISSIMIS ET PRAEDICABILIBUS FRATRIBUS ELEUSIO, GLORIO ET FELICIBUS AUGUSTINUS.

II Fortunium, quem Tubursicu habetis episcopum, per eandem ciuitatem quamquam festinantissime cum ad Cirtensem ecclesiam pergeremus, experti sumus ita omnino, ut de illo soletis benignissime polliceri. eam ipsam quippe uestram de illo nobis sermocinationem cum ei renuntiaremus uolentes eum uidere, non abnuit. uenimus itaque ad eum, quia aetati eius id a nobis deferendum uidebatur potius quam exigendum, ut ipse ad nos ueniret prior. perreximus ergo comitantibus non paucis, quos forte adgregatos nobis illud tempus inuenerat. cum autem apud eum consedissemus, rumore disperso non

2 pderunt, *corr.* ꝓderunt *F* 4 possunt *A* 5 falsa nostra *P* nostras falsas *R* de suis *bis, alterum del. F* 6 constitutione *A* 8 malos (*super* o *m. 1* u *add. sed eras.*) *M* bonos (*super post.* o *m. 1* u *add. sed eras.*) *M* 9 āmittit *A* malus, *m. 2* malos *M* amittit *F* bonus, *m. 2* bonos *M*

*Idem codices, qui in ep. XLIII.*

16 tubursicu, *m. 2* tubursicū *M* tubursicu *uel potius* tubursicii *R* Tubursicii *a e* Tubursicum *cett. edd.* 19 ipse *M* 22 quam id agendum *A* 23 uenire, *m. 2* ueniret *P*

parua praeterea turba confluxit. sed in tota illa multitudine perpauci apparebant, qui utiliter ac salubriter agi causam illam et tantam reique tantae quaestionem prudenter et pie discuti cuperent. ceteri uero magis ad spectaculum quasi altercationis nostrae prope theatrica consuetudine quam ad instructionem salutis Christiana deuotione conuenerant. quapropter nec silentium nobis praebere nec intente atque nobiscum modeste saltem et ordinate conloqui potuerunt exceptis, ut dixi, paucis, quorum religiosa et simplex apparebat intentio. itaque libere pro sui cuiusque animi motu inmoderate loquentium strepitu omnia turbabantur nec euincere siue nos siue ipse rogando, interdum etiam obiurgando potuimus, ut nobis modestum silentium praeberetur.

2 Res tamen utcumque agi coepta est et aliquot horas in alterno sermone protraximus, quantum uocibus interquiescentibus uarie tumultuantium sinebamur. sed in ipso disputationis exordio cum uideremus ea, quae dicebantur, subinde labi de memoria uel nostra uel eorum, quorum salutem maxime curabamus, et ut esset nobis cautior modestiorque tractatio, simul et uos atque alii fratres, qui absentes erant, quid inter nos actum esset, legendo cognosceretis, postulauimus, ut a notariis uerba nostra exciperentur. diu ab illo uel ei consentientibus reluctatum est; postea tamen ipse concessit. sed notarii, qui aderant atque id strenue facere poterant, nescio qua causa excipere noluerunt. egimus saltem, ut fratres, qui nobiscum erant, quamquam in hac re tardius

1 conflixit *A* sed nobis in *m* 3 rei quae tante *M* (quae tante *del. m. 2*) *F* 5 prope theatrica] prophete| atrica, *m. 2* pro the| atrica *M* prophetae atrica *F* consuetudine *cum ras. super postr. l. M* 7 nobiscum atque *edd. praeter a* 11 omnia strepitu *edd.* tubabantur, *m. 2* turbabantur *R* turbantur *MFA* uos *R* 14 aliquod *MF* oras *M* (*m. 2* horas) *P* 15 alterno∴ (*ras. 1—2 l.*) *F* alternos *A* sermonē *A* ptraximus *R* 19 modestior quae *M* 20 et] ut *F* ut et *flrm* aliis (s *exp. m. 2*) *M* 21 qđ *R* 22 uestra, *m. 2* nostra *corr. uid. R* 23 consistentibus *F* 24 notari, *m. 2* notarii *M* 25 excipe, *corr. m. 1* excipere *M*

possent, exciperent, pollicentes nos ibi easdem tabulas relicturos. consensum est. coeperunt uerba nostra excipi et aliqua ab inuicem ad tabulas dicta sunt. postea inordinatas perstrepentium interpellationes et propterea nostram quoque turbulentiorem disputationem notarii non ualentes sustinere cesserunt nobis sane non desistentibus et, ut cuique facultas dabatur, multa dicentibus. ex quibus omnibus uerbis nostris quantum recordari potui causae totius actionem, dilectionem uestram fraudare nolui. potestis enim ei litteras meas legere, ut uel adprobet me uera scripsisse uel ipse uobis, si quid melius recolit, incunctanter insinuet.

I 3 Primo enim uitam nostram, quam uobis beniuolentius fortasse quam uerius narrantibus se comperisse dicebat, praedicare dignatus est adiungens dixisse se uobis nos omnia, quae de nobis insinuaratis, bene facere potuisse, si in ecclesia faceremus. deinde quaerere coepimus, quaenam illa esset ecclesia, ubi uiuere sic oporteret, utrum illa, quae, sicut sancta tanto ante scriptura praedixerat, se terrarum orbe diffunderet, an illa, quam pars exigua uel Afrorum uel Africae contineret. hic primo adserere conatus ubique terrarum esse communionem suam. quaerebam, utrum epistulas communicatorias, quas formatas dicimus, posset, quo uellem, dare, et adfirmabam, quod manifestum erat omnibus, hoc modo facillime illam terminari posse quaestionem. parabam autem, ut, si consentiret, ad illas ecclesias a nobis tales litterae mitterentur, quas in apostolicis auctoritatibus pariter legeremus illo iam tempore fuisse fundatas.

18 Ps. 2, 7—8

3 inordinatas, *m. 2* inordinatis *P* 4 interpellationibus *P* 8 recordare, *m. 2* recordari *P* causa *MFP* actionis *P* 10 uera me *edd.* me[illegible] (*parua ras.*) *F* 12 nostram *om. R* quam (m *ras.; ex* nt*?*) *P* 13 secū perisse *P* 14 se dixisse *edd.* se *om., m. 1 add. F* 15 insinueratis *M* insinuaretis *A* insinuaueratis *P a e m* insinuaueritis *f l r* 17 oportet *R* 18 se] si *F* 19 pars] pras *M* 20 conatus] conatus est *edd. praeter a* 21 utram, *corr. m. 1* utrum *M* 25 ut c si (c *exp. m. 1*) *P* tales *in fine u. om. M* 27 etiam *A*

4 Sed quia res aperte falsa erat, permixtis uerbis cito inde discessum est. inter quae uerba euangelicam illam domini admonitionem commemorauit, qua dixit: Cauete a pseudoprophetis; multi ad uos uenient in uestitu ouium, intus autem sunt lupi rapaces; ex fructibus eorum cognoscetis eos. quae uerba domini cum diceremus eadem de illis a nobis posse recitari, uentum inde est ad exaggerationem persecutionis, quam saepe suam partem pertulisse dicebat hinc uolens ostendere suos esse Christianos, quia persecutionem paterentur. inter quae uerba cum ego pararem ex euangelio respondere, inde capitulum commemorauit prior, ubi dominus ait: Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum. quo loco ego gratulatus subieci statim id ergo esse quaerendum, utrum illi persecutionem propter iustitiam passi fuerint. in qua quaestione discuti cupiebam, quod quidem omnibus clarum erat, utrum eos in unitate ecclesiae constitutos an schismate iam diuisos Macariana tempora inuenerint, ut, qui uidere uellent, utrum propter iustitiam persecutionem passi fuerint, id potius adtenderent, utrum se recte a totius orbis unitate praeciderint, quod si iniuste fecisse inuenirentur, manifestum esset eos propter iniustitiam potius quam propter iustitiam passos persecutionem et ideo numero beatorum adiungi non posse, de quibus dictum est: Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. ibi commemorata est famosior quam certior codicum illa traditio. sed respondebatur a partibus nostris principes illorum potius fuisse traditores; quod si in

3 Matth. 7, 15—16  12 Matth. 5, 10

1 inde *om.* *R*  2 interq;, *m. ut uid. 2* inter quae *M*  10 interq;, *m. ut uid. 2* inter quae *M*  11 parerem, *m. 2* pararem *M*  ide *F* idē *MA* idem *P*  16 iustitiam] iusti *A*  fuerunt *M*  questionem (m *del. m. 2*) *M*  17 quidem omnibus] qui demonibus *A*  clarum—schismate] clamate (*om.* rum erat—schis) *MFA*  18 macara (*m. 1 corr.* macari) | ana *M* macarina *A*  20 passi fuerint persecutionem *F*  23 iniustitiam] iustitiam *F*  28 potius *om. R*  in *om. FAPR* de *flrm*

hac re nostrorum litteris nollent credere, nec nos cogi oportere, ut litteris credamus ipsorum.

III 5 Sed tamen sequestrata ista dubia quaestione quaerebam, quo modo se isti iuste separassent ab innocentia ceterorum Christianorum, qui per orbem terrarum successionis ordinem custodientes in antiquissimis ecclesiis constituti penitus ignorarent, qui fuerint in Africa traditores, qui certe non possent communicare nisi eis, quos sedere in sedibus episcopalibus audiebant. respondit tam diu transmarinarum partium ecclesias mansisse innocentes, donec consensissent in eorum sanguinem, quos Macarianam persecutionem pertulisse dicebat. ubi ego possem quidem dicere nec inuidia Macariani temporis innocentiam transmarinarum ecclesiarum contaminari potuisse, quando quidem nullo modo probaretur illis auctoribus etiam fecisse, quae fecerat; sed de compendio quaerere malui, si Macarii saeuitia, ex quo in eam consensisse dicebantur transmarinae ecclesiae, suam innocentiam perdiderunt, utrum saltem probaretur usque ad illa tempora Donatistas cum orientalibus ecclesiis ceterisque orbis partium in unitate mansisse.

6 Tunc protulit quoddam uolumen, ubi uolebat ostendere Serdicense concilium ad episcopos Afros, qui erant communionis Donati, dedisse litteras. quod cum legeretur, audiuimus Donati nomen inter ceteros episcopos, quibus illi scripserant. itaque flagitare coepimus, ut doceretur, utrum ipse esset Donatus, de cuius parte isti cognominantur; fieri enim potuisse, ut alicui Donato alterius haeresis episcopo scripserint, cum maxime in illis nominibus nec Africae mentio facta fuerit; quo modo ergo posset probare Donatum partis Donati

1 oportet *R* 3 seq;stra | ista *M* 4 quomo (*sic!*) *M* separarent *R* 8 nisi] ñ *R* 11 machariana persecutione *P* 12 ego] ergo *A* 14 fecisse etiam *edd.* 16 ex quo *om. R* transmarinã *F* 18 salti *M* 19 partibus *f l r m* unitatẽ *F* 20 mansisse* (t *eras.*) *P* 22 Sardicense *edd.* communiones, *m. 1 corr.* communionis *F* 25 diceretur *R m* 29 fuerint (n *del. m. 1*) *M*

episcopum nomine illo accipiendum esse, quando ne id quidem probare posset, utrum ad Africanarum specialiter ecclesiarum episcopos illae litterae missae fuerint. quamquam enim Donati nomen Afrum esse soleat, non tamen repugnaret a uero, ut uel partium illarum aliquis uocaretur Afro nomine uel aliquis Afer in illis partibus constitueretur episcopus. neque enim in eis uel diem uel consulem inuenimus, ut saltem consideratis temporibus certi aliquid eluceret. sane quoniam nescio quando audieramus Arrianos, cum a communione catholica discrepassent, Donatistas in Africa sibi sociare temptasse, ad aurem mihi hoc ipsum frater Alypius suggessit. tunc accepto ipso uolumine eiusdem concilii statuta considerans legi Athanasium episcopum Alexandrinum catholicum, cuius maxime aduersus Arrianos acerrimarum disputationum conflictus eminuit, et Iulium ecclesiae Romanae episcopum nihilo minus catholicum illo concilio Serdicensi fuisse inprobatos. unde apud nos constitit Arrianorum fuisse concilium, quibus isti episcopi catholici uehementissime resistebant. itaque ad diligentiorem etiam temporum discussionem uoluimus ipsum uolumen accipere atque auferre nobiscum. qui noluit dare dicens ibi nos habere illud, quando aliquid in eo considerare uellemus. rogaui etiam, ut manu mea notari permitteret, fateor, timens, ne mihi forte, causa exigente cum petendum esset, pro illo aliud proferretur. neque hoc uoluit.

IV 7 Deinde mihi coepit instare, ut ad interrogationem suam breuiter responderem, quaerens a me, quem iustum putarem,

1 episcoporum *A* 4 a uiro *F* 5 aliquis afer in illis partibus constitueretur episcopus uel aliquis uocaretur afro nomine neque enim *F* nomine Afro *edd.* 6 neque] ne *M* 8 aliquid (d *in ras. m. 1*) luceret *M* aliquid deluceret *FA* 10 africas *F* sibi *om. M* 12 consilii, *m. 2* concilii *M* 13 legit *M* (t *exp. m. 2*) *FAPR a e* 14 acerrimus *R* 15 emicuit *MF* romae *F* 16 nihil hominus *MF* (*post.* h *exp.*) *A* nihil hominis, *m. 2* nihilominus *P* serdicense *F* Sardicensi *edd.* 17 constituit *F* 19 ad diligentiorem] adiligentiorē *M* 20 afferre *R* 24 proferetur *MA*

eum, qui persequeretur, an eum, qui persecutionem pateretur. cui respondebam non recte ita interrogari; fieri enim posse, ut ambo iniqui sint, fieri etiam posse, ut iniquiorem iustior persequatur; non ergo esse consequens, ut ideo sit quisque iustior, quia persecutionem patitur, quamuis id plerumque contingat. deinde cum uiderem in hoc eum multum inmorari, ut iustitiam suae partis ex eo certam uellet intellegi, quia persecutionem passa fuerit, quaesiui ab eo, utrum iustum et Christianum putaret episcopum Mediolanensis ecclesiae Ambrosium. cogebatur utique negare, quod ille uir Christianus esset et iustus, quia, si fateretur, statim obiceremus, quod eum rebaptizandum esse censeret. cum ergo ea loqui cogeretur, quibus ille non esset habendus Christianus et iustus, commemoraui, quantam persecutionem pertulerit circumdata etiam militibus armatis ecclesia. quaesiui etiam, utrum Maximianum, qui ab eis apud Carthaginem schisma fecerit, et iustum et Christianum putaret. non poterat nisi negare. commemoraui ergo etiam illum talem persecutionem pertulisse, ut ecclesia eius usque ad fundamenta dirueretur. his igitur exemplis ei, si possem, persuadere moliebar, ut iam desineret dicere persecutionis perpessionem Christianae iustitiae certissimum esse documentum.

8 Narrauit etiam in ipsa schismatis nouitate maiores suos,

3 sint *ras. ex* sunt *M* 4 esset *codd.* esse *edd.* 5 quamuis id] quamuis sit *F* quam iussit *M* quamuis *A* 6 contingat] iustior contingat *MFA* iustiori contingat *edd. praeter m* eum *ex* um *m. 1 M* 7 qui *A* 8 iusto *M* (*m. 2* iustū) *F* (*m. 1 corr.* iustū) *A* 11 et *exp. m. 2 M* 12 censerit *M* (*m. 2* censuerit) *A* ea loqui] eloqui *MFA aef* 13 christianos, *corr. m. 1* christianus *F* 14 cum memoraui *M* (*m. 2* commemoraui) *A* circumdatam *MF* (*postr. l. exp.*) *A* 15 etiam a militibus *R* ęcclesia, *m. 2* ęcclesiā *M* quaesiui, *sed* ui *in ras.* (*m. 2 ?*) *P* quaesibi *F* quae | sibi *M* (*m. 2* quae | siui) *A* 16 qui ad ei' (ad ei' *del. m. 2*) *M* qui adeis (*m. 1 inter* e *et* i *supra add.* h) *F* quia de eis *A* quia et is *edd. praeter m* fecerat *edd.* 17 negaret *R* cummemoraui, *corr.* commemoraui *M* 19 ei ususque *P* 20 ut etiam *A* 21 persecutiones, *corr. m. 1* persecutionis *M* 23 nouitate** *A* nouitate* (m *eras.*) *P*

cum cogitarent culpam Caeciliani, ne schisma fieret, quoquo modo uelle sopire, dedisse quendam interuentorem populo suae communionis apud Carthaginem constituto, antequam Maiorinus aduersus Caecilianum ordinaretur. hunc ergo interuentorem in suo conuenticulo a nostris dicebat occisum. quod, fateor, numquam antea prorsus audieram, cum tam multa ab eis obiecta crimina refellerentur et redarguerentur a nostris atque in eos plura et maiora iacerentur. sed tamen postea, quam hoc narrauit, rursus a me instanter coepit quaerere, quem iustum putarem, eumne, qui occidit, an eum, qui occisus esset, quasi iam mihi probauisset ita, ut narrauerat, esse commissum. dicebam ergo prius, utrum uerum esset, esse quaerendum; non enim temere credi oportere, quaecumque dicuntur; et tamen fieri potuisse, ut uel ambo aeque mali essent uel etiam peiorem quisquam malus occideret. re uera enim fieri potest, ut sceleratior sit rebaptizator totius hominis quam solius corporis interemptor.

9 Unde etiam illud, quod a me postea quaesiuit, iam quaerendum non erat. ait enim etiam malum non debuisse occidi a Christianis et iustis; quasi nos eos, qui haec in catholica faciunt, iustos uocemus. quae tamen nobis ab istis dici facilius quam probari solent, cum tam multas uiolentissimas caedes et strages plerique ipsorum et episcopi et presbyteri et quilibet clerici congregatis turbis hominum furiosissimorum non catholicis sed non numquam etiam suis, ubi possunt, inferre non cessent. quae cum ita sint, dissimulans tamen ab sceleratissimis factis suorum, quae ipse plus nouit, urguebat, ut dicerem, quis iustorum uel malum aliquem occiderit. quod etiam si ad causam iam non pertinebat, fatebamur enim haec

1 quo *MF* 2 uelles operire *MFA* 3 suę (ę *ex corr.*) *M* 4 hinc, *m. 1 corr.* hunc *R* ergo *om. in fine u. M* 6 ante *P* cum *om. P* multũ *R* 7 criminare fellerentur *MFA* 9 rursum *F* 10 a..n (*parua ras.*) *P* 11 enarrauerat *P* 12 dicebant, *corr. m. 1* dicebam *P* 17 interemptor solius corporis *R* 18 postea a me *R* 25 catholicis] catholicis tantum *edd.* 26 comita, *m. 2* cum ita *M* 28 occideret *MFAP f l r* 29 iam non iam *A*

ubicumque sub nomine Christiano fierent, non fieri a bonis, sed tamen ut admoneretur, quid esset quaerendum, respondimus quaerentes, utrum Helias iustus ei uideretur fuisse, quod negare non potuit. deinde subiecimus, quam multos pseudoprophetas sua manu peremerit. hic re uera uidit, quod uidendum erat, alia licuisse tunc iustis; haec enim prophetico spiritu auctoritate dei faciebant, qui procul dubio nouit, cui etiam prosit occidi. exigebat ergo, ut docerem, iam noui testamenti temporibus qui iustorum aliquem occiderit etiam sceleratum et impium.

V 10 Tunc reditum est ad superiorem tractatum, quod uolebamus ostendere neque nos illis debere obicere suorum scelera neque illos nobis, si qua inuenirentur talia facta nostrorum. de nouo enim testamento ostendi quidem non posse, quod iustus quisquam interfecerit aliquem; sed tamen illud probari posse ipso exemplo domini sceleratos ab innocentibus fuisse toleratos. traditorem enim suum, qui iam pretium eius acceperat, usque ad ultimum osculum pacis inter innocentes secum esse perpessus est. quibus non tacuit esse inter illos tanti sceleris hominem et tamen primum sacramentum corporis et sanguinis sui nondum illo excluso communiter omnibus dedit. quo exemplo cum prope omnes mouerentur, temptauit dicere ante passionem domini communionem illam cum scelerato non obfuisse apostolis, quia nondum habebant baptismum Christi sed baptismum Iohannis. quod posteaquam dixit, coepi ab eo quaerere, quem ad modum ergo scriptum esset, quod Iesus baptizauerit plures quam Iohannes, cum ipse non baptizaret sed discipuli

5 III Reg. 18, 40 17 Matth. 26, 14—16; 20—28; 48—49 27 Ioh. 4, 1—2

3 ei *ex* e *m. 1 F* 6 talia tum licuisse iustis *m* hoc *R* 8 exiebat *F* (*m. 1? corr.* exigebat) *P* (*m. 2* exigebat) 9 temporis *A* quis *m; cf. p. 116, 28* 11 redditum (*altera* d *exp. m. 2*) *M* quo *edd.* 12 illos *ex* illis *m. 1 P* debere—illos *om. P* 14 enim *om. A* 18 pacis osculum *edd.*

eius, hoc est per suos discipulos baptizaret. quo modo ergo dabant, quod non acceperant, quod ipsi maxime solent dicere? an forte Christus baptismo Iohannis baptizabat? deinde in hac sententia multa quaesiturus eram, quo modo ab ipso Iohanne tunc quaesitum sit de baptismo domini et responderit, quod ille haberet sponsam et ille esset sponsus. numquid ergo fas erat, ut baptismo Iohannis baptizaret sponsus, id est baptismo amici uel serui? deinde quo modo poterant eucharistiam accipere nondum baptizati? aut quo modo Petro uolenti, ut totum se lauaret, responderit: Qui lotus est semel, non eum oportet iterum lauari, sed est mundus totus? perfecta enim mundatio non in Iohannis sed in nomine domini baptisma est, si eo se dignum, qui accipit, praebeat; si autem indignum, sacramenta in eo non ad salutem sed ad perniciem permanebunt tamen. cum ergo ista quaesiturus essem, etiam ipse uidit de baptismo discipulorum domini non sibi fuisse quaerendum.

11 Inde itum in aliud multis, ut poterant, utrimque sermocinantibus. inter quae dictum est, quod adhuc eos nostri persecuturi essent, nobisque dicebat uidere se uelle, quales nos essemus in illa persecutione praebituros, utrum consensuri essemus tali saeuitiae, an nullum commodaturi consensum. nos dicebamus deum uidere corda nostra, quae ipsi non possent, et illos temere sibi adhuc ista metuere, quae si contigerint, a malis contingere, quibus deteriores ipsi habent; nec tamen ideo nos a catholica communione segregare debere,

4 Ioh. 3, 22—29 10 Ioh. 13, 10

7 id est] idē *P* 10 leuaret, *corr. m. 1* lauaret *P* lo**tus *A* 13 sed in nominis domini baptismo est *a e* sed in domini baptismo est *cett. edd.* eos *MFA* qui—indignum *om. MFA* 15 ego *MR* 18 itum] itum est *A f l r m* ali** (is *eras.*) *M* illud *R* utrumque *MFAR* 19 inter que *A* interq; *MP* (*m. 2* inter quae) persecturi, *m. 2* persecuturi *M* persecutori, *corr.* (*m. 1?*) persecuturi *P* 20 erant, *corr. m. 1* essent *M* nobisquę (, *eras.*) *M* 22 ullum, *m. 2* nullum *PR* 24 istā (~ *eras.*) *P*

si quid forte nobis inuitis uel etiam, si ualuerimus, contradicentibus factum fuerit, cum tolerantiam pacificam didicerimus dicente apostolo: Sufferentes inuicem in dilectione, studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. quam pacem atque tolerantiam illos non tenuisse dicebamus, qui schisma fecerunt, ut nunc inter suos, qui mitiores eorum sunt, grauiora tolerent, ne scindatur, quod scissum est, cum leuiora nollent pro ipsa unitate tolerare. dicebamus etiam nondum fuisse temporibus ueterum pacem unitatis et tolerantiam tanta commendatione praedicatam sicut exemplo domini et noui testamenti caritate et tamen prophetas illos et sanctos uiros dicere solere in populum scelera eorum, cum tamen se ab illius populi unitate et a communione pariter accipiendorum sacramentorum, quae tunc fuerunt, diuellere non temptassent.

12 Inde nescio quo modo uentum est ad commemorationem beatae memoriae Genethlii episcopi, quod nescio quam constitutionem datam contra illos compresserit et effectum habere non siuerit. laudabant illum omnes et benignissime praeferebant. inter quas laudes a nobis subiectum est, quod etiam ipse tamen Genethlius, si in eorum manus incidisset, rebaptizandus censeretur. et haec iam stantes loquebamur, quia discedendi tempus urgueret. ibi plane ille senex dixit iam formam esse factam, ut, quisquis ad eos fidelium a nobis uenerit, baptizetur, quod eum inuitum et cum dolore dicere, quantum poterat, apparebat. sane cum etiam ipse multa mala suorum apertissime gemeret atque ostenderet, quod totius ciuitatis eius testimonio probabatur, quam esset

3 Eph. 4, 2—3

1 uel etiam] ualet iam *MFA* ualerimus *A* 8 nolent *F* 12 in populo *R* 13 eorum *ex* torum *P* a *om., m. 1 add. M* 16 unde *M* 17 genethlii, *ante* l *m. ut uid. 1 supra add.* i *F* genethilii *A* Genethlii Carthaginensis ante Aurelium episcopi *m* 19 sinuerit (n *exp.*) *P* 21 tamen *om. M* genethilius *MFA* si *om. P* 22 iam] quidem *M* 23 discendi *F* 25 dolore animi dicere *flrm* 28 quo *R* probatur *MP* (*m. 1? corr.* probabatur)

remotus a talibus factis et, quae ipsis suis dicere soleat, modesta conquestione proferret nosque commemoraremus illud Ezechielis prophetae, ubi aperte scriptum est nec filii culpam patri nec patris culpam filio eius inputandam, ubi dictum est: *Sicut enim anima patris mea est, ita et anima filii mea est; anima enim quaecumque peccauerit, sola morietur*, placuit omnibus in talibus disputationibus uiolenta facta malorum hominum nobis ab inuicem obici non debere. remanebat ergo schismatis quaestio. itaque hortati eum sumus, ut etiam atque etiam placido et pacato animo adnitatur nobiscum, ut diligenti examinatione tanta inquisitio terminum sumat. ubi ille benigne cum diceret nos solum ista quaerere, nolle autem nostros haec quaeri, ea facta pollicitatione discessimus, ut exhiberemus ei plures collegas nostros certe uel decem, qui tanta beniuolentia et lenitate et tam pio studio id quaeri uellent, quantum in nobis eum iam animaduertisse atque adprobare sentiebamus. hoc etiam de suorum numero et ipse pollicitus.

VI 13 Unde uos hortor et obtestor per domini sanguinem, ut eum promissi sui commoneatis et gnauiter instetis, ut res coepta peragatur, quam prope ad finem peruenisse iam cernitis. quantum enim arbitror, difficillime potestis inuenire in episcopis uestris tam utilem animum et uoluntatem, quam in isto sene perspeximus. postero enim die ipse ad nos uenit et haec iterum quaerere coeperamus. sed quia ordinandi episcopi necessitas nos inde iam iamque rapiebat, diutius cum illo esse nequiuimus. iam enim miseramus ad Maiorem

3 Ezech. 18, 20 5 Ezech. 18, 4; 20

1 suis] solis *R* 2 cum quaestione *F* 3 *super* filii *m. ut uid. 1* patris *M* 4 patri—culpam *om. MFA* filios *M* (*corr. m. ut uid. 1* filiis) *A* (*corr. m. 1* filiis) 7 placuit enim omnibus (enim *del. m. 2*) *P* 10 et] atque *flrm* 11 innitatur *A* 18 pollicitus est *edd.* 20 et *ex* e *m. 2 P* nauiter *MFR* grauiter *A* instantes *M* 22 difficillime *ex corr.* (*m. 1?*), *fuisse uid.* difficile me *P* difficile me *F* 24 sene] sane *A* 25 et] ut *P* cooperamus *A* ceperamus *R* 26 nos *om. M*

Caelicolarum, quem audieramus noui apud eos baptismi institutorem institisse et multos illo sacrilegio seduxisse, ut cum illo, quantum ipsius temporis patiebantur angustiae, aliquid loqueremur. quem posteaquam uenturum comperit, uidens nos aliud suscepisse negotium, cum et ipsum nescio qua necessitas profectionis urgueret, benigne a nobis placideque discessit.

14 Videtur autem mihi, ut turbulentas turbas et impedimentum potius quam adiumentum adferentes omnino deuitemus et uere ex animo amico atque tranquillo susceptum tam magnum negotium domino opitulante peragamus, ad aliquam uillam nos conuenire debere non magnam, ubi nullius nostrum esset ecclesia, quam tamen uillam communiter possident homines et nostrae communionis et ipsius, sicuti est uilla Titiana. siue ergo in Tubursicensi siue in Tagastensi talis locus uel ille, quem commemoraui, uel aliquis alius inuentus fuerit, faciamus codices canonicos praesto esse et, si qua proferri potuerint, ex utraque parte documenta, ut postpositis ceteris nulla, si domino placuerit, interpellante molestia, quotquot diebus potuerimus, ad hoc uacantes et unusquisque nostrum apud suum hospitem dominum deprecantes adiuuante ipso, cui pax Christiana gratissima est, rem tantam et bono animo coeptam ad inquisitionis terminum perducamus. rescribite sane, quid de hac re uel uobis uel illi uideatur.

2 instituisse *eflr* exstitisse *m* illos *MFA* 4 comperi *M* 5 que *P* quae *R edd.* 6 profectioni surgeret *corr. m. 2 P* profectionis surgeret *F* 9 aditamentum *M* 10 et] ut *R* 12 magnum *A* nostrum] ñm *A* 14 sicut *A* 15 ticiana *MA* citiana *P* 18 proferre *P* 19 dõ, *corr. m. 1* dño *P* 20 quodquod *M* dies *A* ad hoc] adhuc *FA* 21 unusq;, *corr. m. 1* unusquisq; *M* nrm *A* nostrorum *MFPR a* 23 ad quisitionis *F* 24 rescribitis sane *M* rescripti sane *F* rescribitis an|ne *A* ac, *corr. m. 1* hac *F*

# XLV.

DOMINIS GERMANISSIMIS DILECTISSIMIS ET IN CHRISTO LAUDABILIBUS PAULINO ET THERASIAE ALYPIUS ET AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Nequaquam nos nescio qua uestra cessatio, qua ecce per totum biennium, ex quo nobis dulcissimi fratres Romanus et Agilis ad uos remeauerunt, nullas a uobis litteras sumpsimus, pigros ad scribendum fecit. nam cum in aliis rebus, quanto quisque amplius diligitur, tanto dignior imitatio uideatur, in hac re contra est. quo enim uos amamus ardentius, eo minus ferimus, quod nobis non scribitis, nec uos in eo uolumus imitari. ecce igitur salutamus uos si non respondentes epistulis uestris, quae nullae ad nos ueniunt, saltem expostulantes et non dolore mediocri, quamuis fortasse etiam caritas uestra similiter conqueratur, si quidem missas a uobis nostis, quae ad nos non peruenerunt, uicissimque, a nobis quae missae erant, non sunt uobis datae. quod si ita est, querelas nostras conuertamus in preces ad dominum, ne tanta solatia deneget nobis.

2 Scribere te audieramus aduersum paganos. quod si absolutum est, quaesumus, ne differas mittere per *per*latorem huius epistulae. carus nobis est, cuius aestimationi in regionibus nostris possumus non temere bonum testimonium perhibere. rogat per nos sanctimonium uestrum, ut eum commendare dignemini, cum quibus ei negotium est et apud quos ne bona causa eius opprimatur, timet. quid in re agatur, commodius ipse narrabit, qui etiam ad singula, quae forte animum

*P* = *cod. Parisinus 11641 s. VI.*
*E* = *cod. Cheltenhamensis 2173 s. X.*
*Haec epistula ex cod. P primum edita est a Maurinis.*

8 in *om. PE* 9 imitatione *m* 10 ra es *in* contra est *et* tius *in* ardentius *folio laeso perierunt P* 17 emissae *m* 18 nec *E* 21 quaesomus *P* perlatorem, *super* rem *m. 1 add.* aut *P* perlator autem *E* per latorem *m; emendabam* per perlatorem (*cf. ep. CCII A, 3 in.*) 22 aestimatione *PE* 23 timere *PE* 24 per *om. E* 25 dignimini *PE* est *om. E* 27 qui *scripsi;* quid *PEm*

mouerint, interrogari potest. nos gratissimum habemus et apud dominum deum nostrum sincerissimae uestrae benignitati gratias agimus, si per uestram operam de Christiani fratris securitate gaudeamus.

## XLVI.

### DILECTO ET VENERABILI PATRI AUGUSTINO EPISCOPO PUBLICOLA.

Scriptum est: Interroga patrem tuum et indicabit tibi, seniores tuos et dicent tibi. unde et mihi exquirendam legem de ore sacerdotis iudicaui in causa tali, quae qualis sit, per litteras expono, simul etiam ut et ego instruar in diuersis causis. singulas autem quaestiones et diuersas per capitula designari feci, ad quas singillatim dignare respondere.

I. In Arzugibus, ut audiui, decurioni, qui limiti praeest, uel tribuno solent iurare barbari iurantes per daemones suos. qui ad deducendas bastagas pacti fuerint uel aliqui ad seruandas fruges ipsas, singuli possessores uel conductores solent ad custodiendas fruges suscipere quasi iam fideles epistulam decurione mittente uel singuli transeuntes, quibus necesse est per ipsos transire. mihi disceptatio in corde nata

8 Deut. 32, 7

1 .....rogari potest nos *prorsus enanuerunt* P

*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX–X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X–XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8. 9 s. X–XI.*
*P*[1] = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI–XII.*

8 indicauit, *corr.* (*m. 1?*) indicabit *P* 9 mihi] tibi *sed m. 2 del.* *P*[1] 11 instruar *in fine u. om.* *P*[1] 13 designare *M* 15 arzutibus *MFAP*[1]*R a e* militi *codd. a; cf. p. 125, 18; 21; 131, 18* praeest/uel (*parua ras.*) *P* 17 ducendas *A* uastagas *P* aliquid *M* alii quos *P* 20 quibus necesse est *om.* *MFAP*[1]*R a e f* 21 per eos *f l r m* mihi] mihi autem *l r m*

est, si ille possessor, qui susceperit barbarum, cuius fides per daemonum iurationem firma uisa est, non coinquinatur uel ipse uel illa, quae custodit, uel ille, qui deducitur a deductore barbaro. sed hoc debes scire, quia, qui iurat barbarus, a possessore pro seruandis frugibus accipiat aurum uel a uiatore deductor; sed tamen cum hac ueluti mercede, quae solet dari a possessore uel a uiatore, iuramentum etiam illud in medio est mortale datum decurioni uel tribuno. quod perturbat me, ne polluat illum, qui suscepit barbari iuramentum, uel illa, quae custodit barbarus. quacumque enim condicione etiam auro dato et obsidibus datis, ut audiui. tamen iuramentum iniquum medium intercessit. dignare mihi autem definitiue rescribere et non suspense, quod, si ipse scribas dubitanter, ego in maiores dubitationes incidere possum, quam antequam interrogassem.

II. Hoc etiam audiui, quia ipsi homines conductores, qui praesunt rei meae, iuramentum per daemones suos iurantibus barbaris accipiunt pro reseruandis frugibus. si, cum illi ergo iurant per daemones suos, ut custodiant fruges, non polluunt ipsas fruges, ut, si inde manducauerit Christianus sciens uel de pretio ipsarum rerum *usus* fuerit, coinquinetur, significare dignare.

13—15 cf. p. 129, 14—15

1 susciperit *F* barbar*ū (i *eras.*) *P*[1] 2 per daemonium iuratione *A* quoinquinatur, *m. 2* coinquinatur *P*[1] coinquinatus *A* 3 qui, *corr. m. 1* quae *M* a] ad (d *exp.*) *FP*[1] 5 apud possessores, *m. 1 supra* ł appossessore (*sic!*) *R* 6 cum haec uelut in mercede quae solent *P* cum hac uelut in mercedem quae solent *MFAR* cum hoc uelut in mercedem quae solet *a e* 7 a possessori *M* a possesso, *corr. m. 1* a possessore *R* 8 decurioni *ras. ex* decurione *A* decurione *R* 9 ne polluat] repolluat *F* suscipit *P edd.; cf. u. 1* 10 quicumque *MFAP*[1] 12 inimicum *A* mihi autem, *signis corr.* autem mihi *P*[1] autem mihi *R edd.* 13 definiti uere scribere *m. 2 corr. P*[1] definite uere scribere *MFA* definite scribere *R; cf. p 129, 14* 14 e*go *P* in *om. codd.; cf. p. 129, 14* 17 meae] mei *M* 18 seruandis *F m; cf. p. 123, 17; 124, 5* cum ergo illi *MP*[1] ergo cum illi *edd.* 20 ut ** (si *eras.*) | sibi de manducauerit *A* uel de *ex* ualde *m. 1 M* 21 usus *ex coniectura addidi; cf. p. 125, 4; 126, 20* coinquinetur, *m. 2 supra* coinquinatus *P*[1]

III. Item ab alio audiui, quod conductori non iuratur a barbaro, et alter dixit, quia iuratur conductori. si etiam falsum mihi dixit ille, qui dixit iurari conductori, si iam pro hoc, quod solum audiui, non debeo uti de ipsis frugibus uel de pretio ipsarum propter auditum solum, quia dictum est: Si quis autem dixerit: 'Hoc immolaticium est idolis,' nolite manducare propter illum? si tamen etiam haec causa similis est causae de immolaticio? quod si ita est, quid debeo de ipsis frugibus uel de pretio ipsarum facere?

IV. Si debeo requirere de utroque, qui mihi dixit, quia non iuratur conductori, aut qui dixit, quia iuratur conductori, et dictum uniuscuiusque probare per testes, qui uerum dixit de illis duobus, et tam diu non contingere de ipsis frugibus uel de pretio, quam diu mihi probatum fuerit, si uerum dixit ille, qui dixit, quia non iuratur conductori?

V. Si barbarus, qui per iuramentum suum iurat malum, fecerit illum Christianum conductorem uel tribunum, qui limiti praeest, iurare sibi pro fide illi seruanda pro custodiendis frugibus per ipsum iuramentum mortale, per quod ipse iurat, si solus ille Christianus coinquinatur? si non et illa, quorum causa iurat? aut si paganus, qui limiti praeest, iurauerit barbaro pro fide illi seruanda per mortale iuramentum, si non inquinat, pro quibus iurat? si quem misero ad

6 I Cor. 10, 28

1 iuratura barbaro *A* 2 conductori *om. R* conductori *cum ras. infra* uc *et supra* (*supra* i *eras. uid.*) *M* conditori *FA* falsum *bis M* 3 qui] quia *MFA a* iurare *R* conditori *MFA* 4 uel precio *R* 5 propter·· $P^1$ 6 autem quis *edd.* immolatitium, *m. 2* immolatum $P^1$ est *om. M* 7 illum] illum qui indicauit *edd. sec. sacr. litt.* haec etiam *punctis corr. M* 8 causa *om. M* simili, *m. 2* similis $P^1$ 12 per testes] partestes *F* qui, *m. 2* quis $P^1$ dixerunt *A* 13 et tam] etiam *MFA* aetiam (ae *et* i *eras. m. 1 supra add.* et) $P^1$ 14 de ipso pretio *R* probatum mihi *R* 18 militi *MR* per fide (*sic!*) *M* per fidem *A a* illis *MFA*$P^1$ (s *exp.*) *R a* seruandam *A a* 20 quoinquinatur *P* coinquinatus *MFA*$P^1$*R* coinquinatus sit *edd.* 21 iurata | ut (*post* a *exp. m. 2*) $P^1$ militi *MR* 22 illis *PMFAR* 23 inquinet *P* coinquinat *edd.*

Arzuges, si licet ei iuramentum accipere a barbaro illud mortale et si non coinquinatur, si susceperit tale iuramentum Christianus?

VI. Si de area trituratoria tritici uel cuiuscumque leguminis aut torculari, de qua daemoni oblatum est, si licet inde manducare Christianum scientem?

VII. De luco si licet ad aliquem usum suum Christianum scientem ligna tollere?

VIII. Si quis uadens ad macellum emat carnem, quae non sit immolaticia, et cogitationes duas habuerit in corde, quod immolata sit et non sit immolata, et illam tenuerit cogitationem, qua non immolatam cogitabit, si manducauerit, si peccat?

IX. Si qui bonam rem, de qua dubitat, an bona aut mala sit, faciat, cum putat bonam, cum tamen putasset et malam, si peccatum adscribatur ei?

X. Si quis dixerit, quod immolaticium est, mentiens et postea dixerit iterum, quia mentitus est, et ad fidem uere mentitus est, si licet Christianum inde manducare aut uendere et de pretio uti ex eo, quod audiuit?

XI. Si Christianus aliquis ambulans passus necessitatem uictus fame unius diei uel bidui uel multorum dierum, ut

1 si licet] scilicet *M* ei *om.* *P* illo mortale *P*[1] illum mortalem *MFAR* 2 quoinquinatur, *m. 2* coinquinatur *P*[1] coinquinatus *A* inquinatur *R* susciperit *F* 5 de quo *m* demonio *P* si licet] sic et *MFAR* 8 tollere ligna *R* 9 euadens (*pr. l. exp. m. 2*) *P*[1] 10 emolaticia *M* (*corr. m. 1* immolaticia) *F* in corde] inde *MFA a e* 11 illum *M* (*corr. uid.* illam) *FA* cogitatione *A* 12 quia *MFA a e* qui (a *m. 2*) *P*[1] immolatā *ex* immolatur *factum uid. m. 2 P*[1] immolatum *P* immolatur *MFAR* immolatur et sit immolata *a e* cogitabit, *m. 2* cogitauit *P*[1] cogitauit, *corr. m. 1* cogitabit *P* si peccat] peccat *a e* an peccat *cett. edd.* 14 quis *P*[1] *f l r m* dubitat an *edd.* dubitata ut *P* dubitat aut *MFAP*[1]*R* 15 sit *om.* *A* si *M* sit si *F a e m* cum putat] putat *MFAP*[1] (*m. 2* putans) putans *R m* ut putat *a e* et putat *f r l* bonā (~ *m. 2 ?*) *P* peccasset *M* malum *A* 16 ascribitur, *corr. m. ut uid. 1* ascribatur *R* ei *om.* *P* 17 quis] quid *MFA* 18 post *R* et *om.* *A* 19 si licet] scilicet *F* (*pr.* c *exp.*) *A* 22 deei, *corr. m. 1* diei *P*

iam durare non possit, ita occurrerit, ut in ipsa necessitate famis, in qua sibi uidet iam mortem proximare, inuenerit cibum in idolio positum, ubi nullus sit hominum, et non possit inuenire alium cibum, debet mori aut exinde cibari?

XII. Si Christianus uideat se a barbaro uel a Romano uelle interfici, debet eos ipse Christianus interficere, ne ab illis interficiatur? uel si licet sine interfectione eos inpugnare uel repellere, quia dictum est: Non resistere malo?

XIII. Si murum possessioni debet Christianus facere propter hostem et si ille Christianus, qui fecerit murum, causa non existit homicidii, cum inde aliqui coeperint pugnare et interficere hostes?

XIV. Si licet de fonte bibere uel de puteo, ubi de sacrificio aliquid missum est? si de puteo, quod in templo est et desertum factum est, debet inde Christianus bibere? si in templo, quod colitur, idoli puteus ibi sit uel fons et nihil ibi factum sit in eodem puteo uel fonte, si debet haurire aquam inde Christianus et bibere?

XV. Si Christianus debet in balneis lauare uel in thermis, in quibus sacrificatur simulacris? si Christianus debet in balneis, quibus in die festo suo pagani loti sunt, lauare siue cum ipsis siue sine ipsis?

XVI. Si in solio, ubi descenderunt pagani ab idolis ue-

8 Matth. 5, 39

1 iurare *P* ducare, *m. 2* durare *A* occurrere *A* 3 idolo *A* 4 aut] an $P^1$ inde *MA* 5 se] se uel *P* uel Romano *flrm* 7 si licet] scilicet *A* impugnare uel repellere *signis m. 1 corr.* repellere uel impugnare *P* repellere uel impugnare *edd.* 8 diectum *F* 9 possessioni *postr. l. ex ras. A* 11 existat *M* aliqui* (d *eras.*) *P* aliquis *R* caeperit *R* 13 scilicet *A* fonde, *m. 2* fonte *A* 14 quod] qui *edd.* in templum $MFAP^1$ (*m. 2* in templo) 15 inde *om. edd.* 16 quod colitur idoli, *m. 2* quo colitur idolum $P^1$ quo colitur idolum *m* 17 puto, *m. 2* puteo $P^1$ fonte* (m *eras.*) *P* 18 et *om.*, *m. 2 add.* $P^1$ 19 lauari *R* uel interminis quibus *F* 20 in balneis lauare quibus (*non om.* lauare *post* sunt) *M* in balneis in quibus *A* 21 locuti (cu *exp.*) *F*

nientes in die festo suo et aliquid illic in solio sacrilegii sui fecerint et scierit Christianus, si debet in eodem solio descendere?

XVII. Si Christianus inuitatus ab aliquo adpositam habuerit carnem in escam, de qua dictum fuerit illi, quia immolaticia est, et non manducauerit eam; postea autem ad aliquem translatam ipsam carnem aliquo casu inuenerit uenalem et emerit eam aut adpositam habuerit ab aliquo alio inuitatus et non cognouerit eam et manducauerit, si peccat?

XVIII. Si de horto uel de possessione idolorum uel sacerdotum eorum debet Christianus sciens holus emere uel aliquem fructum et inde edere?

Sane de iuramento uel de idolis, ut laborem non patiaris in requirendo, quae dominus donauit, ut inuenerimus, ante oculos tuos uolui proponere; si quid autem aliud apertius aut melius in scripturis inueneris, dignare mihi significare. unde, quae inuenimus, haec sunt, ubi Laban dixit ad Iacob: D e u s A b r a h a m e t d e u s N a c h o r, quem autem deum, non significauit scriptura; et iterum Abimelech quando uenit ad Isaac, ubi iurauit uel qui cum illo erant, sed quale iuramentum, non significauit scriptura; iterum de idolis, ubi ad Gedeon dictum est a domino in libro iudicum, ut de uitulo, quem occiderat, holocaustum faceret; et in Iesu Naue de

18 Gen. 31, 53 19 Gen. 26, 26—31 21—p. 129, 3 cf. p. 132. 22—133, 2 21 Iud. 6, 26 23 Ios. 6, 19; 16—17

2 s*ierit (c *eras.*) *P* 5 de] da *A* 6 manducarit *A* ab (*corr. m. 1* ad) aliquē *M* ab aliquo *edd.* 7 causu (*pr.* u *exp.*) *F* 9 manducarit *A* 10 orto, *corr. m. 1* horto *MF* orto *P*¹*R* 11 eorum *in fine u. om. M* *olus (s *eras.*) *P* holos *F* 13 ut] et *P* 14 in requirendo] inquirendo *A* dominus donabit ut *P* dominus donabit (*om.* ut) *MFAR a* ut dominus donauit *e f l r* domino donante *P*¹ *m* inuenerimus, *m. 1 supra* ł inueniremus *R* inueniremus *P* inuenimus *e f l r* 19 sacrificauit *A* Abimelech] ab abimelech *A* ad abimelech *PMP*¹*R a e* 20 ad] ab *FAP*¹*R a e* qui cum] quicumque *MFA* 21 itē *M* de] die *F* ubi (i *in ras.*) *F* cum *M* 22 libro *om. codd.* 23 occiderat holocaustum *P*¹ occiderat in holocaustum *cett. codd.* Iesu] ihm̄ *P*

Hiericho, ut omne aurum, argentum et aeramentum inferretur in thesauris domini, et sanctum uocatum est de ciuitate, quae anathema est; et quid est illud, quod in Deuteronomio positum est: Non inferes abominationem in domum tuam et anathema eris, sicut hoc ipsum est?

Dominus te seruet; saluto te; ora pro me.

## XLVII.

### HONORABILI ET DILECTISSIMO FILIO PUBLICOLAE AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Aestus animi tui postea quam didici litteris tuis, etiam mei continuo facti sunt, non quo me omnia talia permouerent, qualibus te indicasti esse permotum, sed quo modo tibi auferrentur hi aestus, fateor, aestuaui, maxime quia petis, ut definitiue tibi rescriberem, ne in maiores dubitationes incideres, quam antequam interrogasses. hoc enim uideo non esse in mea potestate. nam quo modo libet scripsero, quae mihi uidentur esse certissima, si tibi non persuasero, procul dubio eris incertior. non autem sicut mihi adiacet suadere, eo modo adiacet etiam persuadere cuilibet. uerum tamen ne

3—5 cf. p. 133, 3—9  4 Deut. 7, 26  14—15 cf. p. 124, 12—15

1 argentum] et argentum *M*  inferetur *FA*  2 est *om.* $P^1$  3 quid est] quidē $MP^1$  quod inde utero nomio *R*  4 in domo tua *P*  6 conseruet *R*

*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
$P^1$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*
$P^2$ = *cod. Parisinus 2715 s. XII.*

11 mei] ei *A*  permouerint *MFA*  12 indicasti te *edd.*  esse *om. F*  13 auferentur $MFAP^1$ (*m. 1 corr.* auferrentur)  hiet *aut* hiet' (*m. 2* hii aest') $P^1$  petis** (ti *eras.*) *M*  14 scriberem *M*  in maiores] in maiores in (*post.* in *del. m. 2*) *M*  incederes $FP^1$ (*m. 2* incideres)  16 scribere *A*

tuae dilectioni negarem operulam meam, post aliquantam deliberationem rescribendum putaui.

2 Mouet te certe, utrum eius fide utendum sit, qui, ut eam seruet, per daemonia iurauerit. ubi te uolo prius considerare, utrum, si quispiam per deos falsos iurauerit se fidem seruaturum et eam non seruauerit, non tibi uideatur bis peccasse. si enim tali iuratione promissam custodiret fidem, ideo tantum peccasse iudicaretur, quia per tales deos iurauit; illud autem nemo recte reprehenderet, quia fidem seruauit. nunc uero, quia et iurauit, per quos non debuit, et contra pollicitam fidem fecit, quod non debuit, bis utique peccauit; ac per hoc, qui utitur fide illius, quem constat iurasse per deos falsos, et utitur non ad malam sed ad licitam et bonam rem, non peccato eius se sociat, quo per daemonia iurauit, sed bono pacto eius, quo fidem seruauit. neque hic eam fidem dico seruari, qua fideles uocantur, qui baptizantur in Christo. illa enim longe alia est longeque discreta a fide humanorum placitorum atque pactorum. uerum tamen sine ulla dubitatione minus malum est per deum falsum iurare ueraciter quam per deum uerum fallaciter. quanto enim, per quod iuratur, magis est sanctum, tanto magis est poenale periurium. alia ergo quaestio est, utrum non peccet, qui per falsos deos sibi iurari fecit, quoniam ille, qui ei iurat, deos falsos colit. cui quaestioni possunt illa testimonia suffragari, quae ipse com-

24—p. 131, 4 cf. p. 128, 17—21

1 negare *F* 3 fidei *MFA* 6 et eam] etiam *A* bis] is *R* eis *P*[1] (*sed exp.*) *P*[2] 7 tantum *om.* *M* 8 illum *MFA* 10 uero *om.*, *m. 1 add.* *P*[1] 11 bis] is *R* 13 ad malam sed ad licitam et bonam rem] ad mala* sed ad licita* et bona* (m *erasae*) *P* ad malam sed ad licitam et bonam *MFA a* ad malam (*post.* m *del. m. 2*) sed ad licitā et bonā (~ *et* ~ *eras.*) *P*[1] ad malum (*sic!*) sed ad licitam et bonam *R* ad malam rem sed ad licitam et bonam *e f l r* ad malum sed ad licitum et bonum *m* 14 quod *MFA* 15 quod *PMFAR* eam *om.* *R* eandem *M* (n *m. 1 s. u.*) *FA a e* 16 uouantur, *m. 2* ł uocantur *P*[1] 17 alia] ista *R* a *om.* *MFAR* 18 adque, *corr.* atque *P* pastorum *M* 20 uerum iurare fallaciter *R* 23 iurare *M* quam *codd. a e* quia *cett. edd.*; *scripsi* quoniam

memorasti de Laban et Abimelech, si tamen Abimelech per deos suos iurauit sicut Laban per deum Nachor. haec, ut dixi, alia quaestio est, quae me merito fortassis moueret, nisi illa exempla occurrissent de Isaac et Iacob et si qua alia possunt inueniri, si tamen illud non adhuc mouet, quod in nouo testamento dictum est, ne omnino iuremus. quod mihi quidem propterea dictum uidetur, non quia uerum iurare peccatum est, sed quia periurare immane peccatum est, a quo nos longe esse uoluit, qui omni modo ne iuremus admonuit. sed tibi aliud uideri scio, unde nunc disputandum non est, ut illud potius agamus, unde me consulendum putasti. proinde sicut non iuras, ita nec alium, si hoc placet, iurare compellas, quamuis dictum sit, ne iuremus, nusquam autem in scripturis sanctis legi meminerim, ne ab alio iurationem accipiamus. alia uero quaestio est, utrum ea pace debeamus uti, quae inter alios inuicem iurantes facta est. quod si noluerimus, ubi uiuamus in terris, nescio utrum inuenire possimus. neque enim tantum modo limiti sed uniuersis prouinciis pax conciliatur iuratione barbarica. unde et illud sequetur, ut non fruges tantum, quae ab eis custodiuntur, qui per deos falsos iurauerunt, sed ubique inquinata sint omnia, quae ipsa pace muniuntur, quam iuratio illa confirmat. quod si absurdissimum est dicere, nec illa te moueant, quae mouebant.

5 Matth. 5, 34—36

2 iacob *codd. edd. praeter m* 3 me *om.* *AP*[1] me merito] memorato *M* mouerit *MA* 5 inuenire *M* 6 in | in *alterum del.* *R* 7 quidem mihi *A* *edd.* 8 perierare *FP*[1] (*m. 2* peierare) peierare *RP*[2] *edd.* 9 esse longe *M* q* (đ *eras.*) *R* (i *suprascr.*) 10 uidere *A* 11 est *bis, alterum eras.* *M* 12 place*t (a *eras.*) *P* 15 alia *ex corr.* (*fuitne* alio?) *P*[2] pacem (m *del.*) *M* 16 uti quae *m. 2 ex* utiq; *P*[1] nolueris *M* nolumus *R m* 17 possimus *ras. ex* possumus *P* 18 limitis *F* uniuersis *m. 2 ex* uniuersi e *P*[1] 19 iurationes (s *exp. m. 2*) barbarica *M* iurationes arbarica *F* sequitur *PM* sequatur *A* 20 fruges] fruges quae (quae *exp. m. 1*) *M* 21 iurauerint *M* iurauerit *A* utique *A* sint *ex* sunt *m. 1* *M* ipse, *m. 2* ipsa *P*[1] 22 si] sibi *F* 23 dicere] diare *F*

3 Item si de area uel torculari tollatur aliquid ad sacrificia daemoniorum sciente Christiano, ideo peccat, si fieri permittit, ubi prohibendi potestas est. quod si factum comperit aut prohibendi potestatem non habuit, utitur mundis reliquis fructibus, unde illa sublata sunt, sicut fontibus utimur, de quibus hauriri aquam ad usum sacrificiorum certissime scimus. eadem est etiam ratio lauacrorum. neque enim spiritum deducere de aere dubitamus, in quem scimus ire fumum ex aris omnibus et incensis daemoniorum. unde apparet illud esse prohibitum, ne in honorem alienorum deorum aliqua re utamur aut uti existimemur sic eam accipiendo, ut, quamuis animo contemnamus, eos tamen, qui nostrum animum ignorant, ad haec honoranda aedificemus. et cum templa, idola, luci et si quid huius modi data potestate euertuntur, quamuis manifestum est, cum id agimus, non ea nos honorare, sed potius detestari, ideo tamen in usus nostros priuatos dum taxat et proprios non debemus inde aliquid usurpare, ut appareat nos pietate ista destruere, non auaritia. cum uero in usus communes, non proprios ac priuatos, uel in honorem dei ueri conuertuntur, hoc de illis fit, quod de ipsis hominibus, cum ex sacrilegis et impiis in ueram religionem mutantur. hoc deus intellegitur docuisse illis testimoniis, quae ipse posuisti, cum de luco alienorum deorum iussit ligna ad holocaustum

22—p. 133, 2 cf. p. 128, 21—129, 3

1 tollator, *corr.* tollatur *P*[1] ad] a *M* (*corr. m. 1* ad) *F* 2 ideo *om. M f l r m* indeo (n *exp.*) *P*[1] 4 relinquis (n *exp.*) *F* frugibus *M* 6 hauri, *corr. m. 1* hauriri *P* haurire *A* aurire *M* (*corr. m. 1* haurire) *F* 7 enim *om. A* ducere *P* 8 are• ||||||||||| (*ras. 6—7 l.; m. ut uid. 2* aere) *P* irae *MF* aris] aere *P* 11 ut, *corr. m. 1* uti *P* ut *M* (*s. u. m. 1*) *FAP*[1]*RP*[2] *a* existimemus *R* ea *P* accipiende *M* uti *P* 12 qui nostrum qui (*post.* qui *exp.*) animum *spatio 5—6 litt. post* animum *relicto P*[2] 14 qui *F* uertuntur *PMFAP*[1] (*m. 1? corr.* euertuntur) *P*[2] (*m. 1 corr.* euertuntur) 17 usurpari *P* superare *A* nos appareat *R* 18 communis, *corr. m. ut uid. 2* communes *M* 19 ueri] uiui *R* 20 illi, *m. 2* illis *A* 21 in ueram religionem] uera religione *P* 22 docuisse se illis *P* ipsae *M*

adhiberi et de Hiericho, ut omne aurum, argentum et aeramentum inferretur in thesauros domini. quapropter etiam illud, quod in Deuteronomio scriptum est: Non concupisces argentum uel aurum illorum nec accipies inde tibi, ne excedas propter illud, quoniam abominatio est domino deo tuo; et non conferes execramentum in domum tuam et eris anathema, sicut et illud est, et offensione offendes et coinquinatione inquinaberis abominatione illa, quia anathema est. satis apparet aut ipsos priuatos usus in talibus esse prohibitos aut, ne sic inde aliquid inferatur in domum, ut honoretur; tunc est enim abominatio et execratio, non cum in talibus sacrilegus honor apertissima destructione subuertitur.

4 De escis autem idolorum nihil amplius nos debere obseruare, quam quod praecepit apostolus, certus esto. et ideo de hac re uerba eius recole, quae si obscura essent, pro modulo nostro exponeremus. non autem peccat, qui cibum postea nesciens manducauerit, quem prius tamquam idolothytum respuit. holus uel quilibet fructus in quolibet agro natus eius est, qui creauit, quia domini est terra et plenitudo eius et omnis creatura dei bona est. sed si illud, quod in agris nascitur, consecratur idolo uel sacrificatur, tunc inter idolo-

2—9 cf. p. 129, 3—5 3 Deut. 7, 25—26 20 Ps. 23, 1; I Cor. 10, 26 21 I Tim. 4, 4

1 argentum] et argentum *A* 2 thesaurum *R* 3 illud] hoc *R* inde utero nomio *F* in deuteromio *M* 4 aurum et argentum *R* accipias *R* 5 ne] nec *P* ut non *R* 6 conferas *P*[1] exsacramentum *PP*[1] (*ras. et corr. m. 2* execratum) execramento *MF* ex sacramento *A* 8 et offensione—anathema est *om. A* offendis *M* offendas *P*[1] 9 coinquinaberis *R* abhominane, *m. 2* abhominare *M* 10 usos, *m. 2* usus *P* esse in talibus *R* esse** (se *aut* re *eras. uid.*) *P* prohibitis, *m. 2* prohibitos *M* 11 ne* (c *eras.*) *P* aliquid inde *R* 12 in *om. MFAP*[1]*RP*[2] *edd.* 13 talium *m* sacrilegiis *FR edd. praeter m* sacrilegis *P*[2] 15 apostolis *R* 16 eius *om., m. 1 add. P*[1] si] sibi *F* 18 nescius *R* idolothyrum *M* 19 respuit] contempsit *R* quislibet *FA* 21 dei] eius *A* sed] quod *P*[2] nascitur in agris *R* 22 scificatur *R* idolosothyta *F* idolosothica (so *exp.*) *M*

thyta deputandum est. cauendum est enim, ne, si putauerimus non uescendum holere, quod nascitur in horto templi idoli, consequens sit, ut existimemus non debuisse apostolos apud Athenas cibum sumere, quia ciuitas erat Mineruae eiusque numini consecrata. hoc et de puteo responderim uel fonte, qui in templo est. plus autem mouet re uera, si aliquid sacrificiorum in fontem uel puteum proiciatur. sed eadem ratio est aeris, qui omnem eum fumum recipit, de quo supra diximus, aut, si hoc ideo putatur distare, quia illud sacrificium, de quo fumus aeri confunditur, non fit ipsi aeri sed idolo alicui uel daemonio, aliquando autem sic mittuntur sacrificia in aquas, ut ipsis aquis sacrificetur, non ideo utique solis huius luce non utimur, quia ei sacrilegi, ubi possunt, sacrificare non cessant. sacrificatur etiam uentis, quibus tamen utimur ad tantas nostras commoditates, cum eorundem sacrificiorum fumum ipsi quodam modo haurire et uorare uideantur. si quis dubitat de aliqua carne, utrum immolaticia sit, et non est immolaticia, si eam cogitationem tenuerit, quod immolaticia non sit, et ea uescatur, non utique peccat, quia nec est nec iam putatur immolaticia, etsi antea putabatur. neque enim non licet corrigere cogitationes a falsitate in ueritatem. si quis autem bonum putauerit esse, quod malum est, et fecerit, hoc putando utique peccat. et ea sunt omnia peccata ignorantiae, quando quisque bene fieri putat, quod male fit.

2 quo*d (s *eras.*) *P* in horto nascitur *punctis corr.* *M* orto *RP*[2] 3 apostolum *m* apud *om.* *M* 4 Athenas cibum] ante (n *exp.*) nascibū *F* eiusqu*e (a *eras.*) *P* eiusque (*m. 2* ł ue *super* que) *P*[1] 5 nomini *FR* responderimus *P* responderam *A* 8 eum] earum *PMFAR a* eorum *e f l r* 10 aeris | *P* ipsa *MFA* 11 uel alicui *R* 12 in aquis (*m. 1* ł a *super* i) sacrificia *R* ideo*utique (id *ex corr.* *et* uti *in ras.* *m. 1*) *M* 14 sacrificetur *A* 15 sacrificiorum suorum fumum *M* 17 dubitet *P*[1] 18 immotitia *R* si eam] sitam *fuisse uid.*, *m. 2* *delecto ut uid.* si *corr.* eam *P* cognitionem *m* 19 ea* (m *eras.*) *P*[1] 21 non *om.* *R* 22 esse putauerit *R* 23 uti, *m. 3* utique *A* omnia peccata sunt *R* 25 quod] quando *P*

5 De occidendis hominibus, ne ab eis quisque occidatur, non mihi placet consilium, nisi forte sit miles aut publica functione teneatur, ut non pro se hoc faciat sed pro aliis uel pro ciuitate, ubi etiam ipse est, accepta legitima potestate, si eius congruit personae. qui uero repelluntur aliquo terrore, ne male faciant, etiam ipsis aliquid fortasse praestatur. hinc autem dictum est: Non resistamus malo, ne nos uindicta delectet, quae alieno malo animum pascit, non ut correctionem hominum neglegamus. unde nec reus est mortis alienae, qui cum suae possessioni ...... et murum circumduxerit, aliquis ex ipsorum usu percussus intereat. neque enim reus est Christianus, si bos eius aliquem feriendo uel equus calcem iaciendo aliquem occidat, aut ideo non debent Christiani boues habere cornua aut equus ungulas aut dentes canis aut uero, quoniam Paulus apostolus satis egit, ut in tribuni notitiam perferretur insidias sibi a quibusdam perditis praeparari, et ob hoc deductores accepit armatos, si in illa arma scelerati homines incidissent, Paulus in effusione sanguinis eorum suum crimen agnosceret. absit, ut ea, quae propter bonum ac licitum facimus aut habemus, si quid per haec praeter nostram uoluntatem cuiquam mali acciderit,

7 Matth. 5, 39 15 Act. 23, 17—24

1 de occidendis uero hominibus *M* nec (*m. 2 del.* c) *A* 2 fortasse *M* 3 teneantur (*m. 1 del.* n) *A* 4 *potestate (a *eras.*) $P^1$ 6 malum *M* mala $P^1$ fortasse aliquid *M* aliquid] aliquando *R* 7 non] ut non *P* 8 qui *MFA* 9 rectionem *A* mortalis *F* 10 cum *om. f l r m* possessio', *corr.* (*m. 1?*) possessio'nis *M* possessio *F* et *om.* $AP^1RP^2$ *edd.; lacunam significaui* murorum *MFA* circumduxerit] circumduxerint ambitum *A* 11 aliquis] si aliquis *f l r m* ex ipsorum usu] ex ipso muro *P* ex ipsius ruinis *f l r m* 12 reus] rex $P^2$ 13 equos, *corr. m. 1* equus *P* occidet, *corr.* (*m. 1?*) occidat $P^2$ 14 aut ⁝⁝⁝ (*ras.* *2—3 l.*) dentes *P* 15 canes *MF* Paulus] beatus paulus (beatus *del. uid.*) *P* apostolus Paulus *edd.* 16 perferetur *A* perferretur, *corr. m. 1* proferretur *R* a *om. M* perdiditis (*pr.* di *eras.*) *P* 17 accipit, *corr. m. 1* accepit *P* armatos (o *ex corr.*) *M* armatus *F* 19 ausit $P^2$ 20 ac] aut *R* faciamus *FA* abemus, *m. 2* habemus *P* habeamus *A* quit, *m. 2* quid *P*

nobis inputetur. alioquin nec ferramenta domestica et agrestia sunt habenda, ne quis eis uel se uel alterum interimat, nec arbor aut restis, ne quis se inde suspendat, nec fenestra facienda est, ne per hanc se quisque praecipitet. quid plura commemorem, cum ea commemorando finire non possim? quid enim est in usu hominum bono ac licito, unde non possit etiam pernicies inrogari?

6 Restat, ni fallor, ut dicamus aliquid de illo uiatore Christiano, quem commemorasti uictum famis necessitate, si nihil uspiam inuenerit nisi cibum in idolio positum, ubi alius nullus est hominum, utrum ei satius sit fame emori, quam illud in alimentum sumere. in qua quaestione quoniam non est consequens, ut cibus ille idolothytum sit, potuit enim uel ab eis, qui ibi ab itinere deuertentes corpus refecerant, obliuione seu uoluntate dimitti uel illic ob aliam causam quamlibet poni, breuiter respondeo. aut certum est esse idolothytum aut certum est non esse aut ignoratur. si ergo certum est esse, melius Christiana uirtute respuitur; si autem uel non esse scitur uel ignoratur, sine ullo conscientiae scrupulo in usum necessitatis adsumitur.

1 agrestica $P^2$ 3 au, *m. 2* aut $P^1$ 4 ne] nec *A* praecipit et, *m. 2* praecipitet et $P^1$ 5 finire• (m *eras.*) *P* 6 ac] et *R* 7 etiam *om.* $P^2$ 8 nisi *R* fallar *MF* 9 commorasti *M* 10 idolo *A* |apositum *P* nullus alius *R edd.* 11 nullus (nul *m. 2; ex* mi?) $P^1$ utrum] uerum *M* (*corr.* utrum) *FA* ei• (s *eras.*)|satius (*prima l. m. 2*) *P* eis atius, *m. 3* ei satius *F* ei sanius $P^2$ emori fame *M* •mori (e *eras.*) $P^1$ mori *R* 12 illud in] illi $P^1$ 13 idolothyum *A* 14 ibit (t *eras.*) $P^2$ itineru, *corr. m. 1* itinere *M* diuertentes $MP^1R$ *edd.* reficerant *P* (*m. 2* refecerant) *F* 15 obliuioni *R* ilic• (o *eras.*) *M* 16 esse *om.*, *m. 1 s. u. add.* $P^1$ 17 idolothyton *FA* idolotithon (h *exp.*) $P^1$ 18 est] inest *M* 19 esse scitur] est uel nescitur *P* uel ignoratur *om. P* ignoratis *FA* ignorat• (i *eras. uid.*; ~ *m. 1?*) $P^1$

## XLVIII.

DOMINO DILECTO ET EXOPTATISSIMO FRATRI ET CONPRESBYTERO EUDOXIO ET QUI TECUM SUNT FRATRIBUS AUGUSTINUS ET QUI MECUM SUNT FRATRES IN DOMINO SALUTEM.

1 Quando quietem uestram cogitamus, quam habetis in Christo, etiam nos, quamuis in laboribus uariis asperisque uersemur, in uestra caritate requiescimus. unum enim corpus sub uno capite sumus, ut et uos in nobis negotiosi et nos in uobis otiosi simus, quia, si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra et, si glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra. admonemus ergo et petimus et obsecramus per Christi altissimam humilitatem et misericordissimam celsitudinem, ut nostri memores sitis in sanctis orationibus uestris, quas uos uigilantiores et magis sobrias habere credimus; nostras enim saepe sauciat et debilitat caligo et tumultus saecularium actionum. quas etsi nostras non habemus, eorum tamen, qui nos angariant mille passus et iubemur ire cum eis alia duo, tanta nobis ingeruntur, ut uix respirare possimus credentes tamen, quod ille, in cuius conspectu intrat gemitus compeditorum, perseuerantes nos in eo ministerio, in quo conlocare dignatus est cum promissa mercede, adiuuantibus orationibus uestris ab omni angustia liberabit.

9 I Cor. 12, 26  18 Matth. 5, 41  20 Ps. 78, 11

*P* = *cod. Parisinus 12193 s. IX.*
$P^1$ = *cod. Parisinus 12226 s. IX.*
*S* = *cod. Sangallensis 174 s. IX.*
*H* = *cod. Palatinus 209 s. X.*
$P^2$ = *cod. Parisinus 1958 s. XI.*

*Inscriptio deest in* $PP^2$  2 dilectissimo *H*  9 simus *ex ras., fuit* sumus *H*  quasi, *m. 2* quia si *P*  15 haberet, *m. 2* habere *S*  17 et sinistras $P^1$ (*m. 2* etsi sinistras) *S* (*m. 2* etsi nostras)  19 tanta, *m. 2* tantae *S* caute *a* tantae *cett. edd.*  22 dignatus est collocare *edd.*  24 liberauit, *m. 2* liberabit $P^1$

2 Vos autem, fratres, exhortamur in domino, ut propositum uestrum custodiatis et usque in finem perseueretis ac, si qua opera uestra mater ecclesia desiderauerit, nec elatione auida suscipiatis nec blandiente desidia respuatis, sed miti corde obtemperetis deo cum mansuetudine portantes eum, qui uos regit, qui dirigit mites in iudicio, docebit mansuetos uias suas. nec uestrum otium necessitatibus ecclesiae praeponatis, cui parturienti si nulli boni ministrare uellent, quo modo nasceremini, non inueniretis. sicut autem inter ignem et aquam tenenda est uia, ut nec exuratur homo nec demergatur, sic inter apicem superbiae et uoraginem desidiae iter nostrum temperare debemus, sicut scriptum est: Non declinantes neque ad dexteram neque ad sinistram. sunt enim, qui, dum nimis timent, ne quasi in dexteram rapti extollantur, in sinistram lapsi demerguntur, et sunt rursus, qui, dum nimis se auferunt a sinistra, ne torpida uacationis mollitia sorbeantur, ex altera parte iactantiae fastu corrupti atque consumpti in fumum fauillamque uanescunt. sic ergo, dilectissimi, diligite otium, ut uos ab omni terrena delectatione refrenetis et memineritis nullum locum esse, ubi non possit laqueos tendere, qui timet, ne reuolemus ad deum et inimicum omnium bonorum, cuius captiui fuimus, iudicemus, nullamque esse nobis perfectam requiem cogitetis, donec transeat iniquitas et in iudicium iustitia conuertatur.

2 Matth. 24, 13; 10, 22  6 Ps. 24, 9  12 Deut. 17, 11; Prou. 4, 27  24 Ps. 56, 2; 93, 15

1 aut, *m. 2* autem *S*  2 perseueratis, *m. 2* perseueretis *P*  qua operam uestram *e* quam operam uestram *f l r m*  3 auidia (*post.* i *exp. m. 2*) $P^1$  6 diriget *sec. sacr. litt.?*  docebit] qui docet *edd.*  7 ecclesiae necessitatibus *H*  8 boni.... (*ras. 4—5 l.*) *P*  10 tenenda (t *ex corr. m. 2*) $P^2$  11 demergatur, *m. 2* dimergatur $P^1$ dimergatur *H*  13 dextera $PP^1SP^2$  15 dimerguntur *H*  16 nec (*m. 1 del.* c) *S*  17 mollitie *edd.*  18 fauillam fumumque *edd.*  euanescunt $P^1S$  22 et] sed $PP^1SP^2$  iudicemus] uindicemus *e f l r*  23 nobis esse *edd.*  cogitetis, *m. 2* cogitemus *S* cogitemus *edd.*  24 iustia, *m. 2* iustitia *S*

3 Item cum aliquid strenue atque alacriter agitis et inpigre operamini siue in orationibus siue in ieiuniis siue in elemosynis uel tribuentes aliquid indigentibus uel donantes iniurias, sicut et deus in Christo donauit nobis. siue edomantes perniciosas consuetudines castigantesque corpus et seruituti subicientes siue sufferentes tribulationem et ante omnia uos ipsos inuicem in dilectionem — quid enim sufferat, qui fratrem non suffert? — siue prospicientes astutiam atque insidias temptatoris et scuto fidei iacula eius ignita repellentes et extinguentes siue cantantes et psallentes in cordibus uestris domino uel uocibus a corde non dissonis: omnia in gloriam dei facite, qui operatur omnia in omnibus, atque ita feruentes spiritu, ut in domino laudetur anima uestra. ipsa est enim actio recti itineris, quae oculos semper habet ad dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes. talis actio nec frigitur negotio nec frigida est otio nec turbulenta nec marcida est nec audax nec fugax nec praeceps nec iacens. haec agite et deus pacis erit uobiscum.

4 Nec importunum me existimet caritas uestra, quia uobiscum loqui uel per epistulam uolui. non enim hoc uos monui, quod uos non arbitror facere; sed credidi me non parum commendari deo a uobis, si ea, quae munere illius facitis, cum adlocutionis nostrae memoria faciatis. nam et ante iam fama et nunc fratres, qui uenerunt a uobis, Eustasius et Andreas bonum Christi odorem de uestra sancta conuersa-

3 Eph. 4, 32; Col. 3, 13  5 I Cor. 9, 27  9 Eph. 6, 16  11 Eph. 5, 19  12 I Cor. 10, 31  13 I Cor. 12, 6  14 Rom. 12, 11  Ps. 33, 3  15 Ps. 24, 15  19 Phil. 4, 9; II Cor. 13, 11

5 domantes *lrm*  7 in dilectionem (*m. 2 del.* m) *S* in dilectione $P^1$ (*parua ras. super* e) *edd.*  11 cantantes] sectantes $PP^2$  12 in gloria $SP^2$  14 feruente $PP^1$ (n *exp. m. 2*) $P^2$ *a* feruete *Sm*  17 frangitur $P^1S$ *edd.*  frigida est, *m. 2* friget $P^2$ friget *P*  21 uobis uel per epistolam loqui *edd.*  22 uel *om. H*  24 deo commendari *H*  25 allocutiones, *corr.* (*m. 1?*) allocutionis $P^1$  26 nunc et *S*

tione ad nos adtulerunt. quorum Eustasius in eam requiem praecessit, quae nullis fluctibus sicut insula tunditur, nec Caprariam desiderat, quia nec cilicio iam quaerit indui.

## XLIX.

### AD HONORATUM EPISCOPUM PARTIS DONATI AUGUSTINUS EPISCOPUS ECCLESIAE CATHOLICAE.

1 Consilium tuum multum nobis placuit, quod fratrem Herotem, carissimum nobis et in Christo laudabilem uirum, mandare dignatus es, ut litteris inter nos agamus, ubi nullus turbarum tumultus perturbare possit dispositionem nostram, quae cum tota pace et lenitate animi suscipienda et agenda est, sicut dicit apostolus: Seruum autem domini litigare non oportet, sed mitem esse ad omnes, docibilem, patientem, in modestia corripientem diuersa sentientes. itaque breuiter insinuamus, quid a te responderi desideremus.

2 Quoniam ecclesiam eius, quae catholica dicitur, sicut de illa prophetatum est, per orbem terrarum diffusam uidemus, arbitramur nos non debere dubitare de tam euidentissima completione sanctae prophetiae, quam dominus etiam in euan-

12 II Tim. 2, 24—25

2 insulae *S*

*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F̊* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

5 Honorato episcopo *edd.* 6 episcopus *bis, alterum del. R* episcopus partis *edd. praeter m* 7 nobis multum *edd.* fratrem] per fratrem *P edd.* 9 dignatus es *om. M* 10 disputationem *m* 11 pace et lenitate et pace *MFAP* lenitate et pace *edd.* 12 apostolus dicit *R* non oportet litigare *M sec. sacr. litt.* 15 ad te *MA* 16 desideraemus (a *exp.*) *M* 17 quoniam] quae, *m. 2* quai (*sic!*) *M* eius] dei *P edd.* d·e (*fuit* i) *F* 18 terrae *R* 20 prophetae *A* scripturae *M*

gelio confirmauit et apostoli, per quos eadem ecclesia dilatata est, sicut de illa praedictum erat. nam et in capite sacrosancti psalterii scriptum est de filio dei: Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te; postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae, et ipse dominus Iesus Christus dicit euangelium suum in omnibus gentibus futurum et apostolus Paulus, antequam sermo dei in Africam peruenisset, in ipso capite epistulae, quam scribit ad Romanos: Per quem accepimus, inquit, gratiam et apostolatum ad obaudiendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius. deinde ipse ab Hierusalem in circuitu per totam Asiam usque in Illyricum euangelium praedicauit, ecclesias constituit atque fundauit, non ipse sed gratia dei cum eo, sicut ipse testatur. quid autem euidentius apparere potest, quam cum in eius epistulis nomina etiam regionum uel ciuitatum inuenimus? ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Thessalonicenses, ad Colossenses scribit; Iohannes etiam scribit ad septem ecclesias, quas commemorat in illis partibus constitutas, in quibus etiam uniuersis ecclesiam septenario numero intellegimus commendari, Ephesum, Smyrnam, Sardis, Philadelphiam, Laodiciam, Pergamum, Thyatiram. quibus omnibus ecclesiis nos hodie communicare manifestum est, sicut manifestum est uos istis ecclesiis non communicare.

3 Ps. 2, 7—8 6 Matth. 24, 14 10 Rom. 1, 5 12 Rom. 15, 19—20 15 I Cor. 15, 10 20 Apoc. 1, 11

3 filio* (d *eras.?*) *P* 5 tibi *om. A* 6 tuam *in fine u. om. R* 7 dicit *om. M* 9 in ipso] et ipso *R* scripsit *MR m; cf. 19 u. et 20* 11 oboediendum *P* obediendum *edd.* 12 ad *M* 13 circuitu, *m. 2* circumitu *P* circumitu *R edd.* lyricum *F* 17 ciuitat*um (i *eras.*) *P* 18 corinth *F* ad Ephesios *om. A* 20 VII *M* 21 uniuersas (*corr. m. 1* uniuersam) aecclesiam *M* uniuersas ecclesias *A a e* uniuersam ecclesiam *PR f l r m* 23 Sardos *codd. a m* Sardes *f l r* Sardis *e sec. Vulg.; Gr.* Σάρδεις lauditiam *A* 24 Pergamum *om. A*

tione ad nos adtulerunt. quorum Eustasius in eam requiem praecessit, quae nullis fluctibus sicut insula tunditur, nec Caprariam desiderat, quia nec cilicio iam quaerit indui.

## XLIX.

AD HONORATUM EPISCOPUM PARTIS DONATI AUGUSTINUS EPISCOPUS ECCLESIAE CATHOLICAE.

1 Consilium tuum multum nobis placuit, quod fratrem Herotem, carissimum nobis et in Christo laudabilem uirum, mandare dignatus es, ut litteris inter nos agamus, ubi nullus turbarum tumultus perturbare possit dispositionem nostram, quae cum tota pace et lenitate animi suscipienda et agenda est, sicut dicit apostolus: Seruum autem domini litigare non oportet, sed mitem esse ad omnes, docibilem, patientem, in modestia corripientem diuersa sentientes. itaque breuiter insinuamus, quid a te responderi desideremus.

2 Quoniam ecclesiam eius, quae catholica dicitur, sicut de illa prophetatum est, per orbem terrarum diffusam uidemus, arbitramur nos non debere dubitare de tam euidentissima completione sanctae prophetiae, quam dominus etiam in euan-

12 II Tim. 2, 24—25

2 insulae *S*

*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

5 Honorato episcopo *edd.* 6 episcopus *bis, alterum del. R* episcopus partis *edd. praeter m* 7 nobis multum *edd.* fratrem] per fratrem *P edd.* 9 dignatus es *om. M* 10 disputationem *m* 11 pace et lenitate et pace *MFAP* lenitate et pace *edd.* 12 apostolus dicit *R* non oportet litigare *M sec. sacr. litt.* 15 ad te *MA* 16 desideraemus (a *exp.*) *M* 17 quoniam] quae, *m. 2* quai (*sic!*) *M* eius] dei *P edd.* d.e (*fuit* i) *F* 18 terrae *R* 20 prophetae *A* scripturae *M*

gelio confirmauit et apostoli, per quos eadem ecclesia dilatata est, sicut de illa praedictum erat. nam et in capite sacrosancti psalterii scriptum est de filio dei: Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te; postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae, et ipse dominus Iesus Christus dicit euangelium suum in omnibus gentibus futurum et apostolus Paulus, antequam sermo dei in Africam peruenisset, in ipso capite epistulae, quam scribit ad Romanos: Per quem accepimus, inquit, gratiam et apostolatum ad obaudiendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius. deinde ipse ab Hierusalem in circuitu per totam Asiam usque in Illyricum euangelium praedicauit, ecclesias constituit atque fundauit, non ipse sed gratia dei cum eo, sicut ipse testatur. quid autem euidentius apparere potest, quam cum in eius epistulis nomina etiam regionum uel ciuitatum inuenimus? ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Thessalonicenses, ad Colossenses scribit; Iohannes etiam scribit ad septem ecclesias, quas commemorat in illis partibus constitutas, in quibus etiam uniuersis ecclesiam septenario numero intellegimus commendari, Ephesum, Smyrnam, Sardis, Philadelphiam, Laodiciam, Pergamum, Thyatiram. quibus omnibus ecclesiis nos hodie communicare manifestum est, sicut manifestum est uos istis ecclesiis non communicare.

3 Ps. 2, 7—8 6 Matth. 24, 14 10 Rom. 1, 5 12 Rom. 15, 19—20 15 I Cor. 15, 10 20 Apoc. 1, 11

3 filio* (d *eras.?*) *P* 5 tibi *om. A* 6 tuam *in fine u. om. R* 7 dicit *om. M* 9 in ipso] et ipso *R* scripsit *MRm; cf. 19 u. et 20* 11 oboediendum *P* obediendum *edd.* 12 ad *M* 13 circuitu, *m. 2* circumitu *P* circumitu *R edd.* lyricum *F* 17 ciuitat*um (i *eras.*) *P* 18 corinth *F* ad Ephesios *om. A* 20 VII *M* 21 uniuersas (*corr. m. 1* uniuersam) aecclesiam *M* uniuersas ecclesias *A a e* uniuersam ecclesiam *PRflrm* 23 Sardos *codd. a m* Sardes *flr* Sardis *e sec. Vulg.; Gr.* Σάρδεις lauditiam *A* 24 Pergamum *om. A*

3 Quaerimus ergo, ut nobis respondere non graueris, quam causam forte noueris, qua factum est, ut Christus amitteret hereditatem suam per orbem terrarum diffusam et subito in solis Afris nec ipsis omnibus remaneret. etenim ecclesia catholica est etiam in Africa, quia per omnes terras eam deus esse uoluit et praedixit. pars autem uestra, quae Donati dicitur, non est in illis omnibus locis, in quibus et litterae et sermo et facta apostolica cucurrerunt. sed ne dicatis non uocari ecclesiam nostram catholicam sed Macarianam, sicuti eam uos appellatis, nosse debes, quod facillime potest, in illis omnibus partibus, unde istas terras euangelium Christi perfudit, nec nomen Donati sciri nec nomen Macarii; uestra autem quia Donati pars dicitur, nec uos negare potestis et omnibus notum est, ubicumque est uestra communio. dignare ergo rescribere nobis, ut sciamus, quo modo fieri possit, ut ecclesiam suam Christus de toto orbe perdiderit et in uobis solis habere coeperit. uestrum est enim haec ostendere; nam nobis sufficit ad causam nostram, quod compleri prophetiam et scripturas sanctas per orbem terrarum uidemus. hoc autem ego Augustinus dictaui, quia olim uolo loqui inde tecum; uidetur enim mihi uel propter ipsam uicinitatem posse nos per litteras de hac re conloqui sine aliquo tumultu adiuuante deo, quantum ipsa necessitas postulat.

5 est *om.* *A*   7 omnibus illis *edd.*   8 facta et sermo *M*   9 macharanam, *m. 2* macharianam *M*   10 potes*?*   11 istas] istis *A*   12 scire, *m. 2* sciri *MR* scire *A*   machari, *m. 2* macharii *P*   13 quia] qua *FA* quae *M*   16 orbe] orbe terrarum *R*   17 habitare *M*   enim est *edd.* hoc, *corr. m. 1* hec *M*   18 complere, *m. 2* compleri *R*   21 nos *om.* *A*

## L.

DUCTORIBUS AC PRINCIPIBUS VEL SENIORIBUS COLONIAE SUFETANAE AUGUSTINUS EPISCOPUS.

Immanitatis uestrae famosissimum scelus et inopinata crudelitas terram concutit et percutit caelum, ut in plateis ac delubris uestris eluceat sanguis et resonet homicidium. apud uos Romanae sepultae sunt leges, iudiciorum rectorum calcatus est terror, imperatorum certe nulla ueneratio nec timor. apud uos sexaginta numero fratrum innocens effusus est sanguis et, si quis plures occidit, functus est laudibus et in uestram curiam tenuit principatum. age nunc principalem ueniamus ad causam. si Herculem uestrum dixeritis, porro reddemus; adsunt metalla, saxa nec desunt; accedunt et marmorum genera, suppeditat artificum copia. ceterum deus uester cum diligentia sculpitur, tornatur et ornatur; addimus et rubricam, quae pingat ruborem, quo possint uota uestra sacra sonare. nam si uestrum Herculem dixeritis, conlatis singulis nummis ab artifice uestro uobis emimus deum. reddite igitur animas, quas truculenta uestra manus contorsit, et sicuti a nobis uester Hercules redhibetur, sic etiam a uobis tantorum animae reddantur.

*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1672 s. IX.*  
*V* = *cod. Vaticanus 495 s. XV.*  
*U* = *cod. Vaticanus 499 s. XV.*

*Louanienses hanc epistulam in uno Vaticano exemplari (495) repertam primi ediderunt.*

2 auctoribus *VU edd.* 3 suffectanae *VU edd.* 8 terror] tenor *r* 13 nec] ne *U* et *om. VU edd.* 14 suppetit *m* 16 lubricam qui *P* pingit *VU edd.* possunt *P* 17 uestrum] aurē *P* dixeritis ac collatis *P* 19 truculenta *om. VU edd.* manus uestra *VU edd.* 21 reddentur *U*

# LI.

1 Quia humilitatem nostram uestri reprehendunt, ideo sic epistulam praenotaui, quod in tuam contumeliam fecisse uidear, si non, ita mihi abs te ut rescribatur, expecto. de Carthaginiensi promissione tua uel nostra instantia quid multa commemorem? quo modo libet ea gesserimus, transierint, ne, quod restat, impediant. nunc excusatio, nisi fallor, nulla est adiuuante domino; ambo in Numidia sumus et nobis loco terrarum inuicem propinquamus. rumor ad me detulit adhuc te uelle mecum disputando experiri de quaestione, quae nostram dirimit communionem. uide, quam breuiter omnes auferantur ambages; ad hanc epistulam responde, si placet, et fortasse sufficiet non solum nobis sed et eis, qui nos audire desiderant, aut, si non sufficiet, scripta atque rescripta, donec sufficiat, repetentur. quid enim nobis commodius poterit exhibere urbium, quas incolimus, tanta uicinitas? ego enim statui nihil de hac re agere uobiscum nisi per litteras, uel ne cui nostrum de memoria, quod dicitur, elabatur uel ne

*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

Incipit epistula sancti augustini episcopi ad crispinum *M* incipit epistula sancti agustini ad crispinum *F* epistula sancti augustini ad crispinum *A* idem incipit epistula sancti augustini ad crispinum *P* epistula augustini ad crispinianum scismaticum *R*; *inscriptio deest in codd. et edd.* 4 uideatur *M* mihi ita *A* mihi (*om.* ita) *R* ut abs te *R* ut *om. M* 5 cartaginensi *R edd.* instantitia *A* 6 ea *om. R* 7 quo *FMR* tunc, *m. 1 supra* nunc *R* excusatio nisi] excusacione si *M* excusatio ni *A* 8 adiuuante domino] transierint *M* 9 a *M* 10 uelle te *A* experire *MFA* que nra dirimet *M* 12 auferatur, *corr. m. 1* auferantur *F* respondisse, *corr. m. 1* responde si *M* 13 forte *R* suffiet *A* 14 sufficiunt *R* 15 sufficiant *R m* repetatur, *corr. m. 1* repetantur *M* repetantur *R m* 16 incolimus *ras. ex* incolumus *P* 17 re *om. P* 18 demonia, *corr. m. 1* de memoria *P* elebatur *F* eruatur *R* uel ne] uene *FR*

fraudentur talium studiosi, qui forte interesse non possunt. soletis de praeteritis rebus gestis, qui uultis, falsa iactare forte non mentiendi studio sed errore. proinde, si placet, de praesentibus illa metiamur. procul dubio te non fugit prioris populi temporibus et idolatriae sacrilegium fuisse commissum et a rege contemptore librum propheticum incensum; quo utroque crimine schismatis malum non puniretur atrocius, nisi grauius penderetur. profecto enim recordaris, quem ad modum schismatis auctores uiuos dehiscens terra sorbuerit et eos, qui consenserant, caelo inruens ignis absumpserit. sic nec fabricatum et adoratum idolum nec sacer liber exustus meruit uindicari.

2 Cur ergo, qui soletis nobis obicere non solum in nostris non probata sed potius in uestris probata crimina eorum, qui formidine persecutionis inpulsi dominicos libros concremandos ignibus tradiderunt, uos eos, quos pro scelere schismatis 'plenarii concilii' uestri 'ueridico', sicut ibi scriptum est, 'ore' damnastis, in eodem ipso episcopatu recepistis, in quo damnastis? Felicianum dico Mustitanum et Praetextatum Assuritanum. neque enim, sicut ignorantibus dicitis, ex eo numero fuerunt isti, quibus uestrum concilium diem prorogauerat et praefixerat, intra quem nisi ad uestram communionem remeauissent, eadem sententia tenerentur; sed de illo numero isti fuerunt, quos eo die sine dilatione damnastis, quo illis dilationem dedistis. probabo, si negaueris; concilium uestrum loquitur; proconsularia gesta habemus in manibus,

4 Ex. 32, 1—6  6 Hier. 36, 23  9 Num. 16, 31—35

1 fraudetur *R*  2 quae *P edd.*  4 populi prioris *R*  5 temporis *A* idololatriae *edd. praeter a e*  9 uiuos] in uos *M*  absorbuerit *R* 10 adsumpserit *A*  11 nec] ne *MFAR*  12 uindicare *MFA*  13 dicere *P*  14 uestras, *corr. m. 1* uestris *M*  15 fortitudine *R*  persecutionis, *corr. m. 1* persecutiones *M*  contremandos *M*  concremandus, *corr.* concremandos *F*  16 qui *R*  procellere *MFA*  18 ipso *om. R* episcopato *FA*  20 sicut, *om.*, *m. 1 add. M*  21 porrogauerat *A* 23 remeauisset, *m. 1 corr.* remeauissent *R*  25 sine g*aueris, *corr.* si neg*aueris *P*  26 proconsuria, *m. 2* proconsularia *M*

quibus id non semel allegastis. aliam ergo defensionem para, si potes, ne, dum negas, quod conuincam, moras faciamus. Felicianus igitur et Praetextatus si innocentes erant, quare sic damnati sunt? si scelerati, quare sic recepti sunt? si probaueris innocentes, cur non credamus a multo paucioribus maioribus uestris falso crimine traditionis innocentes potuisse damnari, si a trecentis decem successoribus eorum, ubi etiam pro magno scriptum est 'plenarii concilii ore ueridico,' in falso crimine schismatis innocentes damnari potuerunt? si autem probaueris recte fuisse damnatos, quae restat defensio, cur in eodem episcopatu recepti sint, nisi ut exaggerans utilitatem salubritatemque pacis ostendas etiam ista pro unitatis uinculo toleranda? quod utinam non oris sed cordis uiribus ageres! profecto perspiceres, quam nullis calumniis per orbem terrarum esset uiolanda pax Christi, si licet in Africa etiam in sacrilego schismate damnatos in eodem ipso episcopatu recipi pro pace Donati.

3 Item soletis nobis obicere, quod uos per potestates terrenas persequamur. qua in re non disputo, uel quid uos pro immanitate tanti sacrilegii mereamini uel quantum nos Christiana temperet mansuetudo; illud dico: si hoc crimen est, cur eosdem Maximianistas per iudices ab eis imperatoribus missos, quos per euangelium genuit nostra communio, grauiter insectati de basilicis, quas tenebant, in quibus eos inuenit ipsa conscissio, et controuersiarum strepitu et iussionum

1 alligastis, *m. 2* allegastis *PR* alligastis *M* para si] paradisi (di *del. m. 2*) *M* 3 fuerunt *R* 4 probaberis *F* 7 clamari *M* 8 magnos (s *exp.*) *F* falsi *A* 10 probaberis *F* fuis (*sic !*) *M* 11 sint *ex corr. m. 1 A* exaggerens, *corr. m. 1* exaggerans *M* 12 ista *om. R* unitates, *corr. m. 1* unitatis *M* 13 oris *ex* eris *factum uid. m. 1 A* uisceribus, *supra m. 1* ł uiribus *R* 14 respiceres *R* 15 uiolenda *A* etiam in africa *R* sacrilegii *R* 18 potestatem terrenam *R* 20 tanti *om., m. 1 add. P* tanta *M* 22 eodem, *m. 1 corr.* eosdem *A* maximianustas, *corr.* maximianistas *M* maxiministas *P* 24 insectatos *A* 25 ista, *corr. m. 1* ipsa *M* contro uersarium *M*

potentatu et auxiliorum impetu proturbastis? in qua conflictatione quae passi sint per loca singula, recentia rerum uestigia contestantur; quae iussa sint, chartae indicant; quae facta sint, terrae clamant, in quibus etiam Optati illius tribuni uestri sancta memoria praedicatur.

4 Item dicere soletis, quod nos Christi baptismum non habeamus et praeter uestram communionem nusquam sit. possem hinc uberius aliquanto disserere. sed contra uos iam nihil opus est, qui cum Feliciano et Praetextato etiam Maximianistarum baptismum recepistis. quotquot enim baptizauerunt, quando Maximiano communicabant, cum etiam ipsos nominatim, id est Felicianum et Praetextatum de basilicis eorum, sicut gesta testantur, diuturno conflictu iudiciorum expellere conaremini, quotquot ergo eo tempore baptizauerunt, nunc secum et uobiscum habent non solum per aegritudinum pericula sed etiam per sollemnitates paschales in tot ecclesiis ad suas ciuitates pertinentibus et in ipsis tam magnis ciuitatibus foris in scelere schismatis baptizatos, quorum nulli baptisma repetitum est. atque utinam probare possitis eos, quos foris in scelere schismatis Felicianus et Praetextatus tamquam inaniter baptizauerant, ab eis receptis intus quasi utiliter denuo baptizatos. si enim rursus baptizandi erant isti, rursus ordinandi erant illi; amiserant enim episcopatum recedentes a uobis, si extra communionem uestram baptizare non poterant; nam si discedentes episcopatum non amiserant, baptizare utique poterant, si autem amiserant, ergo, ut eis, quod amiserant, redderetur, redeuntes ordinari

1 auxilionum, *corr. m. 1* auxiliorum *M* proturbatis *F* perturbastis *MR edd.* 2 quae] q; *M* qui *R* sunt *MFAR a e* 3 iussa] eius *R* 4 sin. *corr. m. 1* sint *P* 5 uestra, *corr. m. 1* uestri *M* 7 sit (t *exp.*) *F* si *M* hinc possem aliquanto uberius disserere* *R* 10 *et* 14 quodquod *M* (*m. 2* quotquot) *F* 15 egritudinem, *corr. m. 1* egritudinum *M* 16 solemnitatēs (~ *eras.*) *M* tot'// (*parua ras.*) *F* ecclesias *M* ecclesiis (i *post. in ras. m. 1*) *F* 17 ciuitatis *MF* 19 possetis *edd.* 20 eo *M* 23 miserant *FA* 26 utique non poterant *R* omiserant *A* 27 ordinare *FAR*

debebant. sed noli timere; sicut certum est cum eodem illo episcopatu, cum quo exierant, remeasse, ita certum est omnes, quos in Maximiani schismate baptizarunt, sine ulla baptismi repetitione se cum uestra communione reconciliasse.

5 Quibus igitur sufficimus lacrimis plangere recipi baptismum Maximianistarum et exsufflari baptismum orbis terrarum? siue auditos siue inauditos siue iuste siue iniuste damnastis Felicianum, damnastis Praetextatum, dic mihi: quem Corinthiorum episcopum audiuit aut damnauit aliquis uestrum? quem Galatarum, quem Ephesiorum, quem Colossensium, Philippensium, Thessalonicensium ceterarumque omnium ciuitatium, de quibus dictum est: Adorabunt in conspectu eius uniuersae patriae gentium? ergo istorum baptismus acceptatur et illorum exsufflatur, qui nec istorum est nec illorum sed illius, de quo dictum est: Hic est, qui baptizat. sed non hinc ago; ad illa, quae praesto sunt, aduerte; ea, quae oculos etiam caecos feriunt, intuere: damnati habent baptismum et inauditi non habent! nominatim in scelere schismatis expressi et eiecti habent et ignoti, longe peregrini, numquam accusati, numquam iudicati non habent! qui de praecisa parte Africae rursus praecisi sunt, habent et,

12 Ps. 21, 28 15 Ioh. 1, 33

1 debeant *MA* nolite *A* illo] loco *M* illos *P edd.* 2 episcopato *FA* 3 qđs (*sic!*) *M* maximianis (s *exp. m. 1*) *P* baptizarunt (runt *in ras. m. 1*) *F* baptizauerunt *R* sinu ulla *M* 4 secum uestram communione *F* secum uestrae communione (*m. ut uid. 2* communioni) *P* secum uestram communionem *MA a e* secum uestrae communioni *cett. edd.* 5 recepi, *m. 1 corr.* recipi *F* 6 et *om. MA* 7 siue auditus siue inauditus *MFA* dampnatis felicianum dampnatis *R* 10 galatorum *F* galathorum *AR* legatorum *M* ephesorum *F* 11 ciuitatum *MR edd.* 14 quia *M* 15 quo] to, *corr.* tuo, *m. 3* quo *F* 17 ea quae] eâq; *M* caecos etiam *R* fereunt, *corr. uix m. 1* feriunt *F* 18 non habent *bis, alterum del. P* 19 schismati, *m. 2* scismatis *P* 20 peregrinũ quam, *m. 2* peregrini nũquam *P* non *om. M* 21 praecisa (*postr. l. in ras. m. ut uid. 3*) parte *F* precis aperte *A*

unde ipsum euangelium in Africam uenit, non habent! quid pluribus onero? ad ista responde. adtende sacrilegium schismatis uestro concilio Maximianistis exaggeratum, adtende persecutiones per iudiciarias potestates, quas eis inrogastis, adtende baptismum eorum, quem cum eis, quos damnastis, recepistis, et responde, si potes, utrum habeatis aliquid, unde iniciatis nebulas imperitis, cur ab orbe terrarum longe maiore scelere schismatis separemini, quam quod in Maximianistis uos damnasse gloriamini. pax Christi uincat in corde tuo.

## LII.

### DOMINO MULTUM DESIDERABILI ET VALDE CARISSIMO FRATRI SEVERINO AUGUSTINUS.

1 Litteras fraternitatis tuae etsi ualde sero, etsi praeter quod speraueram, tamen laetus accepi. maxime ampliore gaudio perfusus sum, cum cognouissem hominem uestrum in ipsa sola causa uenisse Hipponem, ut ad me litteras tuae fraternitatis adferret. cogitaui enim non sine causa hoc exortum esse in animo tuo, ut recoleres consanguinitatem nostram, nisi quia fortasse perspicis, sicut noui non leue pondus prudentiae tuae, quam sit dolendum, ut, qui secundum carnem fratres sumus, in Christi corpore non una societate uiuamus, praesertim quia facile tibi est adtendere et uidere ciuitatem super montem constitutam, de qua dominus ait in

23 Matth. 5, 14

1 unde] unde di (di *del. m. ut uid. 1*) *M* unde de (de *exp. m. 3*) *F* 2 oneror *R* 3 maximianistas, *m. 1 corr.* maximianistis *R* 4 persecucionis, *corr. m. ut uid. 1* persecuciones *M* iudicarias *M* 7 cur ab orbe (cur ab o *in ras. uix m. 1*) *F* 8 sceleris schismatis *MFA* sceleris scismate *R* 10 tuo] tuo EYTYXωC *Rm* explicit epistula sancti agustini ad crispinum *FP*

*Idem codices, qui in ep. LI*

12 clarissimo *M* 15 spero *A* maximeque *edd.* ampliori *R edd.* 16 cognouissẽ** (ut *eras.*) *P* in] hac *edd.* 24 super montem *om. MFA* in monte *R* dicit *R*

euangelio, quod abscondi non possit; ipsa est enim ecclesia catholica, unde καθολική graece appellatur, quod per totum orbem terrarum diffunditur. hanc ignorare nulli licet; ideo secundum uerbum domini nostri Iesu Christi abscondi non potest.

2 Pars autem Donati in solis Afris calumniatur orbi terrarum et non considerat ea sterilitate, qua fructus pacis et caritatis adferre noluit, ab illa radice orientalium ecclesiarum se esse praecisam, unde euangelium in Africam uenit, unde terra si eis adferatur, adorant; fidelis autem inde si ueniat, exsufflant et rebaptizant etiam. hoc enim praedixit filius dei, qui ueritas est, se esse uitem, suos autem filios esse sarmenta et patrem suum agricolam: Sarmentum, inquit, quod in me non dat fructum, pater meus tollet illud; sarmentum autem quod in me dat fructum, purgat illud, ut maiorem fructum adferat. non ergo mirum est, si de illa uite, quae creuit et omnes terras impleuit, praecisi sunt illi, qui fructum caritatis adferre noluerunt.

3 Qui si uera crimina obiecissent collegis suis, maiores eorum, quando schisma fecerunt, ipsi obtinuissent causam suam apud ecclesiam transmarinam, unde ad istas partes Christianae fidei manauit auctoritas, ut illi essent foris, quibus eadem crimina obiciebant. nunc autem cum illi inueniuntur intus communicare ecclesiis apostolicis, quarum nomina in libris sanctis habent et recitant, isti autem foris positi et ab illa communione separati sunt, quis non intellegat eos

11 I Ioh. 5, 6; Ioh. 15, 1  13 Ioh. 15, 2  17 Ps. 79, 10

1 enim *om.* *R*  2 catholice *M* catholicae *FAP* catholica *R*  3 nulli ignorare *R*  7 considerate asterelitate *M* considerate a sterelitate *F* considerata sterilitate *R*  8 noluit afferre *edd.*  9 praecisa mundę. *m. 2* praecisam undę *M*  10 si inde *edd.* *praeter* *a*  et sufflant *FR*  11 et rebaptizant. Etiam *l r* etiam et rebaptizant *m*  enim] enim etiam *m*  14 tollat *M*  15 autem *om.* *A*  17 cre*uit (a *eras.*) *P*  19 collegas, *corr.* *m. 1* collegis *M* colleges *F*  20 crisma (r *m. 1* *exp.*) *M*  fecerunt nam (*om.* ipsi—transmari) *MFAR*  21 inde *R*  22 foris essent *R*  23 inuenirentur *R* inueniantur *f l r m*  26 sint *P f l r m*  quos *A*

habuisse causam bonam, qui eam apud medios iudices obtinere potuerunt? aut si causam bonam habebant et eam transmarinis ecclesiis probare non potuerunt, quid illos laesit orbis terrarum, ubi episcopi collegas suos, qui apud eos obiectis criminibus conuicti non erant, temere damnare non possent? itaque innocentes rebaptizantur et Christus in innocentibus exsufflatur. si autem idem Donatistae Afrorum collegarum suorum uera crimina nouerant et neglexerunt eadem monstrare et probare transmarinis ecclesiis, ipsi se ab unitate Christi sceleratissimo schismate praeciderunt, non habent, quod excusent, et uos nostis, maxime quia tam multi scelerati apud eos emerserunt et tolerauerunt illos per tot annos, ne partem Donati conscinderent, et non dubitauerunt illo tempore falsas suspiciones suas obicientes pacem Christi unitatemque disrumpere et uos uidetis.

4 Sed nescio quae carnalis consuetudo, frater Seuerine, ibi uos tenet; et olim doleo, olim gemo maxime prudentiam tuam cogitans et olim te uidere desidero, ut de hac re tecum loquerer. quid enim prodest uel salus uel consanguinitas temporalis, si aeternam Christi hereditatem salutemque perpetuam in nostra cognitione contemnimus? haec me interim scripsisse suffecerit, quae duris cordibus ualde pauca sunt et prope nulla, animo autem tuo, quem bene noui, ualde multa sunt et ualde magna. non enim mea sunt, qui nihil sum, nisi quod expecto misericordiam dei, sed ipsius dei omnipotentis, quem quisquis in hoc saeculo comtempserit patrem, inueniet in futuro iudicem.

1 medicos (c *exp. m. 1*) *M* 2 transmarinas, *corr. m. 1* transmarinis *M* 5 obiectos *M* conuincti *F* timere, *corr. m. ut uid. 3* temere *F* iudicare *R* 6 in *in fine pag. om. P* 7 iidem *edd. praeter a* 8 ea demonstrare *P edd.* 10 praecederunt *M* non, *m. 2* et non *P* 11 multis | celerati *M* 13 conscenderent *MFAP* (*corr.* conscinderent) 14 falsa, *m. 2* falsas *P* 16 qui *M* (*m. 2* que) *F* (*corr. m. ut uid. 1* quae) qua, *m. 2* quae *P* 20 aeterna, *m. 2* aeternā *R* ptuam *M* petuam, *corr. m. 1* ppetuam *F* 21 cognatione *edd. praeter a* 22 suficerit *M* sufficerit *F* sufficeret *R*

## LIII.

DILECTISSIMO ET HONORABILI FRATRI GENEROSO FORTUNATUS, ALYPIUS, AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

I 1 Quoniam nobis notam esse uoluisti epistulam, quam ad te Donatistarum presbyter dedit, quamquam eam tu quoque catholico animo deriseris, tamen, ut ei potius, si non desperate desipit, consulas, haec ad eum rescripta petimus perferas. ille enim ordinem Christianitatis ciuitatis uestrae tibi ut insinuaret, iussisse sibi angelum scripsit, cum tu teneas Christianitatem non ciuitatis tuae tantum nec tantum Africae uel Afrorum sed totius orbis terrae, quae adnuntiata est et adnuntiatur omnibus gentibus. unde illos parum est quod praecisos esse non pudet nec sibi subueniunt, ut, cum possunt, redeant ad radicem, nisi etiam secum alios praecidere et sicut ligna arida in ignem destinare conentur. quapropter si tibi ipsi angelus adstitisset, quem sibi ille propter te adstitisse, quantum arbitramur, astuta uanitate confingit, et haec ipsa tibi dixisset, quae iste mandato illius tibi se insinuare dicit, oporteret te apostolicae sententiae memorem fieri, qui ait: Licet si nos aut angelus de caelo uobis euangelizauerit praeter id, quod euangelizauimus uobis, anathema sit. euangelizatum est enim tibi per uocem ipsius domini Iesu Christi, quod omnibus gentibus adnuntiabitur euangelium eius et tunc erit finis; euangelizatum tibi est per propheticas et apostolicas litteras, quod Abrahae dictae sunt promissiones et semini

20 Gal. 1, 8   23 Matth. 24, 14   26 Gal. 3, 16

*Idem codices, qui in ep. LI et LII.*

3 Augustinus] et augustinus *R m*   4 $^{o}$ntā *ex corr., fuisse uid.* ñtā *M*   7 scripta *M*   9 tibi *R*   tenas, *corr. m. 1* teneas *F*   12 illis *edd.* praeciosos *M*   13 ut cum possunt] cum pessunt, *m. 2* cum possunt ut *P*   14 alios secum *R*   16 ipse *F*   17 quantum *om. R*   18 ditit oportet *M*   19 qua *A*   22 enim *om. M*   24 finis erit *edd.*   25 prophetica, *m. 2* propheticas *M*   et apostolicas *om. R*   26 quo *MA*

eius, quod est Christus, cum ei diceret deus: In semine tuo benedicentur omnes gentes. has ergo promissiones tenenti si tibi angelus de caelo diceret: 'Dimitte Christianitatem orbis terrae et tene partis Donati, cuius ordo tibi exponitur in epistula episcopi tuae ciuitatis,' anathema esse deberet, quia te a toto praecidere et in partem contrudere conaretur et alienare a promissis dei.

2 Si enim ordo episcoporum sibi succedentium considerandus est, quanto certius et uere salubriter ab ipso Petro numeramus, cui totius ecclesiae figuram gerenti dominus ait: Super hanc petram aedificabo ecclesiam meam et portae inferorum non uincent eam. Petro enim successit Linus, Lino Clemens, Clementi Anacletus, Anacleto Euaristus, Euaristo Sixtus, Sixto Telesphorus, Telesphoro Hyginus, Hygino Anicetus, Aniceto Pius, Pio Soter, Soteri Alexander, Alexandro Victor, Victori Zephyrinus, Zephyrino Calistus, Calisto Urbanus, Urbano Pontianus, Pontiano Antherus, Anthero Fabianus, Fabiano Cornelius, Cornelio Lucius, Lucio Stephanus, Stephano Sixtus, Sixto Dionysius, Dionysio Felix, Felici Eutychianus, Eutychiano Gaius, Gaio Marcellus, Marcello Eusebius, Eusebio

1 Gen. 22, 18 10 Matth. 16, 18

1 in semini *A* 2 promissionis, *corr. m. 1* promissiones *M* 3 diceret de caelo *signis corr. P* dimitter (r *exp. m. 2*) *M* 4 partis, *corr. m. ut uid. 1* partes *A* partes *Fflr* partem *ae* 5 tui *M* 7 diei (*pr.* i *exp.*) *A* 9 quando *A* 10 effiguram *F* 12 enim *om. A* 13 anancletus (*post.* n *exp. m. 2*) *P* anencletus *M* ane*cletus *F* annecletus *A* anancleto (*post.* n *exp. m. 2*) *P* anecleto *MA* anencleto *F* Euaristo Alexander Alexandro Sixtus *edd.* 14 xistus. Syxto *M* iginus igino *R edd.* 15 Alexander Alexandro] Eleutherius Eleutherio *edd.* 16 zephorinus zephorinus (*ras. et corr.* zephorino) *M* calistus callisto (*alt.* l *exp.*) *F* calistus calisto, *m. 2* calixtus calixto *P* calixtus calixto *R edd.* 17 Urbano] urbanus, *corr.* urbano *M* Antherus] antheros *P* fauianus fauiano *M* (*corr.* fabianus fabiano) *FAP* (*m. 2* fabianus fabiano) 18 Cornelio] cornelius, *m. 2* cornelio *P* sthephanos, *corr. m. 1* sthephanus *F* 19 Xystus Xysto *flrm* euthicianus *A* 20 euthiciano *AP* marcellus marcello, *m. 2 in marg.* marcellin'; mar *ceteris codicis resectione deperditis P* Marcellinus Marcellino Marcellus Marcello *edd.*

Melchiades, Melchiadi Siluester, Siluestro Marcus, Marco Iulius, Iulio Liberius, Liberio Damasus, Damaso Siricius, Siricio Anastasius. in hoc ordine successionis nullus Donatista episcopus inuenitur. sed ex transuerso ex Africa ordinatum miserunt, qui paucis praesidens Afris in urbe Roma Montensium uel Cutzupitarum uocabulum propagauit.

3 In illum autem ordinem episcoporum, qui ducitur ab ipso Petro usque ad Anastasium, qui nunc eandem cathedram sedet, etiam si quisquam traditor per illa tempora subrepsisset, nihil praeiudicaret ecclesiae et innocentibus Christianis, quibus dominus prouidens ait de praepositis malis: Quae dicunt, facite; quae autem faciunt, facere nolite: dicunt enim et non faciunt, ut certa sit spes fidelis, quae non in homine sed in domino conlocata numquam tempestate sacrilegi schismatis dissipetur, sicut isti dissipati sunt, qui legunt in codicibus sanctis ecclesias, quibus apostoli scripserunt, et nullum in eis habent episcopum. quid autem peruersius et insanius quam lectoribus easdem epistulas legentibus dicere: 'Pax tecum' et ab earum ecclesiarum pace separari, quibus ipsae epistulae scriptae sunt?

II 4 Tamen ne sibi etiam de Constantinensi, hoc est ciuitatis uestrae episcoporum ordine blandiatur, recita illi gesta apud Munatium Felicem, flaminem perpetuum, curatorem tunc

11 Matth. 23, 3

1 meltiades meltiadi *M* milciades milciadi *A* miltiades miltiade (*corr. m. 1* miltiadi) *F* Miltiades Miltiadi *f l r m* 2 damasius (i *exp*) *P* Siricius *om., m. 2 add. P* 5 paucis (i *m. 2; ex* o ?) *M* romae *F* 6 montemsium, *m. 2* montensium *M* cuzupitarum *R* 7 in illo autem ordine *A* 8 in eandem cathedram *M* in eadem cathedra *F* 9 sedet] sed *R* subrepisset *MP* (*m. 2* subrepsisset) 11 praeuidens *M* 14 homines *R* 15 sacrilegis (*postr. l. exp. m. 2*) *M* dissipetur, *m. 2* dissipatur *P* 21 constantinen|si (*eras.* si *m. 2* constantinensis) *P* 22 uestri *M* illa, *corr. m 1* illi *P* 23 mannatium *R* flauium per procuratorem *MFAP* flauium procuratorem *R edd. praeter m* flaminem perpetuum curatorem *m ex libro contra Cresconium gramm. Don. III c. 29, 33*

eiusdem ciuitatis uestrae Diocletiano VIII. et Maximiano VII. consulibus undecimo Kalendas Iunias, quibus liquido constitit ita Paulum episcopum tradidisse, ut Siluanus tunc eius subdiaconus fuerit et cum illo tradiderit proferens instrumenta dominica, etiam quae diligenter fuerant occultata, capitulatam argenteam et lucernam argenteam, ita ut ei diceret Victor quidam: 'Mortuus fueras, si non illas inuenisses.' hunc iste Siluanum, manifestissimum traditorem, pro magno commemorat in epistula, quam tibi scripsit, a Secundo Tigisitano primae sedis episcopo episcopum tunc ordinatum. quiescat ergo superba eorum lingua et cognoscat crimina sua, ne delirans loquatur aliena. recita illi etiam, si uoluerit, gesta ecclesiastica eiusdem Secundi Tigisitani in domo Urbani Donati habita, ubi confessos traditores iudici deo dimisit, Donatum Masculitanum, Marinum ab Aquis Tibilitanis, Donatum Calamensem, cum quibus confessis traditoribus memoratum traditorem Siluanum eis ordinauit episcopum. recita illi gesta apud Zenophilum consularem, ubi Nundinarius quidam diaconus iratus Siluano, quod ab eo fuerit excommunicatus, haec omnia iudiciis prodidit, quae certis documentis et responsionibus testium et recitatione gestorum et multarum epistularum luce clarius constiterunt.

5 Multa sunt alia, quae illi recites, si non contentiose agere sed prudenter audire uoluerit: preces Donatistarum ad Constantinum, ut propter ipsam causam inter Afros episcopos dirimendam iudices ex Gallia episcopos mitteret; litteras etiam eiusdem imperatoris, ubi episcopos misit ad urbem

1 diocletia, *m. 2* diocletiano *P* VIII° *A* VIII^to *R* octauo *aefl* octauum *m* VII° *A* septẽ *R* septimo *aefl* septimum *m* 2 XI *FRae* Kł *MRae* ieiunias *A* 4 diaconus, *corr. m. 1* subdiaconus *M* 5 q;, *m. 2* que *P* quas *MFA* 6 et lucernam argenteam *om. M* 7 illa | *P* 8 siluanus *codd. edd. praeter m* 9 scribit *edd.* 10 episcopum *om. R* 13 ecclesiastica, (*fuit* s) *F* Secundi *om. R* 14 iudici'// (*parua ras.*) *F* 15 masculinitanum (ni *exp. m. 1*) *M* maritanum (ta *exp.*) *P* 20 inditiis *P* 21 lucedarius *A* 27 etiam] enim *M*

Romam; gesta quoque in urbe Roma, ubi ab episcopis, quos ille miserat, causa cognita atque discussa est; itemque alias litteras, ubi declarat memoratus imperator eos apud se de collegarum suorum iudicio, id est episcoporum, quos ad urbem Romam miserat, fuisse conquestos, ubi etiam alios episcopos uoluit apud Arelatum iudicare, ubi isti et ab ipsorum iudicio ad eundem imperatorem appellauerunt, ubi postremo causam inter partes ipse cognouit, ubi eos uehementissime detestatur innocentia Caeciliani fuisse superatos. quae, si uoluerit, audiet et tacebit et desinet insidiari ueritati.

III 6 Quamquam nos non tam de istis documentis praesumamus quam de scripturis sanctis, ubi hereditas Christi usque ad terminos terrae promissa est in omnibus gentibus. unde isti nefario schismate separati iactant crimina in paleam messis dominicae, quae necesse est usque ad finem permixta toleretur, donec ultimo iudicio tota area uentiletur. unde manifestum est ista crimina seu uera seu falsa non pertinere ad frumenta dominica, quae per totum agrum, id est istum mundum usque in finem saeculi oportet crescere, sicut non falsus angelus in huius errore sed dominus in euangelio loquitur. ideoque in Christianos innocentes, qui per totum orbem malis Christianis tamquam paleae suae uel zizaniis permixti sunt, multa falsa crimina et uana iactantibus his miseris Donatistis merito deus reddidit, ut Maximianistas apud Carthaginem schismaticos suos, Primiani damnatores, extra Primianum baptizatores,

12 Ps. 2, 8 14 Matth. 13, 30; 3, 12

1 ab *om.*, *m. 1 add.* *P* 2 ipse * (*fuitne* p ?) miserat *R* idemque *MA* 6 istis *A* 10 et tacebit *om.*, *in marg. m. 1 add.* *M* desinebit *M* 14 separari *R* 15 quae necesse est *om.*, *s. u.* que *m. ut uid. 1 add.* *M* tolleratur, *corr.* tolleraretur, *sed* re *del. m. 1 M* toleraretur *F* 17 ad dominica frumenta, *corr.* frumenta ad dominica *M* 18 in] ad *F* 20 ideo quae *FA* (*m. ut uid. 1 corr.* ideoque) in *om.*, *m. 1 add.* *M* 22 zizanis, *corr. m. 1* zizaniis *F* 24 deus *om.*, *m. 1 add.* *M* 25 baptizatores post primianum baptizatores post primianum rebaptizatores (post primianum baptizatores *del. m. 1*) *R*

post Primianum rebaptizatores, uniuersali concilio suo damnarent, ut ex eorum numero post non paruum tempus quosdam in honoribus episcopatus sui, Felicianum Mustitanum et Praetextatum Assuritanum, cogente Optato Gildoniano susciperent cum omnibus, quos damnati extra baptizauerunt. quod si ab eis, quos ore proprio tamquam sceleratos et sacrilegos damnauerunt et quos illis primis schismaticis, quos uiuos terra obruit, compararunt, non maculantur, cum eis rursus in honore suo receptis communicant, euigilent aliquando, cogitent, quanta caecitate et quanta insania dicant orbem terrarum ignotis Afrorum criminibus esse maculatum et hereditatem Christi, quae promissa exhibita est in omnibus gentibus, peccatis Afrorum per contagionem communicationis fuisse deletam, quando se nolunt deletos et maculatos uideri, dum eis communicant, quorum crimina cognita iudicarunt.

7 Quapropter cum Paulus apostolus iterum dicat, quia ipse satanas transfigurat se in angelum lucis, unde non esse mirum, si ministri eius transfigurant se sicut ministros iustitiae, si uere iste aliquem angelum uidit erroris nuntium et de unitate catholica Christianos separare cupientem, ipse passus est angelum satanae transfigurantem se uelut angelum lucis. si autem mentitur et nihil tale uidit, ipse est minister satanae transfigurans se uelut ministrum iustitiae. et tamen ista omnia considerans si nimium peruersus et pertinax esse noluerit, poterit ab omni uel aliena uel sua seductione liberari. nos enim per occasionem tuam sine aliquo odio conuenimus hoc circa eum seruantes, quod apostolus dicit: Seruum autem domini litigare non

7 Num. 16, 21—33 16 II Cor. 11, 14—15 28 II Tim. 2, 24—26

1 post Primianum rebaptizatores *om. M* 2 partium, *m. 2* paruum *R* 5 quod, *m. 2* quos *M* baptizauerant *flrm* 6 quos *om. M* (*add. m. 1*) *R* 7 primi schismatis (*m. 2* schismaticis) *M* primis scismatis *R* torra, *corr. m. 1* terra *M* 8 sorbuit *FA; cf. p. 145, 9* 12 promissa | et exhibita est *M* 14 delatam *A* 16 apostolus paulus *M* apostolus iterum *om. R* 18 esse] ē *M* 19 uero *A* 21 transfiguratum se *M* 25 uoluerit *R* 26 sine *om. M* 27 aliqua *A* 28 ait *R* non oportet litigare *M*

oportet, sed mitem esse ad omnes, docibilem, patientem, in modestia corripientem diuersa sentientes, ne forte det illis deus paenitentiam ad cognoscendam ueritatem et resipiscant de diaboli laqueis captiuati ab ipso in ipsius uoluntatem. si ergo aliquid aspere diximus, non ad amaritudinem dissensionis sed ad correptionem dilectionis ualere cognoscat. incolumis uiuas in Christo, dilectissime et honorabilis frater. amen.

## LIV.

## AD INQUISITIONES IANUARII

### LIBER PRIMUS.

DILECTISSIMO FILIO IANUARIO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

I 1 Ad ea, quae me interrogasti, mallem prius nosse, quid interrogatus ipse responderes; ita enim uel adprobando uel

1 mitem (i *ex ras. et corr.; fuitne* u*?*) *F* docibiles, *m. 2* docibilem *M* 7 correctionem *R edd.* incolomes, *m. 2* incolomis *M* 8 amen *om. R edd.*

*P* = *cod. Parisinus 2035 s. IX.*
*O* = *cod. Audomaropolitanus 311 s. XI—XII.*
*P*[1] = *cod. Parisinus 2092 s. XII.*
*M* = *cod. Bononiensis 47 s. XII.*

*G* = *fragm. Aurelianensia M 169 s. VI—VII:*
*p. 161, 11* (ego) — *16* (....... tate neque)
*p. 162, 4* (..... ristiam) — *12* (recon.......)
*p. 162, 17* (...... am) — *166, 13* (superi..)
*S* = *fragm. cod. Sangallensis 190 s. VIII—IX:*
*p. 159, 4* (primo) — *160, 3*
*H* = *fragm. cod. Parisini 2151 s. XI:*
*p. 160, 13* (quod enim) — *163, 9* (consecuti)

*Eugippi excerpta* (*ed. P. Knoell*)*:*
*p. 421, 6 — 423, 8 = p. 162, 4 — 164, 19*
*p. 423, 10 — 425, 3 = p. 165, 18* (his) — *167, 22*

*Aug. Retract. II 20:* Libri duo, quorum est titulus 'ad inquisitiones Ianuarii' multa de sacramentis continent disputata..... quorum librorum

emendando responsiones tuas multo breuius possem respondere et te facillime aut confirmarem aut corrigerem. hoc quidem, ut dixi, mallem. sed tamen ut nunc responderem, malui longiorem facere sermonem quam dilationem. primo itaque tenere te uolo, quod est huius disputationis caput, dominum nostrum Iesum Christum, sicut ipse in euangelio loquitur, leni iugo suo nos subdidisse et sarcinae leui. unde sacramentis numero paucissimis, obseruatione facillimis, significatione praestantissimis societatem noui populi conligauit, sicuti est baptismus trinitatis nomine consecratus, communicatio corporis et sanguinis ipsius et si quid aliud in scripturis canonicis commendatur exceptis his, quae seruitutem populi ueteris pro congruentia cordis illorum et prophetici temporis onerabant, quae et in quinque libris Moysi leguntur. illa autem, quae non scripta sed tradita custodimus, quae quidem toto terrarum orbe seruantur, datur intellegi uel ab ipsis apostolis uel plenariis conciliis, quorum est in ecclesia saluberrima auctoritas, commendata atque statuta retineri, sicuti quod domini passio et resurrectio et ascensio in cae-

7 Matth. 11, 30

prior epistula est; habet quippe in capite, quis ad quem scribat; sed ideo inter libros adnumeratur hoc opus, quoniam sequens, qui nomina nostra non habet, multo est prolixior et in eo multo plura tractantur.

In epistula augustini ad ianuarium *S* item epistula beati augustini ad ianuarium *P*[1] augustinus ad ianuarium *H* incipit liber ad ianuarium de diuersis obseruationibus *P* incipit ad inquisitiones ianuarii liber primus *O* incipit sancti augustini ad inquisitiones ianuarii liber primus *M* ex libro primo ad inquisitiones Ianuarii *Eug.* p. 158, 15 adprobando (*postr. l. ex corr.*) *P* 2 facillime aut *ex corr. m. 1, fuisse uid.* facillũ ea ut *P* aut confirmare* aut corrigere* *O* aut confirmare aut corrigere *edd.* 5 te *om. S* quid, *corr.* quod *O* dispensationis *SM* 6 Christum *om. P*[1]*M* 7 non, *corr. m. 1* nos *P* leni *P*[1] 8 obseruationē *S* significationem *S* 10 sicut *OP*[1]*M; cf. p. 160, 5* 11 se, *m. 2* si *P* 12 iis *flrm* 13 pro—temporis *om. P* 14 honerabant *PO* 15 illi, *corr. m. 1* illa *P* 16 seruantur, *corr. m. 1* obseruantur *O* uel *eras. O* 18 atque] que *P* retinere *S* 19 domini passio** (ne *eras.*) *P* passio domini *O* in caelum *om. P*[1]

lum et aduentus de caelo spiritus sancti anniuersaria sollemnitate celebrantur et si quid aliud tale occurrit, quod seruatur ab uniuersa, quacumque se diffundit, ecclesia.

II 2 Alia uero, quae per loca terrarum regionesque uariantur, sicuti est, quod alii ieiunant sabbato, alii non, alii cotidie communicant corpori et sanguini dominico, alii certis diebus accipiunt, alibi nullus dies intermittitur, quo non offeratur, alibi sabbato tantum et dominico, alibi tantum dominico et si quid aliud huius modi animaduerti potest, totum hoc genus rerum liberas habet obseruationes nec disciplina ulla est in his melior graui prudentique Christiano, nisi ut eo modo agat, quo agere uiderit ecclesiam, ad quamcumque forte deuenerit. quod enim neque contra fidem neque contra bonos mores esse conuincitur, indifferenter habendum et pro eorum, inter quos uiuitur, societate seruandum est.

3 Credo te aliquando audisse, tamen etiam nunc commemoro: mater mea Mediolanium me consecuta inuenit ecclesiam sabbato non ieiunare. coeperat perturbari et fluctuari, quid

17—161, 18 cf. p. 62, 4—18

2 celebratur *$OP^1M$* occurrit, *corr. m. 1* occurrerit *O* 3 uniuersis *$SOP^1M$ a e; cf. p. 164, 6* 4 per *om. P* uariant** (ur *eras.*) *P; cf. p. 165, 16* 5 communicant cotidie *$P^1M$* 6 domini** *O* domini *m* 7 dies *om.*, *m. 1 add. P* praetermittitur *$OP^1M$ m* 8 sabbato (o *ex* u *m. 1*) *O* 9 anim// aduerti (*ras. 1—2 l.*) *P* 11 melior *om. M* nisi] quam *edd.* 12 quo *ex corr. m. 1 P* quamcumque] quam *$OP^1M$ m; cf. p. 62, 14 et p. 161, 8* *forte (d *eras.*) *P* 14 esse conuincitur] conuincitur *O* (*m. 1 corr.* esse conuincitur) *$P^1M$* coniungitur *m. 2* esse conuincitur *P* iniungitur *edd. praeter m* indifferenter (ter *ex corr. m. 2*) *P* habendum est *$P^1$* est habendum *edd.* propter *$P^1M$ m* 15 societate* *O* societatem *$P^1M$ m* seruandum est et eo modo agat quo agere uiderit ecclesiam ad quam fortē (~ *del.*) uenerit *H* (*cf. u. 11—13*) 16 aliquando audisse tamen, *m. 2* aliquando ex me audisse sed tamen *O* aliquando ex me audisse sed tamen *H edd.* etiam] et *spatio pro* iam *relicto* (*in marg. m. 1* etiam) *H* 17 mea *om. $HOP^1M$; cf. p. 62, 4* mediolaniō, *corr. m. 1* mediolaniū *P* mediolan*um (i *eras.*) *O* mediolanum *$P^1M$ edd.* 18 ieiunantem *$HOP^1M$ edd.* perturbari et *om. H* fluctuare *$OP^1$ edd.* flucture *M*

ageret. tunc ego talia non curabam, sed propter ipsam consului de hac re beatissimae memoriae uirum Ambrosium. respondit nihil se docere me posse, nisi quod ipse faceret, quia, si melius nosset, id potius obseruaret, cumque ego putassem nulla reddita ratione auctoritate sola sua nos uoluisse admonere, ne sabbato ieiunaremus, subsecutus est et ait mihi: 'Cum Romam uenio, ieiuno sabbato; cum hic sum, non ieiuno: sic etiam tu, ad quam forte ecclesiam ueneris, eius morem serua, si cuiquam non uis esse scandalum nec quemquam tibi.' hoc cum matri renuntiassem, libenter amplexa est. ego uero de hac sententia etiam atque etiam cogitans ita semper habui, tamquam eam caelesti oraculo acceperim. sensi enim saepe dolens et gemens multas infirmorum perturbationes fieri per quorundam fratrum contentiosam obstinationem uel superstitiosam timiditatem, qui in rebus huius modi, quae neque sanctae scripturae auctoritate neque uniuersalis ecclesiae traditione neque uitae corrigendae utilitate ad certum possunt terminum peruenire, tantum quia subest qualiscumque ratiocinatio cogitantis aut quia in sua patria sic ipse consueuit aut quia alibi uidit *et* peregrinatione sua

1 tunc] cum *f l r m* taliā (~ *eras.*) *H* consolui de ac, *m. 2* consului de hac *P* 2 uirum, *corr. m. 1* epm *O* epm *H* 3 respondit mihi nihil *HOP¹M m* se de hoc docere *HOP¹M*; *cf. p. 62, 10* 4 esset *H* ego *om. O* (*m. 1? add.*) *P¹M* e*go *P*; *cf. p. 62, 11* 5 nullā reddi rationē *H* 6 est *om. H* 7 ieiun*o (*fuit* i) *P* cum hic sum non ieiuno *om. H* 8 sic *in fine u. om. P* 9 scandalo *edd.* ne *PO* (*m. 1 corr.* nec) 10 quāquā, *m. 1 corr.* quaequā *O* libenter ac licenter amplexa *H* 11 iterum atque iterum *H* adque, *m. 1 corr.* atque *P* 12 eam *om. O* (*add. m. 1*) *P¹M* 13 multas *om. P* 14 contumeliosam *P¹* 15 superstiosam, *m. 2* superstitiosam *O* timiditatem, *corr.* (*m. 1?*) tumiditatem *O* in rebus huius modi *euanuit G* in *in ras. m. ut uid. 1 O om. P¹* mihi *PM* (m) 16 quae *ex ras. et corr. m. 1 O* que *H* quas *PP¹M* scripturae sanctae *edd.* uniuersalis— neque *om. H* 19 rationatio, *corr.* (*m. 1?*) ratiotinatio *P* r>o *P¹* cogitanti* (*fuit* s) *P* cogitanti* *O* ut *P* 20 quia ibi *H edd.* quia aliud *O* (*m. 1 add.* ibi) *P¹M* qui alibi *suadentibus Maurinis Migne* uidit *om. H* peregrinationem suam *P* ubi peregrinationem suam *HO* (*sed* ubi *postea*

quo remotiorem a suis eo doctiorem se factum putat, tam litigiosas excitant quaestiones, ut, nisi quod ipsi faciunt, nihil rectum aestiment.

III 4 Dixerit aliquis non cotidie accipiendam eucharistiam. quaesieris: Quare? 'Quoniam', inquit, 'eligendi sunt dies, quibus purius homo continentiusque uiuit, quo ad tantum sacramentum dignus accedat; qui enim manducauerit indigne, iudicium sibi manducat et bibit.' alius contra: 'Immo', inquit, 'si tanta est plaga peccati atque impetus morbi, ut medicamenta talia differenda sint, auctoritate antistitis debet quisque ab altario remoueri ad agendam paenitentiam et eadem auctoritate reconciliari — hoc est enim indigne accipere, si eo tempore accipiat, quo debet agere paenitentiam —, non ut arbitrio suo, cum libet, uel auferat se communioni uel reddat. ceterum si tanta non sunt, ut excommunicandus quisque homo iudicetur, non se debere a cotidiana medicina dominici corporis separare.' rectius inter eos fortasse quispiam dirimit litem, qui monet, ut praecipue in Christi pace permaneant. faciat autem unusquisque, quod secundum fidem

7 I Cor. 11, 29

*m. 1 add.*) *edd.* in peregrinatione sua *P*[1]*M* peregrinatione sua *suadentibus Maurinis Migne; ipse* et *adieci* 1 eo] et *P*[1] dictiorem *P* se factū, *m. 2* se factā *P* factum *P*[1]*M* factam *HO edd. praeter Mign.* putant *HP*[1] putans *suadentibus Maurinis Migne* 2 nil rectum *P*[1] rectum non *H* 3 existiment *H edd.* 4 accipienda (*m. 2* accipiendā) *P* accipiendum *M* 6 uiuit, *m. 2* uiuat *P* uiuat *HP*[1] *l r* quod *P* 7 dignius *f l r* indigne manducauerit *O* 9 peccati *om.*, *m. 2 add. O* 10 talia *om. O* (*add. m. 1*) *P*[1]*M Eug.* (*sec. Knoelli ed.*); *in G utrum fuerit necne, incertum* antestites, *m. 1 corr.* antistitis *P* 11 altari* *PO* altari *H; quid fuerit in G, incertum* agenda (*m. 2* agendā) *P* 12 auctoritate *cum ras. super* e *P* 14 uel *om. P*[1] aut *M* se*** (*fuit* com) *P* 15 aut *P*[1] ceterum si, *m. 2* ceterum peccata si *O* ceterum peccata si *H edd.* ut] ·III̊· *P*[1] communicandus *P*[1]*M* 16 unusquisque homo *P* homo quisque *P*[1] quisquam homo *e f l r m* quisque *suadentibus Maurinis Migne* debet *edd.* 17 separare, *corr.* (*m. 1?*) separari *P* certius *H* quisquam *P* 18 mouet *M* pacem *P*[1] permaneat, *m. 1 corr.* pernnaneant *P*

suam pie credit esse faciendum. neuter enim eorum exhonorat corpus et sanguinem domini, sed saluberrimum sacramentum certatim honorare contendunt. neque enim litigauerunt inter se aut quisquam eorum se alteri praeposuit Zachaeus et ille centurio, cum alter eorum gaudens in domum suam susceperit dominum, alter dixerit: Non sum dignus, ut sub tectum meum intres, ambo saluatorem honorificantes diuerso et quasi contrario modo, ambo peccatis miseri, ambo misericordiam consecuti. ualet etiam ad hanc similitudinem, quod in primo populo unicuique manna secundum propriam uoluntatem in ore sapiebat, sic uniuscuiusque in corde Christiani sacramentum illud, quo subiugatus est mundus. nam et ille honorando non audet cotidie sumere et ille honorando non audet ullo die praetermittere. contemptum solum non uult cibus iste sicut manna fastidium. inde enim et apostolus indigne dicit acceptum ab eis, qui hoc non discernebant a ceteris cibis ueneratione singulariter debita; continuo quippe, cum dixisset: Iudicium sibi manducat et bibit, addidit, ut diceret: Non diiudicans corpus, quod satis toto ipso loco in epistula ad Corinthios prima, si diligenter adtendatur, apparet.

V. 5 Sic aliquis peregrinus in eo forte loco, ubi perseueranter

5 Luc. 19, 6   6 Matth. 8, 8   10 Sap. 16, 20—21   18 I Cor. 11, 29

1 autem *Eugippi cod. Vat.*   eorum *om., m. 1 add. P*   exhorreat *$PP^1M$ Eug.* (*Knoelli quidem codd. omnes*)   3 honore, *corr. m. 1* honorare *P* honerare *M*   contendunt, *m. 2* contendant *P* contendant *M Eug.* contendat *$P^1$*   enim *om. $P^1$*   litigauerint *H*   7 intres sub tectum meum *edd. sec. Vulg.*   ambo** (*fuit* rū) *P*   9 misericordiam, *m. 2* sunt misericordiam *O*   enim *Eugippi cod. Vat.*   10 unicuique fidelium manna *$OP^1M$ Eug.; cf. Retract. II 20*   11 in uniuscuiusque *P Eugippi cod. Vat.* in cuiusque *$P^1$*   corde *in ras. haud scio an m. 1 O* ore *$PP^1M$ edd. praeter m Eug.* (*Knoelli quidem codd. omnes*)   christiani *om. $P^1M$*   12 nam et] nam *P*   15 sicut nec manna *m*   et *om. $P^1$*   18 addidit] et addidit (et *exp.*) *O*   19 corpus domini quod *$POP^1$ f l r m;* τὸ σῶμα τοῦ κυρίου *nonnulli Gr. codd.*   20 in epistula *om. $P^1M$*   chorintius, *m. 2* chorintios *P*   22 si* *O* si *fuisse uidetur G* sit *edd.*   loco forte *$OP^1M$*   perseuerantur, *corr.* (*m. 1?*) perseueranter *P* perseuerantes *O edd.; in G postrema syllaba euanuit*

in obseruatione quadragesimae nec quinta sabbati lauant relaxantue ieiunium: 'Non', inquit, 'hodie ieiunabo.' quaeritur causa, 'quia non fit', inquit, 'in patria mea.' quid aliud iste nisi consuetudinem suam consuetudini alterius praeponere conatur? non enim mihi de libro dei hoc recitaturus est aut uniuersae, qua dilatatur, ecclesiae plena uoce certabit aut ostendet illum contra fidem facere, se autem secundum fidem, moresque hinc optimos aut illum uiolare aut se custodire conuincet. uiolant sane quietem et pacem suam de superflua quaestione rixando. mallem tamen in rebus huius modi, ut et ille in huius et hic in illius patria ab eo, quod ceteri faciunt, non abhorreret. siue etiam in aliena patria cum peregrinaretur, ubi maior et frequentior et feruentior est populus dei, uidit uerbi gratia bis offerri quinta sabbati ultimae quadragesimae et mane et ad uesperam ueniensque in patriam suam, ubi in fine diei mos est offerri, male atque inlicite fieri contendat, quoniam alibi aliter ipse uiderit, puerilis est iste sensus cauendus in nobis, tolerandus et corrigendus in nostris.

V 6 Prima ergo inquisitio tua, quam in commonitorio posuisti,

1 leuant, *m. 1 corr.* lauant *O* leuant *l r* 2 relaxant, *add.* (*m. 1 ?*) q, *P* relaxantu *cum ras. super* u, *m. 3* relaxantq; *O* quaeritur, *m. 1 add.* q: *O* 3 inquit—conat.. *in fine paginae periit G* mea *om.*, *m. 1 add. O* ille *edd.* 5 de libro dei mihi *M* 6 uniuersa qua *P* uniuersae quacumque *edd.; in G euanuit* dilatatur* (*fuit* a) *P* certauit *P; in G euanuit* 7 ostendit *$PP^1M$* istum *P edd.* 8 hinc optimos] optimos hunc (*sic!*) *$P^1$* au illum *M* 9 conuincit *P* conuincitur (*post.* i *ex ras.*) *M* uiolare *$P^1M$* sane *om.*, *m. 1 add.* *$P^1$* 10 in *om. O* (*add. m. 1*) *$P^1M$; num fuerit in G, incertum* 11 habeo *P* 12 si uero etiam *PO* (*m. 3 post* etiam *add.* $\stackrel{i}{q}$) *edd.; in G euanuit* cum in aliena patria *$P^1$* 13 peregrinatur *P* populus est *O* 14 ultimae, *m. 2* ebdomada ultima *O* ebdomade ultimae *G* ultimae ebdomadae *$P^1$* hebdomadae ultimae *edd.* 15 ad uesperam] uespere *$P^1M$* in patria sua *Eugippi cod. Vat.* 16 .. triam suam—uiderit p....... *in fine paginae periit G* ubi finē diei hostias offerri *P* 17 alibi *om. O* (*add. m. 3*) *$P^1M$ plerique Eugippi codd.* ipse aliter *M* 18 et] in aliis *$P^1$ l r m* 20 ego, *m. 1 corr.* ergo *O*

ex quo trium istorum generum sit, adtende. quaeris enim his uerbis: 'Quid per quintam feriam ultimae hebdomadis quadragesimae fieri debeat? an offerendum sit mane et rursus post cenam propter illud, quod dictum est: S i m i l i t e r p o s t q u a m c e n a t u m e s t, an ieiunandum et post cenam tantum modo offerendum, an etiam ieiunandum et post oblationem, sicut facere solemus, cenandum?' ad haec itaque ita respondeo, ut, quid horum sit faciendum, si diuinae scripturae praescribit auctoritas, non sit dubitandum, quin ita facere debeamus, ut legimus, ut iam non quo modo faciendum sed quo modo sacramentum intellegendum sit, disputemus; similiter etiam, si quid horum tota per orbem frequentat ecclesia; nam et hinc, quin ita faciendum sit, dubitare insolentissimae insaniae est. sed neque hoc neque illud est in eo, quod tu quaeris. restat igitur, ut de illo tertio genere sit, quod per loca regionesque uariatur. faciat ergo quisque, quod in ea ecclesia, in quam uenit, inuenit. non enim quicquam eorum contra fidem est aut mores fiunt hinc uel inde meliores. his enim causis, id est aut propter fidem aut propter mores uel emendari oportet, quod perperam fiebat, uel institui, quod non fiebat. ipsa quippe mutatio consuetudinis, etiam quae utilitate adiuuat, nouitate perturbat. quapropter quae uti-

4 Luc. 22, 20

1 genere $P^1M$ 2 ebdomadę $P^1$ quadragesimae] paschae *PO* (*m. 3* XL me) *M aef; in G euanuit* 3 an *om. G* 4 illud *om. PO* (*m. 2 add.*) $P^1M$ 5 cena *P* 7 sicuti *O; in G euanuit* ita *om.* $OP^1M$ 8 ut *om.* $P^1$; *in G euanuit* 9 presciuit *P* quinta, *m. 1 corr.* quin ita *P* 10 legitimis *P* 11 disputē $P^1M$ 12 frequentet *M* 13 hic *P* disputare $PP^1$ *edd.* 14 est in] inest in *f l r m* 16 quis *PO* (*add. m. haud scio an 1* q:) $P^1M$ ea *om. PO* (*add. m. 1*) $P^1M$ 17 in qua *PM* uenerit $OP^1M$ inuenerit *P edd.* fieri uiderit $P^1M$ eorum— fidem aut *om.* $P^1M$ 18 est] fit *f l r m* sit *e* mores fiunt] contra mores fit *O* contra mores sit *P* contra mores si *a* contra mores *cett. edd.* 20 peram *M* 21 ipsa quippe mutatio *om. P* quippe] quoque *M* 22 adiuuat utilitate *edd.* adiubat *G* *ante* nouitate *m. 2 add.* tamen in *O* tamen nouitate *G*

lis non est, perturbatione infructuosa et consequenter noxia est.

7 Nec ideo putari debet institutum esse multis locis, ut illa die post refectionem offeratur, quia scriptum est: Identidem et calicem post cenam dicens; ipsam enim potuit appellare cenam, quod iam corpus acceperant, ut deinde calicem acciperent. nam quia alibi dicit: Conuenientibus ergo uobis in unum non est dominicam cenam manducare hanc ipsam acceptionem eucharistiae dominicam cenam uocans, illud magis mouere potuit homines, ut iam refecti die illo uel offerrent uel sumerent eucharistiam, quod in euangelio dicit: Cum autem illi manducarent, accepit Iesus panem et benedixit, cum etiam superius dixisset: Cum sero autem factum esset, recumbebat cum duodecim et manducantibus eis dixit: Quoniam unus ex uobis tradet me; post enim tradidit sacramentum. et liquido apparet, quando primo acceperunt discipuli corpus et sanguinem domini, non eos accepisse ieiunos.

VI 8 Numquid tamen propterea calumniandum est uniuersae ecclesiae, quod a ieiunis semper accipitur? ex hoc enim pla-

4 Luc. 22, 20; I Cor. 11, 25 7 I Cor. 11, 20 12 Matth. 26, 26 14 Matth. 26, 20—21

1 permutatione infrutuosa (*sic!*) *O* perturbatio nec fructuosa *M* permutatio nec fructuosa *P*[1] *pro* et *ras. 1—2 l. O* et *om. G edd.* 3 putari debet, *corr. m. ut uidetur 2* putare debes *O* putare debes *G* esse in multis *P*[1]*M* illo *edd.; cf. u. 11* 4 re***fectionem (*fuit* sur) *P* idē idem *P* 5 postquam cęnauit *P*[1] *sec. Vulg.* dicens etc. *edd.* 6 quia *P*[1]*M a* qua *P cett. edd.* 7 nam qui *O* (*corr. m. 1* nam quia) *P*[1]*M* apostolus namque *edd.* 8 ergo *om. P*[1]*M* enim *O* uobis *om. M* non] iam non *O* caenam dominicam *P*[1]*M* 10 uocat *P*[1]*M* ut iam] utinam *P* ut eam *P*[1] utrum iam *edd.* 11 refecti* (*fuit* o) *O* illa *edd.; cf. u. 3* offerent, *corr.* (*m. 1?*) offerrent *P* 12 dicitur *edd.* cum autem illi manducarent *om. O* (*add. m. 2*) *P*[1]*M* 15 eis *om. P* illis *Eugippi cod. Vat. sec. Vulg.* 16 po**st *P* postea *m* 17 primum *edd.* acceperint *P* 20 uniuersali *O* 21 ieiunis (is *ras. ex* us) *M* ex] et *Pflr*

cuit spiritui sancto, ut in honorem tanti sacramenti in os Christiani prius dominicum corpus intraret quam ceteri cibi; nam ideo per uniuersum orbem mos iste seruatur. neque enim quia post cibos dedit dominus, propterea pransi aut cenati fratres ad illud sacramentum accipiendum conuenire debeant aut, sicut faciebant, quos apostolus arguit et emendat, mensis suis ista miscere. namque saluator quo uehementius commendaret mysterii illius altitudinem, ultimum hoc uoluit infigere cordibus et memoriae discipulorum, a quibus ad passionem digressurus erat. et ideo non praecepit, quo deinceps ordine sumeretur, ut apostolis, per quos ecclesias dispositurus erat, sacraret hunc locum. nam si hoc ille monuisset, ut post cibos alios semper acciperetur, credo, quod eum morem nemo uariasset. cum uero ait apostolus de hoc sacramento loquens: Propter quod, fratres, cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate; si quis esurit, domi manducet, ut non ad iudicium conueniatis, statim subtexuit: Cetera autem, cum uenero, ordinabo. unde intellegi datur, quia multum erat, ut in epistula totum illis agendi ordinem insinuaret, quae uniuersa per orbem seruat ecclesia, ab ipso ordinatum esse, quod nulla morum diuersitate uariatur.

15 I Cor. 11, 33—34

1 spiritu, *m. 1 corr.* spiritui *P* honore *Eug. codd. nonnulli* prius in os christiani (in os *ex ras. et corr.*) *O* os *om., m. 1 add. M* 2 dominicum corpus intraret prius $P^1M$ 3 mos *ex ras. et corr. O* obseruatur *O* 4 enim *om. M* quia id post *O* 5 fratres *om. P* 6 debeant (a *exp.*) $P^1$ debeant, *m. 3* debebunt *O* debebunt *P Eugippi cod. Parisinus 2109* debent *edd.* aut *om. M* 9 infigere] insinuare $P^1$ arctius infigere *l r* altius infigere *m* a *om. P* 10 quo** *P* de*inceps *P* 11 disposuerat *P* 12 sacraret, *m 3* seruaret *O* seruaret $PP^1$ *edd.* 14 enim *M* 15 conueneritis *P* 16 quis] quis uero *O* 19 ut *eras. O* 20 illum *O edd. Eugippi cod. Parisinus 2109* ordinem agendi *M* insinuare* (*fuit* t) *O* que *P* quem $OP^1$ *edd. Eugippi nonnulli codd.* 21 ipso, *m. 1 corr.* ipsoq: *O* est *OM* morum *ex corr., fuit* horum *O* horum $PP^1M$ *Eugippi codd. praeter Parisinum 2109* 22 diuersitate, *m. 1 corr.* peruersitate *O*

VII 9 Sed nonnullos probabilis quaedam ratio delectauit: uno certo die per annum, quo ipsam cenam dominus dedit, tamquam ad insigniorem commemorationem post cibos offerri et accipi liceat corpus et sanguinem domini. honestius autem arbitror ea hora fieri, ut, qui etiam ieiunauerit, post refectionem, quae hora nona fit, ad oblationem possit occurrere. quapropter neminem cogimus ante dominicam illam cenam prandere, sed nulli etiam contradicere audemus. hoc tamen non arbitror institutum, nisi quia plures et prope omnes in plerisque locis eo die lauare consueuerunt, et, quia nonnulli etiam ieiunium custodiunt, mane offertur propter prandentes, quia ieiunia simul et lauacra tolerare non possunt, ad uesperam uero propter ieiunantes.

10 Si autem quaeris, cur etiam lauandi mos ortus sit, nihil mihi de hac re cogitanti probabilius occurrit, nisi quia baptizandorum corpora per obseruationem quadragesimae sordidata cum offensione sensus ad fontem uenirent, nisi aliqua die lauarentur. istum autem diem potius ad hoc electum, quo cena dominica anniuersarie celebratur. et quia concessum est hoc baptismum accepturis, multi cum his lauare uoluerunt ieiuniumque laxare.

His, ut potui, disputatis moneo, ut ea, quae praelocutus sum, serues, quantum potes, ut decet ecclesiae prudentem ac pacificum filium. alia quae interrogasti, si dominus uoluerit, alio tempore expediam.

1 uno, *m. 2* ut uno *O* ut uno *edd.* 2 certe *P* quo *in ras. O* quā *P* cum *M* cenam ipsam *O* 3 insignorem, *m. 2* insigniorem *P* 4 •liceat (i *ras. ex* a) *O* placeat $P^1M$ 5 arbitr•or (*fuit* i) *P* fieri hora $OP^1M$ ieiunauerit, *m. 2* ieiunare uoluerit *O* ieiunaret *M* post *spatio relicto om. M* ante $P^1$ 7 ante *om. POM a e f* dominica illa cena *P a e f* 9 im *O* 10 lauare, *corr.* (*m. 2?*) lauari *P* consuerunt *P* 11 offer't (= off•runt) $P^1$ 12 quia] qui• et *O* quia et $P^1M$ simul *om.* $P^1M$ 13 uero *om.*, *m. 1 add. M* 17 uenirent *om. P* tractarentur *edd.* 18 quod *O* 19 anniuersariae *P* 20 eis $P^1$ 21 lax•are *P* relaxare *edd.* 22 potui• *O* disputans *PM* 24 ac] ad *P* aliaq;, *m. 2* alia quae *P* si, *m. 3* ut *O* 25 beati augustini ad ianuarium epistola prima *P* explicit liber primus *M*

# LV.

## AD INQUISITIONES IANUARII LIBER SECUNDUS.

I 1 Lectis litteris tuis, ubi me commonuisti, ut debitum redderem de residuis enodandis quaestionibus, quas iam longe ante quaesiueras, gratissimum mihi atque carissimum desiderium studii tui amplius differri tolerare non potui et quamuis in mediis aceruis occupationum mearum hanc feci praecipuam, ut ad ea, quae interrogasti, responderem tibi. diutius

*P* = *cod. Parisinus 2035 s. IX.*
*B* = *cod. Bononiensis 58, 12 S s. IX.*
$P^1$ = *cod. Parisinus 2092 s. XII.*
$P^2$ = *cod. Parisinus 2103 s. XII.*
*M* = *cod. Bononiensis 47 s. XII.*
*K* = *cod. Casinensis 232*¹ *s. XII.*

*Eugippi excerpta (ed. P. Knoell):*

*p. 425, 9—427, 14* = *p. 170, 3—173, 3* (nostri)
*p. 427, 16—428, 16* = *p. 174, 7* (restat) — *175, 11* (glorietur)
*p. 430, 18—434, 4* = *p. 177, 13* (illud) — *182, 10*
*p. 434, 6—17* = *p. 183, 9—20* (traduntur)
*p. 434, 19—436, 26* = *p. 186, 4—189, 3*
*p. 437, 2—17* = *p. 190, 3—18*
*p. 437, 19—438, 5* = *p. 192, 14—193, 7* (obseruamus)
*p. 438, 7—440, 5* = *p. 193, 17* (unde) — *196, 13* (requies est)
*p. 440, 7—441, 29* = *p. 200, 11* (et in) — *202, 20* (scripta)
*p. 441, 30—442, 19* = *p. 203, 14—204, 11*
*p. 442, 21—444, 19* = *p. 205, 1* (numera) — *207, 16*
*p. 444, 23—27* = *p. 212, 3* (qui) — *8*

Incipit ad eundem secunda *P* incipit epistula agustini ad beatum ianuarium de ratione paschali *B* item epistula augustini ad ianuarium $P^1$ epistula sancti augustini episcopi ad ianuarium de pascha $P^2$ incipit secundus *M* incipit de celebratione paschae liber II *K* ex libro secundo ad eundem Ianuarium *Eug.*

Dilectissimo filio ianuario augustinus *PBP*$^1$*P*$^2$*M l* augustinus ad ianuarium *K; sed cf. Aug. Retract. II 20* 5 rescriptis, *sed* scriptis *in ras.* (*m. 1?*) *P* enodandis] tuis *et deinceps spatium 3—4 l. M* 6 quaesieras *PP*$^1$ 7 studi, *m. 1 corr.* studii *B* differri *om. K* ferre (dif *resectum*) *B* 8 aceruis *om. B* occupationem (*m. 2* occupationum) *P* 9 ad *om. K* de *P* ea, *m. 2* eis *P*

autem de tua epistula disputare nolo, ne hoc ipsum me impediat iam tandem redhibere, quod debeo.

2 Quaeris, quae causa sit, cur anniuersarius dies celebrandae dominicae passionis non ad eundem redeat anni diem sicut dies, qua traditur natus, et deinde subiungis, si hoc fit propter sabbatum et lunam, quid sibi uelit in hac re obseruatio sabbati et lunae. hic primum oportet noueris diem natalis domini non in sacramento celebrari, sed tantum in memoriam reuocari, quod natus sit, ac per hoc nihil opus erat, nisi reuolutum diem anni, quo ipsa res facta est, festa deuotione signari. sacramentum est autem in aliqua celebratione, cum rei gestae commemoratio ita fit, ut aliquid etiam significare intellegatur, quod sancte accipiendum est. eo itaque modo agimus pascha, ut non solum, quod factum est, in memoriam reuocemus, id est quod mortuus Christus et resurrexit, sed etiam cetera, quae circa eum adtestantur, ad sacramentorum significationem non omittamus. quia enim, sicut dicit apostolus, mortuus est propter delicta nostra et resurrexit propter iustificationem nostram, transitus quidam de morte ad uitam in illa passione domini et resurrectione sacratus est. nam etiam uocabulum ipsum, quod

18 Rom. 4, 25

1 ne *om.* *P* me ipsum $P^1P^2M$ 2 reddere $P^1P^2M$ *f l r m* 3 an*ni**uersarius *B* 4 passionis dominicae $P^2$ 5 quo *K* traditur *corr. ex* traditus *P* sit $P^1P^2$ 6 uel*it (l *eras.*) *P* uellit (uell *in ras.*) *B* in obseruatione (*om.* hac re) *K* 7 hinc $P^1P^2M$ oportet ut noueris $P^1P^2K$ *edd. praeter m* natalem *K a e m* 8 caelebrare *P* memoria *PB*; *cf. u. 14* 9 reuocare (*corr.* reuocari) *P* 10 anni diem *edd.* quo* (*fuit* d) *P* acta $P^1P^2MK$ *edd.* festiua deuotione *B* ad euocationem *P* 11 autem est $P^1$ alia *K* 12 esset, *m. 2* etiam *K* significari *K* *edd.* 13 sancte] dr̄ *P* modo *om.* *B* 14 est *om.* *P* in memoriam quod gestum est *edd.* 15 reuocamus *B* id est] ·|· ÷ *m. 1 s. u.* *B* id (*om.* est) $P^1P^2$ quod *om.* *P* mortuus est christus $P^1P^2MK$ *edd.* *Eugippi cod. Parisinus 2109* 16 esset, *m. 2* etiam *K* et caetera *K* circa *om.* $P^1P^2M$ eo, *m. 2* ea *P* ea $P^1P^2M$ *edd.* sacramenti *P* *edd.* sacratam *K* 17 mittamus *BK* (*m. 2* omittamus) 20 quidem *PK* morte* (*fuit* m) *P* in *om.* *K* 21 esset, *m. 2* etiam *K* istum *B*

pascha dicitur, non Graecum, sicut uulgo uideri solet, sed Hebraeum esse dicunt, qui linguam utramque nouerunt. neque enim a passione, quoniam πάσχειν Graece dicitur pati, sed ab eo, quod transitur, ut dixi, a morte ad uitam, Hebraeo uerbo res appellata est. in quo eloquio pascha transitus dicitur, sicut perhibent, qui haec sciunt. quod uoluit et ipse dominus tangere, cum ait: Qui credit in me, transiit a morte ad uitam. et maxime idem euangelista hoc intellegitur exprimere uoluisse, cum celebraturo domino pascha cum discipulis, ubi cenam eis mysticam dedit: Cum uidisset, inquit, Iesus, quia uenit hora, ut transiret de hoc mundo ad patrem. transitus ergo de hac uita mortali in aliam uitam inmortalem, hoc est enim de morte ad uitam in passione et in resurrectione domini commendatur.

II 3 Hic transitus a nobis modo agitur per fidem, quae nobis est in remissionem peccatorum, in spe uitae aeternae diligentibus deum et proximum, quia fides per dilectionem operatur et iustus ex fide uiuit; spes autem quae uidetur, non est spes; quod enim uidet quis, quid

7 Ioh. 5, 24 10 Ioh. 13, 1 17 Gal. 5, 6 18 Hab. 2, 4 Rom. 8, 24—25

1 non est graecum, *sed* est *in ras. m. ut uid. 1 P* 3 ad passionem *B* paschin graece *K Eug.* grece pascin (*m. 2* paschin) *P* paschi•grece *B* pascha in greco *P1P2M* graece πάσχειν *m* graece παθεῖν *cett. edd.* sed habeo *K* se ab eo *M* 4 quod *om., m. 1 add. P2* transitum *B* transitus *P1P2* a] de *P edd.* 6 hoc *edd.* dominus *in B aut defuit aut post* tangere *scriptum erat, ubi cum margine resectum est* 7 dicit *edd.* transit *PBK* transiet *P1P2M edd. Eug.; Gr.* μεταβέβηκεν, *Vulg. fluctuat inter* transiit *et* transiet; *scripsi* transiit de *edd. Eugippi cod. Vat.* mor, *m. 2* morte *P* 8 idem *om., m. 1 add. P2* item *B* exprimere uoluisse intelligitur *edd.* intellegeretur *B* 9 celebratur a domino *PB* de celebraturo domino *m* 10 discipulis suis ubi *edd.* 11 uenit eius hora *P edd. sec. sacr. litt.* hoc *om. PP1P2M edd. Eugippi cod. Vat.* 12 ergo *om., m. 1 add. P2* mortali uita *P1P2M* in] ad *B* 13 enim *om. BP1P2M* 14 in resurrectionē (~ *del.*) *K* resurrectione (*om.* in) *BP1P2M Eugippi cod. Parisinus 2109* 15 modo *ex corr. et ras, fuit* mundo *P* 16 remissione *P1P2K* spem *P edd.* 18 autem *om., m. 1 s. u. add. B* 19 quid] quod, *corr.* quid *P*

sperat? si autem, quod non uidemus, speramus, per patientiam expectamus. secundum hanc fidem et spem et dilectionem, qua coepimus esse sub gratia, iam commortui sumus cum Christo et consepulti illi per baptismum, sicut dicit apostolus: Quia et uetus homo noster simul crucifixus est cruci cum illo; et resurreximus cum illo, quia et simul nos excitauit et simul sedere fecit in caelestibus. unde est et illa exhortatio: Quae sursum sunt sapite, non quae super terram. sed quia sequitur et dicit: Mortui enim estis et uita uestra abscondita est cum Christo in deo; cum Christus apparuerit uita uestra, tunc et uos apparebitis cum illo in gloria, satis indicat, quid uelit intellegi, quia nunc transitus noster de morte ad uitam, qui fit per fidem, spe peragitur futurae in fine resurrectionis et gloriae, cum corruptibile hoc, id est caro ista, in qua gemimus modo, induet incorruptionem et mortale hoc induerit inmortalitatem. nunc enim iam quidem habemus

4 II Tim. 2, 11; Rom. 6, 4; Col. 2, 12 5 Rom. 6, 6 7 Eph. 2, 5—6 9 Col. 3, 2 10 Col. 3, 3—4 16 I Cor. 15, 53

4 illi *om.* $P^1P^2M$ 5 per baptismum in morte sicut *f l r* per baptismum in mortem sicut *m sec. sacr. litt.* et *om.* *B* 6 cruci crucifixus est $P^1$ (cruci *s. u.*) $P^2$ confixus est cruci *PB* (con *in ras. m. 1*) *K edd. praeter m Eugippi codd. duo* crucifixus est *m Eugippi cod. Vat. sec. Vulg.; cf. p. 196, 6* 7 qui, *m. 1 corr.* quia *B* et *om.* *PB*$P^1P^2$ *edd.* exsuscitauit $P^1P^2M$ 8 et illa est *B* etiam et illa $P^1P^2$ (*sed* et *s. u.*) est illa *Eugippi cod. Vat.* 9 exortatio si autem resurrexistis cum christo quae sursum quaerite ubi christus est ad dexteram dei sedens quae *K et edd.*, *quae* sursum sunt quaerite *habent* sur, *m. 1 add.* sū *M* s. *B* querite *P* 10 quod $P^1P^2M$ *l r m* 11 in dm̄ *B* 13 illo *om.*, *m. 1 add.* $P^2$ 14 uellit *B* nunc *om.* $P^2$ ad uitam de morte *Eugippi cod. Vat.* 15 sit *K* spe *cum margine resectum B* s.pe *M* in spe *K Eugippi cod. Vat.* 16 cum *om.* *K* ista *om.* $P^1P^2M$ nostra *B* 17 modo *om.* *K* 18 induet *PK edd.; in B superest* in *et* t, *cetera cum margine resecta sunt* quidem iam *edd.*

per fidem primitias spiritus, sed adhuc in nobismet ipsis ingemescimus adoptionem expectantes, redemptionem corporis nostri; spe enim salui facti sumus. in hac spe cum sumus, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem uita est propter iustitiam. sed uide, quid sequitur: Si autem spiritus eius, inquit, qui suscitauit Christum a mortuis, habitat in uobis, qui suscitauit Christum a mortuis, uiuificabit et mortalia corpora uestra per inhabitantem spiritum eius in uobis. hoc igitur uniuersa ecclesia, quae in peregrinatione mortalitatis inuenta est, expectat in fine saeculi, quod in domini nostri Iesu Christi corpore praemonstratum est, qui est primogenitus a mortuis, quia et corpus eius, cui caput est ipse, non nisi ecclesia est.

III 4 Nonnulli enim adtendentes uerba, quae assidue dicit apostolus, quia et mortui sumus cum Christo et resurreximus cum eo, nec intellegentes, quatenus dicantur, arbitrati sunt iam factam esse resurrectionem nec ullam ulterius in fine temporum esse sperandam, ex quibus est, inquit, Hymenaeus et Philetus, qui circa ueritatem aberrauerunt dicentes resurrectionem iam factam esse

1 Rom. 8, 23—24 4 Rom. 8, 10—11 13 Col. 1, 18 17 Rom. 6, 8; Col. 2, 20; II Tim. 2, 11 Col. 3, 1 20 II Tim. 2, 17—18

1 primitias spiritus per fidem *edd.* per fidem *om. M Eugippi cod. Vat.* spiritus primitias *Eugippi cod. Vat.* in nobismet *om., in marg. m. 1 add.* in nobis *B* in nobis *P*¹*P*² *edd. Eugippi cod. Vat.; cf. p. 174, 8* 4 sumus in] estis in *M* 5 spiritus] spes *P*¹*P*² 7 Christum *om. M* Iesum *edd. sec. sacr. litt.* 8 suscitabit *M* Christum] Xpm ihm *K sec. sacr. litt.* 9 uiuificauit *PB* 10 hoc agitur in uniuersa *P*¹*P*² 11 peregrinationē *P* 12 finē *P*¹*P*² quod::::: (*ras. 8—9 l.*) *B* in *om. P*¹*P*²*M; in B cum margine resectum esse uidetur* 13 Christi *om. B* demonstratum *BK* (*cf. p. 187, 17*) praesentatum *M* ex mortuis primogenitus *edd.* 14 non *s. u. K* 16 q̄* *B* 17 quid *B* 18 cum *om., m. 1 add. B* dicatur *PP*¹*P*²*M* 19 sunt::: (*ras. 1—2 l.*) *B* uberius *P* 20 finem *BK* 21 hymen' *M* 22 iam *om. B* esse factam *P*²

et fidem quorundam subuertunt. idem apostolus eos arguens detestatur, qui tamen dicit nos resurrexisse cum Christo. unde, nisi quia hoc per fidem et spem et dilectionem factum esse dicit in nobis secundum primitias spiritus? sed quia spes, quae uidetur, non est spes et ideo, si, quod non uidemus, speramus, per patientiam expectamus, restat utique redemptio corporis nostri, quam expectantes in nobismet ipsis ingemescimus. unde est illud: Spe gaudentes, in tribulatione patientes.

5 Haec igitur innouatio uitae nostrae est quidam transitus de morte ad uitam, qui fit primo per fidem, ut in spe gaudeamus et in tribulatione patientes simus, dum adhuc exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem. propter ipsum initium nouae uitae, propter nouum hominem, quem iubemur induere et exuere ueterem expurgantes uetus fermentum, ut simus noua consparsio, quoniam pascha nostrum immolatus est Christus, propter hanc ergo uitae nouitatem primus mensis in anni mensibus celebrationi huic adtributus est. nam ipse dicitur et mensis nouorum. quia uero in toto tempore saeculi nunc tertium tempus apparuit, ideo resurrectio domini triduana est. primum enim tempus est ante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia, ubi iam

2 Col. 3, 1 4 Rom. 8, 23 5 Rom. 8, 24—25 8 Rom. 12, 12 12 II Cor. 4, 16 15 Col. 3, 9—10 16 I Cor. 5, 7 20 Ex. 23, 15

1 subuerterunt *$PP^1P^2$ edd.* 2 argumentis *M* cum christo resurrexisse *M* 3 quia nisi *M* dilectionum, *m. 2* dilectionem *P*˘ 4 factam *$BP^1P^2M$* dicit *om. B* 5 et ideo] item *$P^1P^2M$* 6 quod *ex corr., fuit* quid *K* non *om., m. 1 add. M* per pacientia *P* 7 itaque *M* 8 ingemescemus (*postr.* e *in ras.*) *B* est et illud *$PP^1P^2M$ m* 10 et *PBK Eug.* 11 de] a *K* uita, *m. 2* uitā *P* primo fit *edd.* 13 noster homo *edd. sec. Vulg.* 14 uitae nouum hominem induere iubemur *$P^1P^2$* uitae nouum hominem iubemur induere *M* 15 iuuemur, *m. 2* iubemur *B* exu•ere *B* 16 ueterem et expurgantes *P* 17 conspersio *$P^1P^2M$ edd.* 18 ergo *om. P* 20 et ipse dicitur *$P^1P^2$ edd.* mens *P* 21 toto *om. $P^1P^2M$* 22 tempus est] tempus *$P^2$* 23 sub legē (~ *eras.*) *P* gratiā (~ *eras.*) *P*

manifestatio est sacramenti prius occulti in prophetico aenigmate. hoc ergo et in lunari numero significatur; quia enim septenarius numerus solet in scripturis ad quandam perfectionem mysticus apparere, tertia hebdomade lunae pascha celebratur, id est qui dies occurrit a quarta decima in uicesimam primam.

6 Est illic et aliud sacramentum, quod si tibi obscurum fuerit, quia in talibus inquisitionibus minus eruditus es, non contristeris nec ideo me putes esse meliorem, quia haec in studiis puerilibus didici; qui enim gloriatur, in domino glorietur scire et intellegere, quoniam ego sum dominus. nonnulli ergo studiosi talium rerum quaesiuerunt multa de numeris et motibus siderum et, qui subtilius ista scrutati sunt, incrementa et decrementa lunaria ex conuersione globi eius coniecerunt, non quod aliquid substantiae uel accedat ei, cum augetur, uel recedat, cum minuitur, quod delira inperitia Manichaei opinantes repleri eam dixerunt, sicut repletur nauis, ex fugitiua dei parte, quam commixtam principibus tenebrarum et eorum sordibus inquinatam corde atque ore sacrilego et credere et loqui non dubitant. hinc

10 Hier. 9, 24

1 manifestio, *m. 2* manifestatio *P* 3 significationem *Eugippi cod. Vat.* 4 adpareret *P* tertia *ex ras*, *fuit* tertiae *P* tertiae, *sed* ae *in ras.* (*m. 1?*) *B* ebdomadę *M* ebdomada $P^1P^2K$ *edd.* lunae (e *exp.*) *B* pascae *P* 5 id est *om.* $P^1P^2$ *l r m* qui* *B* occurrit *cum ras. super* ri *P* occurrerit *K* a* *B* ad *P* uicesimā primā (*utrumque* ~ *eras.*) *P* uigesimum primum *M* 8 fuit $P^1P^2M$ 9 nec *om.*, *m. 1 add. B* esse *om.* $PP^1P^2M$ *edd.* 10 dedici, *m. 2* didici *B* glorietur *B* gloriatur inquit in eo glorietur *K* gloriatur in eo glorietur inquit *edd. sec. sacr. litt.* 11 intellere *P* quia *K* 12 studiosi* *P* quaesierunt $PP^1P^2M$ 13 multum *K* subtilius *ras. ex* subtilibus *P* 14 perscruta. *m. 1 corr.* perscrutati *B* detrimenta $PBP^1P^2K$ luminaria *P* conuersationi eglobi, *m. 2* conuersatione globi *B* 15 conicerunt *B* quia *M* 16 accidat $PP^1P^2$ decedat *K edd.* minuitur (*post.* i *in ras.*) *B* 17 delirat $P^1P^2M$ de*ura *cum ras. super* u *P* imperitię·*K* op*i*nantes *B* eam (a *ex corr.*) *B* 18 repleri naues *B* 19 corum *P*

ergo impleri lunam dicunt, cum eadem pars dei magnis laboribus ab inquinamento purgata de toto mundo atque ab omnibus cloacis fugiens redditur deo lugenti, dum redeat; repleri uero per mensem dimidium et alio dimidio in solem refundi uelut in aliam nauem. nec tamen inter istas anathemandas blasphemias aliquid umquam fingere potuerunt, cur uel incipiens lucere uel desinens corniculato lumine fulgeat aut cur a dimidio mense incipiat minui et non ad refundendum plena perueniat.

7 Illi autem, qui haec certis numeris indagarunt, ita ut defectus solis et lunae non solum cur fierent, sed etiam quando futuri essent, longe ante praedicerent et eos determinatis interuallis temporum canonica supputatione praefigerent litterisque mandarent, quas modo qui legunt atque intellegunt, nihilo minus eos praedicunt nec aliter aut alias accidunt, quam praedicunt, tales ergo, quibus non est ignoscendum, sicut scriptura sancta dicit, quia, cum tantum ualerent, ut possent aestimare saeculum, dominum eius, quem supplici pietate possent, non facilius inuenerunt, ex ipsis cornibus lunae, quae a sole auersa sunt,

17 Sap. 13, 9

1 eandem *P* eidem *M* magis *K* 2 purgari *P* atque] usque $P^1P^2MK$ ab *om. edd.* 3 fugiens cloacis $P^2$ glaucis *K* lugente dum *B* lugendi du *K* lugendum *P* 4 uerbo *K* dimedium et alio dimedio *B* in sole fundi *P* 5 anathemandas, *m. 2* anathematizandas *P* anathemandi *B* anathemazandas, *m. 1 corr.* anathematizandas *M* anathematizandas $P^1P^2$ *edd. praeter a, quae* anathematizantes *habet* 6 inquam (am *ex corr. et in ras.*) uingere *B* 8 dimedio, *m. 2* dimidio *B* refudendā plenā *P* finiendum plena $P^1P^2M$ 10 indicarunt *P* 11 defectus] defectus et *PK.* et defectus *edd.* fi*erent (*fuit* x) *P* etiam] esset *ut plerumque K* 13 praefigurarent *P* 15 nec—praedicunt *om. B* nec] aut $P^1P^2$ 16 ergo *om. B* 17 sancta scriptura $P^1P^2$ *edd.* scriptura *P* qui, *m. 2* quia *K* 18 saeculum possent aestimare $P^1P^2$ possint *B* aestimare—possent *om. M* aestimare** (*fuit* nt) *K* dm̄, *m. 1 corr.* dm̄m *B* dm̄ $P^1P^2$ 19 eius—possent *om.* $P^1P^2$ possint *B* facilius *om.* $P^1P^2$ inuenirent *B* cognouerunt $P^1P^2$ 20 conuersa, *m. 1 corr.* auersa *B* sunt] recedit $P^1P^2$ estimant *M*

siue crescentis siue decrescentis coniecerunt uel a sole inlustrari et, quanto magis ab eo recederet, tanto magis ab ea parte, quae terris apparet, radios eius excipere, quanto autem ad eum magis post dimidium mensem ex alio semicirculo propinquaret, tanto magis a superiori parte inlustratam ab ea parte, quam terris aduerteret, non posse excipere radios et propterea uideri decrescere, uel, si haberet suum lumen, id habere ex una parte in hemisphaerio, quam partem cum recedens a sole paulatim terris ostenderet, donec totam ostenderet, quasi augmenta monstrare, dum non addatur, quod deerat, sed prodatur, quod inerat, ac rursus paulatim abscondere, quod patebat, et ideo uideri decrescere. sed quodlibet horum duorum sit, illud certe manifestum est et cuiuis aduertenti facile cognitum, quod luna non augeatur ad oculos nostros nisi a sole recedendo neque minuatur nisi ad solem ex parte alia propinquando.

V 8 Adtende nunc, quod in prouerbiis legimus: Sapiens sicut sol permanet, stultus autem sicut luna mutatur. et quis est sapiens, qui permanet, nisi sol

17 Eccli. 27. 12

1 crescentis *ex corr., fuisse uid.* crescentibus *K* crescentibus $P^1P^2M$ decrescentibus $P^1P^2M$ coniecerunt eam uel *K edd.* 2 recederit *B* recederit, *corr.* (*m. 1?*) recesserit *M* recedere et *K* . 4 post dimidium mensem ad eum magis *M* magis *om.* $P^1P^2$ dimedium, *m. 2* dimidium *B* mense *P* alio* *B* 5 superiore $P^1P^2MK$ inlustrata *PBK* 6 auerteret *K* uerteret $P^1P^2M$ 7 habere *P* habet $P^1P^2M$ id, *m. 2* id *K* 8 habere* *B* hiemispherio *B* hyemis tempore (tempore *in ras. m. 2*) *P* hemis perio *K* emisperio $P^1P^2$ e misterio *et in margine m. 1* emisperio *M* 9 recederet $P^1P^2$ recederit, *m. 2* recesserit *M* ter**ris *P* ostenderet *om.* $P^1P^2M$ donec totam ostenderet *om. BK* (*m. 2 in marg. add*) 10 quia si *P* augmentata $P^1P^2$ monstrare* (*fuit* t) *B* datur $PBP^1P^2M$ *l r* 11 *super* quod deerat *m. ut uid. 1* non $P^2$ quo, *m. 1 corr.* quod $P^2$ aut *M* 12 uideri *om.* $P^1P^2M$ 13 sit duorum *edd.* certe illud manifestum est *B* certe manifestum est illud *M* cuius *PB* (*m. 1 corr.* cuiuis) cui (uis *m. 2 s. u. add.*) *K* 14 aduertendi *P* auertenti *M* augetur *B* 17 prouerbis, *m. 2* prouerbiis *B* prouerbia *K* legitur *P edd.* 18 stultus—permanet *om. M* 19 *mutatur *B* mutabitur *P*

ille iustitiae, de quo dicitur: Ortus est mihi iustitiae sol, et quem sibi non fuisse ortum in die nouissima plangentes impii dicturi sunt: Et iustitiae lumen non inluxit nobis et sol non ortus est nobis? nam istum carnis oculis uisibilem solem oriri facit super bonos et malos deus, qui etiam pluit super iustos et iniustos. ducuntur autem semper ex rebus uisibilibus ad inuisibilia congruae similitudines. quis ergo est ille stultus, qui tamquam luna mutatur, nisi Adam, in quo omnes peccauerunt? anima quippe humana recedens a sole iustitiae, ab illa scilicet interna contemplatione incommutabilis ueritatis, omnes uires suas in terrena conuertit et eo magis magisque obscuratur in interioribus ac superioribus suis; sed cum redire coeperit ad illam incommutabilem sapientiam, quanto magis ei propinquat affectu pietatis, tanto magis exterior homo corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem omnisque lux illa ingenii, quae ad inferiora uergebat, ad superiora conuertitur et a terrenis quodam modo aufertur, ut magis magisque huic saeculo moriatur et uita eius abscondatur cum Christo in deo.

1 Mal. 4, 2 3 Sap. 5, 6 5 Matth. 5, 45 9 Rom. 5, 12 16 II Cor. 4, 16

1 ille *om.* B (*ante* sol *m. 1 add*) M sol iustitiae P[2] *edd. sec. Vulg.* 3 luxit, *m. 1 corr.* illuxit P[2] luxit PK *edd. sec. Vulg.; quid fuerit in* B, *incertum, cum* il *in fine u. cum margine resectum esse possit* 4 et sol —nobis *om.* M est ortus *Eug.* (*Knoelli quidem codd*) *sec. Vulg.* 5 carneis P[1]P[2] inuisibilem M facit oriri K oriri solet P malos et bonos *Eugippi cod. Vat.* 6 etiam] esset *ut plerumque* K 7 dicuntur P dñs, *m. 2* dñr K ducantur *Eugippi cod. Vat.* autem *om.* P saepe *m* ad inuisibilia *om.* K inuisibilium P 8 congrue B (e *in ras.*) K congruere P est ergo P (est *om.*, *m. 1 add.*) P[1]P[2] *edd.* ille] et ille B 10 peccauerunt animae. anima quippe B 11 contemplationē (~ *del.*) P incommuta‖‖‖bilis (*ras.* 4—5 *l.*) B 12 terram P[1]P[2]M externa *m* conuertit (it *ex corr. m. 2, fuisse uid.* e) K 13 interiobus P ac superioribus *om.* P 14 cępit P[1]P[2] 15 ei] et K appropinquat *edd.* 16 renouabitur B 17 lux] ex P ad *om.* B feriora K 18 quodam modo *om.* P[1]P[2]M 19 auferetur, *m. 2* aufertur K

9 Mutatur ergo in deterius ad exteriora progrediens et in uita sua proiciens intima sua; et hoc terrae, id est eis, qui terrena sapiunt, melius uidetur, cum laudatur peccator in desideriis animae suae et, qui iniqua gerit, benedicitur. mutatur autem in melius, cum intentionem et gloriam suam a terrenis, quae in hoc saeculo apparent, paulatim auertit et ad superiora atque interiora conuertit; et hoc terrae, id est eis, qui terrena sapiunt, deterius uidetur. unde illi impii postremam infructuosam agentes paenitentiam etiam hoc inter multa dicturi sunt: Hi sunt, quos aliquando habuimus in risum et in similitudinem improperii; nos insensati uitam illorum aestimabamus insaniam. ac per hoc spiritus sanctus de uisibilibus ad inuisibilia et de corporalibus ad spiritalia sacramenta similitudinem ducens transitum illum de alia uita in aliam uitam, quod pascha nominatur, a quarta decima luna uoluit obseruari, ut non solum propter tempus tertium, quod supra commemoraui, quia inde incipit hebdomada tertia, sed etiam propter ipsam conuersionem ab exterioribus ad interiora de luna similitudo adsumeretur, usque ad uicesimam uero et primam propter ipsum numerum septe-

1 Eccli. 10, 10 3 Phil. 3, 19 Ps. 9, 24 (10, 3) 10 Sap. 5, 3—4

1 motatur, *m. 2* mutatur *B* exterius, *m. 2* deterius *K* in *om. P* (*m. 2 add.*) *B* 2 proieciens *B* 3 con, *m. 2* cum *B* 4 desideris *B* 5 egerit *K* geret *Eugippi cod. Vat.* benedicetur *P* (*m. 2* benedicitur) *K Eugippi cod. Vat.* ergo *B* 6 suam et gloriam *edd.* a terrenis] aeternis *P* hoc in *P* saeculo* *B* 7 ad quae inferiora *P* 8 conuertit *M* eis *om.* $P^1P^2M$ 9 deteris *B* postremo $P^1P^2M$ *f l r m* 10 etiam] esset *K* haec $P^2$ dicturii *B* hi* *P* hii *BK* ii *f l r m* 11 in risum et in similitudinem inproperi (*m. 2* inproperii) habuimus *B* in derisu *MK* in derisum *edd. sec. Vulg.* 13 eorum *K* aestimab*mus *P* putabamus *Eugippi cod. Vat.* ac] *** *P* 14 inuisibilibus *P* corruptibilibus $P^1P^2M$ 15 inspiritalia (in *exp.*) *B* *illum *P* 17 tertium tempus *B* 18 memoraui, *m. 1 corr.* commemoraui *B* 19 etiam] esset *K* ipsam *om.*, *m. 2 add. P* conuersationem *B* 21 propter] p*p* *B* septenarium numerum *M*

narium, quo uniuersitatis significatio saepe figuratur, qui etiam ipsi ecclesiae tribuitur propter instar uniuersitatis.

VI 10 Ideo Iohannes apostolus in Apocalypsi ad septem scribit ecclesias. ecclesia uero adhuc in ista mortalitate carnis constituta propter ipsam mutabilitatem lunae nomine in scripturis significatur. unde est illud: Parauerunt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscura luna rectos corde. prius enim quam fiat illud, quod dicit apostolus: Cum Christus apparuerit uita uestra, tunc et uos cum illo apparebitis in gloria, obscura uidetur ecclesia in tempore peregrinationis suae inter multas iniquitates gemens et tunc sunt timendae insidiae fallacium seductorum, quas nomine sagittarum intellegi uoluit. unde alio loco propter nuntios fidelissimos ueritatis, quos ubique parit ecclesia, dicitur: Luna testis in caelo fidelis, et cum de regno domini psalmus caneret: Orietur, inquit, in diebus eius iustitia et abundantia pacis, quoad usque interficiatur luna, id est abundantia pacis in tantum crescet, donec omnem mutabilitatem mortalitatis absumat. tunc nouissima inimica destruetur mors et,

3 Apoc. 1, 4 6 Ps. 10, 3 9 Col. 3, 4 15 Ps. 88, 38 16 Ps 71, 7 20 I Cor. 15, 26

1 uniuersitas, *m. 2* uniuersitatis *B* qui* *K* quia *B* 2 et̃ (~ *eras.*) *K* 3 apocalipsin *K* scribsit ad septem *B* ad septem scribens *P* 4 instar mortalitatis *P* carnis *om. B* 5 nomine *om. P* in *om. K* 6 signatur *edd.* illud] et illud *Eugippi cod. Vat. et Verc.* pa*rauerunt *P* 7 suas *om. K* sagittarent $P^1P^2$ insagittent *Eugippi cod. Vat.* in obscuris rectos *M* 8 priusquam enim fiat *B* 9 apparuit *M* uita—apparebitis *bis, alterum del. B* 10 adparebitis cum illo *P* apparebitis cum ipso *edd. sec. Vulg.* in gloria* (*fuit* m) *P* cum gloria *B* obscurabitur aecclesia *K* 11 iniquitates *bis, alterum del.* $P^2$ iniquitates suas (suas *exp.*) *B* 12 insidiae *om. P* 13 seductionum $P^1P^2M$ 14 nuntios seductor̃ fidelissimos (seductor̃ *del. m. 1*) *B* ubi *B* 16 dei *P* (*m. 2* dñi) *BK* psalmista *m* cantaret *P edd.* 17 quousque *PBK* donec *edd. sec. Vulg.* 18 pa. *m. 2 add.* cis *P* 19 crescit *BK* done *K* inmutabilitatem *P* mortatis, *m. 2* mortalitatis *B* 20 adsumat *BK*

quicquid nobis resistit ex infirmitate carnis, unde nobis perfecta pax nondum est, consumetur omnino, cum corruptibile hoc induet incorruptionem et mortale hoc induet inmortalitatem. unde et illius ciuitatis muri, quae Hiericho appellatur, quod in Hebraeo eloquio luna interpretari dicitur, septimo circumacta testamenti arca corruerunt. quid enim nunc agit adnuntiatio regni caelorum, quam circumactio arcae significauit, nisi ut omnia munimenta mortalis uitae, id est omnis spes huius saeculi, quae resistit spei futuri saeculi, in dono septenario spiritus sancti per liberum arbitrium destruatur? ob hoc enim circumeunte arca non inpulsu uiolento illi muri sed sponte ceciderunt. sunt et alia testimonia scripturarum, quae nobis ingerunt per commemorationem lunae ecclesiae significationem, quae in ista mortalitate ab illa Hierusalem, cuius ciues sancti angeli, in aerumnis et laboribus peregrinatur.

11 Non ideo tamen putare debent stulti, qui nolunt in melius commutari, adoranda esse ista luminaria, quia ducitur ex eis aliquando similitudo ad diuina mysteria figuranda; ex omni enim creatura ducitur. nec ideo in sententiam damna-

2 I Cor. 15, 53—54 4 Ios. 6, 16; 20

1 restitit *Eugippi cod. Vat.* 2 est *om. P* consummetur *B* consumitur *PK Eugippi codd. nonnulli* 3 induerit *P edd.* 4 induerit *P edd.* muri ciuitatis *M* 5 quod] quae $P^1P^2$ *l m Eugippi cod. Vat.* quia *f r* 6 septimo circuitu circumacta $P^1P^2$ *l r m* septimo circumacta circuitu *M* septimo circuitu *a e f; cf. Vulg.* 7 nunc aliud agit $P^1P^2$ *edd.* aliud nunc agit *M* 10 septenarii $P^1P^2M$ *Eug.* (*Knoelli quidem codd.*) sancti *om. Eugippi cod. Vat.* 11 hoc *om. B* 12 ceciderunt sed sponte *P edd.* 13 memorationem *B* 15 cuius *om. K* sancti angeli, *m. 2* sancti angeli sunt *P* angeli, *corr. m. 1* sancti angeli, *m. 2* sancti sunt angeli *B* sancti angeli sunt $P^1P^2M$ *m* angeli sunt *cett. edd.* sunt angeli *K* sunt sancti angeli *Eugippi codd. praeter Paris. 2109* 17 idē, *m. 2* ideo *K* tamen *om. B* 18 commutari *corr. ex* commitari *K* adorandā (~ *eras.*) *P* ista *om. P* illa *edd.* quia dr̄ *M* qui a.utitur (d *eras.*) *P* ex, *m. 2* ab *B* 20 dicitur non ideo *P* debemus in sententiam damnationis *edd.*

tionis debemus inruere, quae ore apostolico de quibusdam profertur, qui coluerunt et seruierunt creaturae potius quam creatori, qui est benedictus in saecula. sicut enim non adoramus pecora, quamuis dictus sit et agnus et uitulus, nec feram, quia dictus sit leo de tribu Iuda, nec lapides, quia petra erat Christus, nec montem Sion, quia in ipso figuratur ecclesia, sic nec solem aut lunam, quamuis ex ea caelesti creatura sicut ex multa terrestri sacramentorum figurae ad informationes mysticas adsumuntur.

VII 12 Quapropter Manichaeorum deliramenta cum detestatione ridenda sunt, quibus cum obiecerimus uana commenta, unde homines in errorem praecipitant, quo prius praecipitati sunt, garruli sibi uidentur, cum dicunt nobis: 'Cur et uos ad solis et lunae computationem pascha celebratis?' quasi nos ordines siderum aut uicissitudines temporum a summo atque optimo deo conditas arguamus et non eorum peruersitatem, quae rebus sapientissime conditis ad stultitiae suae uanissimas opiniones abutitur. nam si mathematicus nobis contradicturus est de sideribus et luminaribus caeli ad sacramenta mystice

2 Rom. 1, 25 5 Ioh. 1, 29; Ezech. 43, 19; Apoc. 5, 5; I Cor. 10, 4; I Petr. 2, 4; 6

1 or*e (*fuit* a) *P* de *om.* $P^1P^2M$ 4 sit christus et *K edd.* 5 cum $P^1P^2M$ sit *om.* $PP^2$ (*m. 1 add.*) est *K edd.* 6 lapidem *P edd.* erat *om.* *P* 7 sic *om.* *K* sicut *M* nec *om.* *P* 8 aut] nec *P edd.* luna *P* ea *om.* $P^1P^2M$ ex] et *B* multa terrestria, *m. 2* multis terrestribus *B* multis terrestribus *P edd.* 10 as*sumuntur *P* sumuntur *K* assumantur *edd.* 11 qu*apropter *B* quia propter *P* mathematicorum *K m* manichaeorum uel mathematicorum *a e f* deli*ment*a, *super priorem ras.* ra (*m. 1?*) *P* 12 irridenda *edd.* obleecerimus *P* obiceremus *K* 15 communionem $P^1P^2M$ 16 ā** *B* uissitudines, *m. 2 add.* ci *P* atque ab optimo *B* 17 conditis *M* *super* arguamus *m. fortasse 1* obseruemus *P* 18 ab *B* ad stultissimas opiniones *P edd.* 19 abutitur *ras. ex* abutuntur $P^2$ abutuntur $P^1$ matimacus, *m. 2* matematicus *P* mathimatis *B* 20 et *om.* $P^1P^2M$ lunaribus *B* (*m. 2* luminaribus) $P^1P^2M$ sacramentum $P^1P^2M$

figuranda similitudines ducere, contradicant et augures, ne dicatur nobis: Estote simplices sicut columbae; contradicant et Marsi, ne dicatur nobis: Astuti ut serpentes; contradicant histriones, ne in psalmis citharam nominemus; aut quia ex his rebus ad mysteria uerbi dei similitudinum signa sumuntur, dicant, si placet, uel auspicia nos captare uel uenena conficere uel theatricas affectare luxurias, quod dementissimum est dicere.

13 Non igitur nos de sole et luna annuis menstruisue temporibus actionum nostrarum euenta conicimus, ne in uitae humanae periculosissimis tempestatibus tamquam in scopulos miserae seruitutis inlisi a libero arbitrio naufragemus, sed ad rem sacrate significandam similitudines habitas religiosissima deuotione suscipimus sicut de cetera creatura de uentis, de mari, de terra, de uolatilibus, de piscibus, de pecoribus, de arboribus, de hominibus ad sermonem quidem multipliciter, ad celebrationem uero sacramentorum iam Christiana libertate parcissime sicut de aqua, de frumento, de uino, de oleo. in seruitute autem ueteris populi multa etiam celebrari imperata sunt, quae nobis tantum modo intellegenda traduntur. non itaque dies obseruamus et annos et menses et tem-

2; 3 Matth. 10, 16   21 Gal. 4, 10

1 figurandas $BP^1P^2M$   aug*res, *m. 2* e *super ras. B*   nec *P*   2 estote *om. P*   ut *PK edd.*   3 contradicant—nobis *om.* $P^1P^2$   nobis estote astuti *M*   sicut *edd.*   4 striones *PB*   cythara *P*   citharum *B*   5 qui *K*   mysterium $P^1P^2M$   6 *post* signa *ras. 2—3 l. B*   *post* dicant *repetitum est, sed del.* ex his reb; *B*   8 *post* quod *m. 1 s. u. add.* si *B* quod si *PM*   9 annuis (u *eras.*) *P* et annuis *K*   menstruis ut temporibus *P*   10 coniecimus $P^1P^2$   11 in scupulos, *corr.* (*m. 1?*) in scrupulos *B* in scopulo* (*fuit* s) *P* scopulis $P^1P^2M$   12 miser*ae (*fuit* i) *P*   inlisae *B*   arbitro, *m. 1 corr.* arbitrio *B*   13 habitat *B* adhibitas *K* aptas $P^1P^2M$ *edd.*   deuotione religiosissima *M*   14 suscepimus *Eugippi codd. nonnulli*   de *om., m. 1 add. B*   caetera** *B*   15 de piscibus—arboribus *om. P*   16 multipliciē $P^1P^2$   18 paucissimae *P*   19 multa esset *K* etiam multa *edd.*   20 quae modo nobis intellegenda *B*   21 et menses et annos *K*   et tempora et menses *B*

pora, ne audiamus ab apostolo: Timeo uos, ne forte sine causa laborauerim in uobis; eos enim culpat, qui dicunt: 'Non proficiscar, quia posterus est' aut 'quia luna sic fertur,' uel: 'Proficiscar, ut prospera cedant, quia ita se habet positio siderum; non agam hoc mense commercium, quia illa stella mihi agit mensem', uel: 'Agam, quia suscipit mensem: non plantem hoc anno uineam, quia bissextus est'. non autem quisquam sapiens arbitratur obseruatores temporum reprehendendos, qui dicunt: 'Non proficiscar hodie, quia tempestas exorta est', aut: 'Non nauigem, quia adhuc sunt hibernae reliquiae', aut: 'Tempus seminandi est, quod imbribus autumnalibus terra satiata est', uel si qui forte alii naturales effectus circa motus aeris et humoris ad uariandas temporum qualitates in siderum ordinatissima conuersione notati sunt, de quibus dictum est, dum conderentur: Et sint in signis et temporibus et in diebus et in annis. si quae autem figurae similitudinum non tantum de caelo et sideribus sed etiam de creatura inferiore ducuntur ad dispensationem sacramentorum, eloquentia quaedam est doctrinae salutaris

1 Gal. 4, 11    15 Gen. 1, 14

1 t*imm̄eo (*ras. 2—3 l.*) *P*   uos *exp. B*   2 in uos *K m; Gr.* εἰς ὑμᾶς, *Vulg.* in uobis   qui* *P*   3 proficiscar hodie quia *P¹P²M l r m* posterus dies est *K edd.*   4 fertur] uentor *B*   prospere *K*   caedant *PP¹P²* cedat *K*   5 agat hoc mensium *B*   6 stil*a, *m. 2* stella *B* facit *K*   mense *P*   quia] quia illa *K*   suscepit *PK edd.*   7 planto *B* plantabo *P¹P²*   uiniam, *m. 2* uineam *B*   est *om., m. ut uid. 1 add. P*   8 arbitretur *P¹P²M edd.*   10 nauigem' (*sed* ' *m. 2*) *B* quod *K*   adhuc *om. P*   11 quia *B edd.*   12 sata *P¹P²M*   quid *P* 13 affectus *K*   motum *P edd.*   humores *m*   uersandas *B*   14 conuersatione mutati *B*   15 cum *P edd.*   et, *m. 2* ut *B*   signis (*m. 2 supra* ł a) et temporibus (*m. 2* ł ra) *B; cf. Vulg.* et sint in signa et tempora *etc.*   16 et in temporibus *K*   *post* et *repetitum sed del. m. 1* in signis et temporibus et *B*   dies *B*   in *om. P* (*m. 2 add.*) *P¹P²*   annis, *m. 2* annos *B*   17 figurae *om. B* figurae** *P*   sideribus, *m. 2* de sideribus *P* de sideribus *edd.*   18 etiam] esset *K* creatura inferiori *B* inferiori creatura *edd.*   dicuntur *P*   19 eloquentiā *M*

mouendo affectui discentium accommodata a uisibilibus ad inuisibilia, a corporalibus ad spiritalia, a temporalibus ad aeterna.

14 Nec quisquam nostrum adtendit, quod eo tempore, quo pascha celebramus, sol in ariete est, sicut illi appellant quendam siderum locum, ubi re uera mense nouorum sol inuenitur; sed siue illi arietem siue aliud aliquid eandem partem caeli uocare uoluerint, nos de scripturis sanctis hoc didicimus, quod omnia sidera deus condidit et locis caelestibus, quibus uoluit, ordinauit. quae stellis distincta et ordinata in quaslibet partes diuidant, quibuslibet uocabulis notent, ubicumque sol esset mense nouorum, illic eum reperiret haec celebratio propter similitudinem sacramenti renouandae uitae, de qua satis disseruimus. quod si etiam locus ille siderum aries posset uocari propter aliquam figuram et congruentiam, neque hinc timeret sermo diuinus aliquam sacramenti similitudinem ducere, sicut de aliis non solum caelestibus sed etiam terrestribus creaturis sicut de Orione uel Pliadibus, sicut de monte Sina, de monte Sion, sicut de fluminibus, qui uocantur Geon, Phison, Tigris, Euphrates,

1 affectu *K* discendentium (*sic!*) *P* inuisibilia (a *in ras.; m. 1?*) *P* inuisibilib;, *m. 2* inuisibilia *B* 2 a temporalibus ad aeterna a corporalibus ad spiritalia *B* aeterna• *P* 4 ad..tendit (*ras. 1—2 l.*) *B* 6 quem *B* locus *B* ubi uera (*m. 2* uerae *corr. uid*) *P* 7 aliquid aliud *edd.* quid, (*m. 1?*) *corr.* aliquid *B* eadem *P* 8 uoluerunt *PB* 9 dedicimus, *m. 1 corr.* didicimus *B* dicimus *P* 11 quaslibet] quotlibet *K* nutent *B* 12 mense *om. B* repperiret *PBK* repperit $P^1M$ reperit $P^2$ 13 similitudines *P* reuouandae, *m. 1 corr.* renouandae *B* 14 satis supra disseruimus *K edd.* etiam] esset *K* 15 possit *B* uocari posset *edd.* figurae congruentiam *K edd.* 16 ne *B* nec, *m. 2* nequam *P* hinc] huiusmodi *a e* de huiusmodi *f l r m* timere, *m. 2* temere *P* aliquam *om. K* 17 ducere, *m. 2* duceret *P* •caelestibus *B* 18 etiam *om. M* esset *K* •terrestribus *B* uel *om. K* et *edd. praeter a* 19 pliadibus pliadae sicut *K* Sina et de *edd.* 20 quae *K edd.* que *P* geon, *m. 2* gion *B* gion $P^1P^2M$ fisson (*pr.* s *exp.*) *B* eufratis *m. 2* eufrates *B*

sicut de ipso totiens in sanctis mysteriis nobilitato fluuio Iordane rerum figurate insinuandarum mysticas similitudines duxit.

15 Sed quantum intersit inter obseruationes siderum ad aerias qualitates accommodatas, sicut agricolae uel nautae obseruant, aut ad notandas partes mundi cursumque aliquo et alicunde dirigendum, quod gubernatores nauium faciunt et hi, qui per solitudines arenosas in interiora austri nulla certa semita gradiuntur, aut ad aliquid in doctrina utili figurate significandum *si* fit nonnullorum siderum aliqua commemoratio —, quantum ergo intersit inter has utilitates et uanitates hominum ad hoc obseruantium sidera, ut nec aeris qualitates nec regionum uias nec solos temporum numeros nec spiritalium similitudines sed quasi fatalia rerum euenta perquirant, quis non intellegat?

IX 16 Sed iam deinceps uideamus, cur etiam id obseruatur, cum pascha celebramus, ut sabbatum occurrat; hoc enim proprium Christianae religionis est, nam Iudaei tantum modo mensem nouorum et lunam obseruant a quarta decima usque uice-

1 de] in *B* in sanctis scripturis mysteriis (scripturis *exp.*) *B* no*bilitato *P* nobilitate *K* nominato $P^1P^2$ *m* 2 iordanne *P* 3 dī *M* adduxit *edd.* 4 sed quantum intersit] aliquantum interest *Eugippi cod. Vat.* inter *om., m. 1 add. P* siderum obseruationes *edd.* ad] et *P* aerieras (*post.* er *exp.*) $P^2$ aereas *M* 5 sicut—notandas *om.,* (*m. 2 ?*) *in inferiore marg. add. P* 6 ad *om., m. 1 add.* $P^2$ ad natandas *P* adnotandas *K* uel $F^1P^2$ aliunde *PB*$P^1P^2$*M* 7 nauigium *P* hii *B* ii *flrm* qui *om., m. 1 (?) add. B* per *om.* $P^1P^2$*M* 8 semita certa *B* semita recta *P* semita certa uel recta *edd.* 9 ad *om. PB*$P^1P^2$*M Eug.* cum ad *edd.* ut illi figurae *P* 10 sit *codd.* fit *edd. Eug.; scripsi* si fit commemoratione $P^1P^2$ 11 et uanitates *om. B* 12 ad haec $P^2$ ob hoc *edd.* obseruatium *M* 13 solis *P* solas *B* 14 similitudinē *K* quasi *om., m. 1 (?) add. B* facit alia *P* rerum iam euenta *flrm* perquirt̄ $P^1P^2$*M* perquirunt *B Eugippi codd.* 16 cū $P^1P^2$ (*m. 1 corr.* cur) etiam] esset *K* obseruetur *K edd.* ...cum (*ras. 1—2 l.*) *P* 17 celebratur *PK edd.* 18 nam] cum $P^1P^2$ Iudaei] ideo *P* mensem nouorum tantummodo *edd.* mense *K* 19 obseruant esset ipsi a *K* usque] usque in *B* usque ad *K edd. Eug.*

simam primam. sed quia illud eorum pascha, quo passus est dominus, ita occurrit, ut inter mortem eius et resurrectionem medius esset sabbati dies, addendum patres nostri censuerunt, ut et nostra festiuitas a Iudaeorum festiuitate distingueretur et, quod non frustra factum esse credendum est ab illo, qui est ante tempora et per quem facta sunt tempora et qui uenit in plenitudine temporum et qui potestatem habebat ponendi animam suam et iterum recipiendi eam et ideo non fatalem sed opportunam sacramento, quod commendare instituerat, horam expectabat, cum diceret: Nondum uenit hora mea, ut in anniuersaria passionis eius celebratione a posteris seruaretur.

17 Quod enim nunc, ut superius dixi, fide ac spe peregrinamur atque, ut ad id perueniamus, dilectione satagimus, requies est quaedam ab omni labore omnium molestiarum sancta atque perpetua. in eam nobis ex hac uita fit transitus, quem dominus noster Iesus Christus sua passione praemonstrare et consecrare dignatus est. inest autem in illa requie non desidiosa segnitia sed quaedam ineffabilis tranquillitas actionis otiosae. sic enim ab huius uitae operibus in fine requiescitur, ut in alterius uitae actione gaudeatur. sed quia talis actio in dei laude agitur sine labore membrorum, sine angore curarum,

6 Gal. 4, 4 7 Ioh. 10, 18 10 Ioh. 2, 4

1 et $PP^1P^2M$ *edd. praeter m* qui *P* illud quorum *P* aliquando $P^1P^1M$ *l r* 2 ut *om. P* 3 ||||||medius (*ras. 3—4 l.*) *B* esse *P* censuerunt *ex corr. m. 2* (*fuitne* consuerunt*?*) *P* 4 et *om. K* ab eorum *B* distinguetur, *corr.* (*m. 1?*) distingueretur *B* 5 et *om.* $P^1P^2M$ ẽt *ex corr. m. 2, fuisse uid.* q̨ *K* est** *B* 6 et per— tempora *om. P* 7 uenit *om. M* plenitudinẽ *M* et *om.* $P^1P^2M$ 9 cū emendare *K* 11 ut *om. PK m* animaduersaria *K* 13 ut *om. P* peregrinamur] gerimus *P edd.* regimus *K* 14 ut *om. K* d||| (*ras. 1—2 l.*), *corr. m. 1* id||||| *P* dilectione (*postr. l. ex corr. m. 1; fuit* i) *P* 15 est *om. K* 16 fit ex hac uita $P^1P^2$ sit *M* 17 demonstrare $PP^1P^2M$ *edd. praeter m; cf. p. 173, 13* ac $P^1P^2$ *edd.* 18 conseruare *M* autem *om.* $P^1$ (*spatio relicto*) $P^2$ 19 s*egnitia *P* signitia *K* 20 ocio ẽ *M* 21 quia *om.* $P^1P^2M$ 22 dei laudi (*m. 1 corr.* laude) *B* die illa unde *P* langore $PP^2K$ languore $P^1M$ *Eugippi cod. Vercell.*

non ad eam sic transitur per quietem, ut ipsi labor succedat, id est non sic esse incipiat actio, ut desinat quies, neque enim reditur ad labores et curas, sed permanet in actione, quod ad quietem pertinet, nec in opere laborare nec in cogitatione fluctuare. quia ergo per requiem ad primam uitam reditur, unde anima lapsa est in peccatum, propterea sabbato requies significatur. illa autem prima uita, quae a peregrinatione redeuntibus et primam stolam accipientibus redditur, per unam sabbati, quem diem dominicum dicimus, figuratur. quaere septem dies, Genesim lege: inuenies septimum sine uespere, quia requiem sine fine significat. prima ergo uita non fuit sempiterna peccanti, requies autem ultima sempiterna est ac per hoc et octauus sempiternam beatitudinem habebit, quia requies illa, quae sempiterna est, excipitur ab octauo, non extinguitur; neque enim esset aliter sempiterna. ita ergo erit octauus, qui primus, ut prima uita sed aeterna reddatur.

X 18 Sabbatum tamen commendatum est priori populo in otio corporaliter celebrando, ut figura esset sanctificationis in

8 Luc. 15, 22 10 Gen. 2, 2—3

1 ad eadeadē *K* labore, *m. 2* ł i *B* labori *P Eugippi cod. Vat. et Paris. 2109* quieti *K* 2 incipiat esse actio *Eugippi codd. nonnulli* esse incipit actio $P^1P^2$ *l r* incipit esse actio *M* esse actio incipit *m* ut esse desinat *K edd.* 3 labore////curas (*ras. 2—3 l.*), *m. 2* laborē uel curas *P* 4 que *M* oper *K* laborare *om.*, *m. 2 add. K* in fluctuatione cogitare *Eugippi cod. Vat.* 6 redditur *P* 7 uita prima *edd.* de *edd.* 8 reditur, *m. 1 corr.* redditur *B* 10 quare $P^2$ geneseum, *m. 2* geneseos *B* in genesim $P^1P^2$ legens *K edd.* lege et $P^1P^2$ 11 uespere *ex corr. m. 2, fuisse uid.* uesperam *P* uespera *K edd.* significet *P* uita *om. P* 12 peccandi *K* peccati *PM Eugippi cod. Vat.* 13 et *om., m. 1 add. B* sempiternam, *corr.* sempiterna *K* beatitudinem —sempiterna *om., m. 2 in marg. add. ita, ut prò* quae *sit* requies *K* 15 esset *om.* $P^1P^2M$ sempiterna terra ita, *m. 2 post* terra *add.* nec *P* 16 uita non tollatur sed reddatur aeterna *edd.* 17 redatur *M* 18 in otio] initio *K* 19 corporali temporaliter *K a e f* celebrandum *K m* celebrando *om. a e f* ut futura *P*

requiem spiritus sancti. numquam enim legimus in Genesi sanctificationem per omnes priores dies, sed de solo sabbato dictum est: Et sanctificauit deus diem septimum. amant enim requiem siue piae animae siue iniquae; sed qua perueniant ad id, quod amant, plurimum nesciunt; nec aliquid appetunt etiam ipsa corpora ponderibus suis, nisi quod animae amoribus suis. nam sicut corpus tam diu nititur pondere siue deorsum uersus siue sursum uersus, donec ad locum, quo nititur, ueniens conquiescat — pondus quippe olei si dimittatur in aere, deorsum, si autem sub aquis, sursum nititur —, sic animae ad ea. quae amant, propterea nituntur, ut perueniendo requiescant. et multa quidem per corpus delectant, sed non est in eis aeterna requies nec saltem diuturna; et propterea magis sordidant animam et grauant potius, ut sincerum eius pondus. quo in superna fertur, impediant. cum uero anima se ipsa delectatur, nondum re incommutabili delectatur et ideo adhuc superba est, quia se pro summo habet. cum superior sit deus. nec in tali peccato inpunita relinquitur, quia deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. cum autem deo delectatur, ibi ueram, certam, aeternam inuenit requiem, quam in aliis quaerebat nec

3 Gen. 2, 3 19 Iac. 4, 6; I Petr. 5, 5

1 requie $P^1P^2M$ *l r m* spiritus *om.* *M* nusquam *BK edd.* in genesim *P* 2 superiores *K* 3 et *om.* *Eug.* sanctifica ut *B* deus *om.* $P^1P^2M$ dominus *K* 4 animae suae iniquae *M* sed et qua *P* sed quae $P^1P^2$ sed que *M* 5 illud *edd.* plurimae $P^1P^2K$ *l r m* aliquid, *corr.* aliud *K* 6 etiam] esset *K* * ipsa *B* 7 **moribus *P* 8 uersum *K* siue sursum uersus *om.* *MK* uersus *om.* $P^1P^2$ 9 ueniens nititur *K* mittatur $P^1P^2$ 10 aerē $P^1P^2M$ here, *m. 2* aere *P* 12 per corpus] pios $P^1P^2M$ delectantur *P* dilectantur, *m. 2* delectantur *B* 14 sordidant] onerant *ex corr. m. 1* *P* adgrauant *K edd.* 15 quod *B* impediant—delectatur *om.* $P^1P^2M$ ergo *edd.* 16 dilectatur *B* rei *M* dilectatur *B* 17 quia * se (*fuit* a) *P* 18 relinquintur *M* relinquetur *B* 19 superb*is *P* autem *om.* $P^1P^2M$ 20 deo *om.* *PB* dilectatur *B* ubi *PB* 21 aeternamq; $P^1P^2$ q̇ //rebat (*ras. 1—2 l*) *B*

inueniebat. proinde admonetur in psalmo: Delectare in domino et dabit tibi petitiones cordis tui.

19 Quia ergo caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis, ideo sanctificatio in septimo die commemorata est, ubi requies commendatur. quia uero nec bene operari possumus nisi dono eius adiuti, sicut apostolus dicit: Deus enim est, qui operatur in uobis et uelle et operari pro bona uoluntate, nec requiescere poterimus post omnia bona opera nostra, quae in hac uita gerimus, nisi eius dono ad aeternitatem sanctificati atque perfecti, propterea de ipso deo dicitur, quia, cum fecisset omnia opera bona ualde, septimo die requieuit ab omnibus operibus suis, quae fecit. futuram enim requiem significabat, quam post bona opera daturus erat hominibus. sicut enim, cum bene operamur, ipse dicitur operari in nobis, cuius munere bene operamur, ita, cum requiescimus, ipse requiescere dicitur, quo donante requiescimus.

XI 20 Hinc est, quod etiam in tribus primis praeceptis decalogi, quae ad deum pertinent — cetera enim septem ad proximum pertinent, id est ad hominem, quia in duobus praeceptis tota lex pendet —, tertium ibi de obseruatione sabbati positum est, ut in primo praecepto patrem intellegamus, ubi prohibetur coli aliqua in figmentis hominum dei similitudo,

1 Ps. 36, 4 3 Rom. 5, 5 7 Phil. 2, 13 12 Gen. 1, 31; 2, 2 21 Matth. 22, 40

1 quod inde (quod *del. m. 2*) *K* admonstratur *B* dilectare *B* 2 petitionem *PB* 3 dei *om. P* 7 sicut] sicut enim *B* dicit apostolus *edd.* enim *om. B* 8 uobis (u *in ras. m. 1*) *B* nobis *K* et *ante* uelle *om., m. 1 add.* $P^1$ 9 uoluntati *K* bona *om. B* bona nostra opera *K* opera nostra bona $P^1P^2M$ 11 porrecti $P^1P^2M$ 12 ualde bona *edd. sec. Vulg.* 14 significat, *m. 1 corr.* significabat *B* 15 erat nobis hominibus *edd.* 19 etiam] esset *K* 20 que st̃ ad *M* dm̃, *m 2 corr.* dñm *B* pertinent sabbatum tertium ponitur cetera $P^1P^2$ 21 in duobus *om., sed supra u.* (*m. 1?*) in .is. *P* 22 pendit *B* tertium] et tertium $PP^1P^2M$ et tertium eorum (eorum *exp.*) *B* 24 coli *om. P*

non quia non habet imaginem deus, sed quia nulla imago eius coli debet nisi illa, quae et hoc est, quod ipse, nec ipsa pro illo sed cum illo; et quia creatura mutabilis est ac propterea dicitur: Omnis creatura uanitati subiecta est, quoniam natura uniuersi etiam in parte monstratur, ne quisquam filium dei uerbum, per quod facta sunt omnia, iam putaret esse creaturam, sequitur aliud praeceptum: Non accipias in uanum nomen domini dei tui; spiritus autem sanctus, in quo nobis requies illa tribuitur, quam ubique amamus, sed nisi deum amando non inuenimus, cum caritas eius diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis, quia sanctificauit deus diem septimum, in quo requieuit, tertio praecepto legis insinuatur, quod scriptum est de obseruatione sabbati, non ut iam in ista uita nos quiescere existimemus, sed ut omnia, quae bene operamur, non habeant intentionem nisi in futuram requiem sempiternam. memento enim maxime, quod iam supra commemoraui, quia spe salui facti sumus; spes autem quae uidetur, non est spes.

21 Ad ipsum autem ignem amoris nutriendum et flatandum

4 Rom. 8, 20 6 Ioh. 1, 3 7 Ex. 20, 7; Deut. 5, 11 11 Rom. 5, 5 12 Gen. 2, 3 18 Rom. 8, 24

1 habeat $P^1P^2$ dei *P* imago est co*li *B* 2 debeat $P^1P^2$ qui *B* et *om. K edd.* *est *K* quod et ipse (et *exp.*) $P^2$ 3 sed cum illo *om. P* mutabilis—creatura *om. B* 5 est *om.* $P^1P^2$ *m* uniuersalis *P* etiam] esset *K* ne *ex ras. et corr. B* 7 iam *om.* $P^1P^2$*M edd.* putaret (a *in ras. m. 1*) *M* esse* (*fuit* t) $P^2$ aliud *om. M* 8 accipias *om., add. m. ut uid. 1 P* accipies *edd.; Vulg.* assumes *et* usurpabis domini *om. M* 9 illa requies *edd.* 11 cartas, *m. 1 corr.* caritas *B* 12 sanctum dī qui *B* quia] qui, *m. 2* quia *K* 13 deum *K* septem, *m. 2* septimum *B* 14 precept*o (*fuit* i) *P* insinuato *B* 15 iam *om.* $P^1P^2$*M* requiescere *K* 17 enim *om.* $P^1P^2$ 18 memoraui $P^1P^2$ memoratur *M* 19 quae non uidetur non $P^1$ 20 autem *om. B* et flatandum *om. M* et flatendum *B* flatantū, *m. 2* flatū tantū *P* et flandum $P^1P^2$ *m* (*Migne suadentibus Maurinis* et flatandum) et flammandum *cett. edd.*

quodam modo, quo tamquam pondere sursum uel introrsum referamur ad requiem, omnia ista pertinent, quae figurate nobis insinuantur; plus enim mouent et accendunt amorem, quam si nuda sine ullis sacramentorum similitudinibus ponerentur. cuius rei causam difficile est dicere: sed tamen ita se habet, ut aliquid per allegoricam significationem intimatum plus moueat, plus delectet et plus honoretur, quam si uerbis propriis apertissime diceretur. credo, quod ipse animae motus, quam diu rebus adhuc terrenis implicatur, pigrius inflammatur; si feratur ad similitudines corporales et inde referatur ad spiritalia, quae illis similitudinibus figurantur, ipso quasi transitu uegetatur et tamquam in facula ignis agitatus accenditur et ardentiore dilectione rapitur ad quietem.

XII 22 Ideoque inter omnia decem illa praecepta solum ibi, quod de sabbato positum est, figurate obseruandum praecipitur. quam figuram nos intellegendam, non etiam per otium corporale celebrandam suscepimus. cum enim sabbato significetur spiritalis requies, de qua dictum est in psalmo: Vacate et uidete, quoniam ego sum dominus, et quo uocantur

18 Ps. 45, 11

1 rursum *B* 2 referamus *PB* feramur $P^1P^2$ ista omnia *m* haec omnia *cett. edd.* nobis figurate *edd.* figure *P* 3 accedunt, *m. 1 corr.* accendunt *M* 4 nuda//// (*ras. 1—2 l.*) *P* sinullis. *m. 2* sine ullis *P* solitudinibus *B* ponantur *P* 5 ita tamen *M* 6 alligoriam significatum intimatum *B* 7 plus delectet *om.* $P^1P^2M$ plus dilectet *B* plus delectat *K* et *om. K edd.* honeretur $P^1$ 8 propris *B* diceretur apertissime *edd.* 10 si] sed si $P^1P^2$ si uero *edd.* feratur *PK* 11 illis] in illis *K* illi in *B* 12 agitatur *P* agitu. *m. 2* agitatus *B* accedetur, *m. 1 corr.* accendetur, *m. 2* ł accenditur *B* 13 ardentior, *corr. m. ut uid. 1* ardentiore *P* delectatione *PK* 14 illa decem *edd.* decim, *m. 2* decem *B* 16 quam. *m. 2* quam per *B* intellegendum, *m. 1 corr.* intellegendam *B* etiam] esset *K* corporalē (~ *eras.*) *K* 17 caelebrandum *M* obseruandam *P* suscipimus *B Eugippi cod. Vercell.* praecepimus, *corr.* praecipimus *P* suspicemus, *corr. m. 1* suspicemur *M* suspicemur $P^1P^2$ significetur sabbato *B* significatur *K* 18 de qua dictum *om. K* denique dictum $P^1P^2M$ *Eugippi codd.* est] et *K* 19 deus *P edd. sec. sacr. litt.* qui *K* uacantur *P*

homines ab ipso domino dicente: Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego uos reficiam; tollite iugum meum super uos et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et inuenietis requiem animabus uestris, cetera tamen ibi praecepta proprie, sicut praecepta sunt, sine ulla figurata significatione obseruamus. nam et idola non colere manifeste didicimus et non accipere in uanum nomen domini dei nostri et honorare patrem et matrem et non moechari, non occidere, non furari, non falsum testimonium dicere, non concupiscere uxorem proximi, non concupiscere ullam rem proximi non figurate aliud praetendunt et mystice aliud significant, sed sic obseruantur, ut sonant. obseruare tamen diem sabbati non iubemur ad litteram secundum otium ab opere corporali, sicut obseruant Iudaei; et ipsa eorum obseruatio quia ita praecepta est, nisi aliam quandam spiritalem requiem significet, ridenda iudicatur. unde non inconuenienter intellegimus ad amorem excitandum, quo ad requiem tendimus, ualere omnia, quae figurate in scripturis dicuntur, quando quidem id solum in decalogo figurate praecipitur, ubi requies commendatur, quae ubique amatur, sed in solo deo sancta et certa inuenitur.

1 Matth. 11, 28—29 7 Ex. 20, 4; 5; 7; 12—17; Deut. 5, 8; 9; 11; 16—21

1 ab *om.* *P* 2 laborati* *P* uos *om.*, *m. 2 post* reficiam *add.* *P*; *cf. Vulg.* reficiam] requiescere faciam *Eugippi cod. Vat.* 3 uos *om.*, *m. 1 add.* *B* 4 quoniam *K Eug.* 5 praecepta ibi *B* ipi, *corr.* ibi (ib *exp.*) *K* 7 et nam *B* dicimus *PB* 8 honora *P* 9 non occidere non mechari *P*¹*P*²*M sec. sacr. litt.* mechare *P* non furari *om.* *P*¹*P*²*M* 11 proximi tui *sec. sacr. litt.* (tui *eras.*) *P* proximi sui *B* cupiscere, *m. 2* concupiscere *P* 12 sed *ex corr. m. 2, fuit* si *K* sic *om., m. 1 (?) add.* *B* si *P* 13 obseruari *P*¹*P*²*M* sabbatum *P* ad litteram iubemur *edd.* iuuemur, *m. 2* iubemur *B* iubetur *P* 14 ad opere corporale (*m. 2* corporali) *P* 15 iudei///// (*ras. 4—5 l.*) *B* ipse, *m. 1 corr.* ipsa *P* quae *P*¹*P*²*M m* 16 significaret reddenda *P* 17 inconueniter *P*² 19 dicuntur] dñs *K* 21 ibique, *m. 2* ubique *B* certa et sancta inuenitur *edd.* sancta et sola inuenitur et certa *Eugippi cod. Vat.* certe, *m. 1 corr.* certa *P*

XIII 23 Dies tamen dominicus non Iudaeis sed Christianis resurrectione domini declaratus est et ex illo habere coepit festiuitatem suam. animae quippe omnium sanctorum ante resurrectionem corporis sunt quidem in requie, sed in ea non sunt actione, qua corpora recepta uegetantur. talem quippe actionem significat dies octauus, qui et primus, quia non aufert illam requiem, sed glorificat. non enim redit cum corpore difficultas ex corpore, quia nec corruptio: Oportet enim corruptibile hoc indui incorruptionem et mortale hoc indui inmortalitatem. quapropter ante domini resurrectionem quamuis sanctos patres plenos prophetico spiritu octaui sacramentum nequaquam lateret, quo significaretur resurrectio — nam et pro octauo psalmus scribitur et octaua die circumcidebantur infantes et in Ecclesiaste ad duorum testamentorum significationem dicitur: Illis septem et illis octo —, reseruatum est tamen et occultatum et solum celebrandum sabbatum traditum est, quia erat antea requies mortuorum, resurrectio autem nullius erat, qui resurgens

8 I Cor. 15, 53  13 Ps. 6; 11  Gen. 17, 12  15 Eccle. 11, 2  18 Rom. 6, 9

1 resurrectio, *m. 2* resurrectione *B*  2 coepit habere $P^1P^2$ accepit habere *Eugippi cod. Vat.*  3 sanctorum manente resurrectione *P*  4 requiē (*~ del.*) *K*  non in ea $P^1P^2$  5 ////actione (*ras. 1—2 l.*) *B*  agnitione *K*  uegetantur, *m. 2* uegetabuntur *B*  significat actionem *B*  6 di*es $P^2$  octauus *om.*, *add. m. 1* (?) .oc̄t. *B*  7 non enim] nec enim *P*  cum] in $P^1P^2M$  8 q, *m. 1 corr.* quia *B*  nec corpore qui ęa nec corruptio (ruptio *in ras.*) *K*  9 indui *om.* $P^2$ induere $PP^1M$ *sec. Vulg.*  incorruptione *K Eugippi nonnulli codd.*  mortale hoc indui] .m.h.i $P^1$  10 induere $PP^2M$ *sec. Vulg.*  inmortalitate *K Eugippi nonnulli codd.*  resurrectionem domini *edd.*  dn̄m *P* dominicam *K*  12 significatur *K edd.*  13 octaua $P^1P^2M$  psalmo *PB* (*m. 2* psalmus)  inscribitur *K edd.* dicitur *P*  et *om. P*  octauo *PK edd.; Eugippi quoque codd. uariant*  die *om. M*  15 illis] da illis $P^1P^2$ *l r m sec. sacr. litt.*  et illic, *m. 1 corr.* et illis $P^2$  16 seruatum *P*  17 ante *B Eugippi cod. Vat.*  18 nullus, *m. 1 corr.* nullius *B* nulla *P* illius *K*  erat donec ueniret christus qui *P edd. praeter m*  surgens *B*

a mortuis non moreretur et mors ei ultra non dominaretur, ut, postquam facta est talis resurrectio in corpore domini, ut praeiret in capite ecclesiae, quod corpus ecclesiae speraret in finem, iam dies dominicus, id est octauus, qui et primus, inciperet celebrari. ipsa etiam causa intellegitur, cur obseruandum pascha, ubi ouem occidere et edere iubentur, cum manifestissime passionem domini praefigurat, non eis ita praeceptum est, ut adtenderent occurrere sabbatum et cum mense nouorum ad tertiam lunae hebdomadem concurrere, ut eundem quoque diem dominus potius sua passione signaret, qui etiam dominicum, id est octauum, qui et primus est, declaraturus aduenerat.

24 Adtende igitur sacratissimum triduum crucifixi, sepulti, suscitati. horum trium quod significat crux, in praesenti agimus uita; quod autem significat sepultura et resurrectio, fide ac spe gerimus. nunc enim dicitur homini: Tolle crucem tuam et sequere me. cruciatur autem caro, cum mortificantur membra nostra super terram, fornicatio, inmun-

16 Matth. 16, 24 18 Col. 3, 5

1 ex *edd.* non] iam non *K edd.* moriretur, *m. 2* moreretur *B* illi *edd.* 2 at $P^1P^2M$ 3 dominico *K* preire *P* 4 fine *K edd.* iam] iam ēet////// (*ras. 1—2 l.*) *K* iam etiam *edd.* 5 inciperet, *corr.* (*m. 1?*) incipit $P^2$ etiam] ēet *K* 6 cur ad obseruandum $P^1P^2M$ ubi, *corr.* ibi $P^2$ ibi $P^1M$ agnum *edd. praeter m* 7 hedere *P* comedere *edd.* iubetur *PB Eugippi cod. Vercell.* cum] quod *K edd. praeter l r* manifestissime* *M* praefiguret $P^1P^2M$ figurat *Eugippi codd. nonnulli* 8 his $PP^1P^2M$ ita adtendendum est *P* 9 cum in mense $P^1P^2$ ad tertium, *m. 2* ad tertiam *B* ad tertium *P* ac tertia *K* ebdomadam *BM edd. Eugippi cod. Vercell.* ebdomade *K* 10 concurrere iubentur ut $P^1P^2$ aut (a *m. 2 del.*) *K* endem *M* potius *om. Eugippi cod. Vat.* 11 significaret *P* etiam] ēet *K* dominicus id est octauus *P* 12 est] et *K* declaratus *P* declaraturus est (est *exp.*) $P^2$ aduenerat . INCĪT SECUNDA . adtende *B* 13 sacramentum $P^1P^2M$ crucifixi////// (*ras. 2—3 l.*) *B* 14 triduum *P* 15 resurrectio *ex ras. et corr. m. 1 P* 16 et $P^1P^2$ agimus $PP^1P^2M$ 17 seque**re *P* cum] quo *K* 18 uestra *P* super] quae sunt super *K edd. sec. Vulg.*

ditia, luxuria, auaritia et cetera huius modi, de quibus dicit: **Si enim secundum carnem uixeritis, moriemini; si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis.** hinc etiam de ipso dicit: **Mundus mihi crucifixus est et ego mundo,** et alio loco: **Scientes,** inquit, **quia uetus homo noster simul crucifixus est cruci cum illo, ut euacuetur corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato.** quam diu ergo id agunt opera nostra, ut euacuetur corpus peccati, quam diu **exterior homo corrumpitur, ut interior renouetur de die in diem,** tempus est crucis.

25 Haec sunt etiam bona opera quidem tamen adhuc laboriosa, quorum merces requies est. sed ideo dicitur: **Spe gaudentes,** ut cogitantes requiem futuram cum hilaritate in laboribus operemur. hanc hilaritatem significat crucis latitudo in transuerso ligno, ubi figuntur manus; per manus enim opera intellegimus, per latitudinem hilaritatem operantis, quia tristitia facit angustias; per altitudinem autem, cui caput adiungitur, expectationem retributionis de sublimi iustitia dei,

2 Rom. 8, 13  4 Gal. 6, 14  5 Rom. 6, 6  9 II Cor. 4, 16  13 Rom. 12, 12

1 huius modi quae subsecuntur de *B*  de *om.* $P^1P^2M$  dicitur $P^1P^2M$ idem dicit *K edd.*  2 enim *om. edd.*  secundum carnem *om. M*  3 mortificatis (*sec. Vulg.*), *corr. m. ut uid. 1* mortificaueritis *P*  4 de ipso, *corr.* (*m. 1?*) de se ipso *B* de ipso, *corr. m. 1* de se ipso $P^1P^2$ de se ipso *MK edd. Eugippi cod. Vercell.*  mihi mundus *P sec. Vulg.*  6 *****fixus est cruci *P* confixus est cruci *K edd. praeter m Eugippi cod. Vercell.* crucifixus est *m sec. Vulg.; cf. p. 172, 6*  7 euàcuaretur $P^1P^2$ *Eugippi cod. Vat.*  8 ut euacuetur *om. K*  12 etiam sunt *B* sunt (*om.* etiam) *M*  *post* opera *s. u. m. 2* quae *P*  13 quarum *P* est requies *K edd. Eugippi codd. praeter Paris. 2109*  14 ut cogitantes *om. B*  futuram requiem $P^1P^2$  in laboribus operemus *P* in bonis operibus laboremus *M*  16 figuretur *M*  18 tritia (*m. 1 corr.* tristitia) faci*t *P*  latitudinem, *m. 1 corr.* altitudinem *P*  autem *om. P* uero *edd.*  19 expectatio $BP^1P^2MK$ expectio, *m. 2* expectatio *P* exspectationem *edd.; fortasse* significatur expectatio  retributionis tollerandam de (tollerandam *exp.*) *B*  de (*sed eras.*) sublimis iustitiae *P*

qui reddet unicuique secundum opera sua, his quidem qui secundum tolerantiam boni operis gloriam et honorem et incorruptionem quaerentibus uitam aeternam. itaque etiam longitudo, qua totum corpus extenditur, ipsam tolerantiam significat, unde longanimes dicuntur, qui tolerant. profundum autem, quod terrae infixum est, secretum sacramenti praefigurat. recordaris enim, nisi fallor, quae uerba apostolica in ista designatione crucis expediam, ubi ait: In caritate radicati atque fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit longitudo, latitudo, altitudo et profundum. ea quae nondum uidemus et nondum tenemus, sed fide et spe gerimus, in alio biduo figurata sunt. haec enim, quae nunc agimus tamquam clauis praeceptorum in dei timore confixi, sicut scriptum est: Confige clauis a timore tuo carnes meas, in necessariis deputantur, non in eis, quae per se ipsa appetenda et concupiscenda sunt. unde illud optimum se dicit concupiscere, dissolui et esse cum Christo; manere autem in carne necessarium, inquit, propter uos. quod ergo ait dissolui et esse cum Christo, inde incipit requies, quia non interrumpitur resurrectione, sed clarificatur,

1 Rom. 2, 6—7 9 Eph. 3, 18 15 Ps. 118, 120 18 Phil. 1, 23—24

1 opera sua his quidem qui secundum *bis, alterum del. m. posteriore K* iis *f l r m* 4 ita, *corr.* (*m. 1?*) itaque *B* etiam *om. f l r m* 5 ipsa *M* 6 tolerant in profundum $P^1P^2M$ 7 praefiguratur $P^2$ 8 apostolus $P^1P^2$*f l r* apostoli *m* expediam, *m. 2* expediant *P* expediat $P^1P^2$*f l r* 9 et *B sec. Vulg.* ut *om., m. 1 add. P* possetis *B* 10 latitudo et longitudo et altitudo $P^1P^2M$ *sec. Vulg.* 11 et *om. B* ea uero quae *K edd.* 13 in alio uiduo (*m. 1? corr.* biduo) *P* in illa duo $P^1P^2M$ figurata sunt biduo *B* aguntur *K* 14 clau•is *B* claui *K* confixis $P^1P^2M$ 16 deputantur (n *exp. et* de *euanuit*) *B* se *om. M* 19 autem inquit in *M* carne dicit necessarium $P^1P^2$ inquit *om.* $P^1P^2M$ 20 ait *om., m. 2* uult *add. B* inquit *edd.* desolui, *m. 2* disolui *B* cupio dissolui $P^1P^2$*f l r* 21 quae $P^1P^2K$ *edd.* resurrectio *M*

quae tamen nunc fide retinetur, quia iustus ex fide uiuit. ignoratis, inquit, quoniam, quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte illius baptizati sumus? consepulti ergo sumus illi per baptismum in morte. unde nisi fide? neque enim iam in nobis perfectum est adhuc in nobismet ipsis ingemescentibus et adoptionem expectantibus, redemptionem corporis nostri: Spe enim salui facti sumus; spes autem quae uidetur, non est spes; quod enim uidet quis, quid et sperat? si autem, quod non uidemus, speramus, per patientiam expectamus.

26 Quod memento quam saepe commemorem. neque iam nunc in ista uita nos beatos fieri debere arbitremur et ab omnibus difficultatibus liberos ac sic in angustiis rerum temporalium aduersus deum ore sacrilego murmuremus, quasi non exhibeat, quod promisit. promisit quidem etiam huic uitae necessaria; sed alia sunt solatia miserorum, alia gaudia beatorum: Domine, inquit, secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo exhortationes tuae iucundauerunt animam meam. non ergo murmuremus in diffi-

1 Hab. 2, 4 2 Rom. 6, 3—4 7 Rom. 8, 24—25 18 Ps. 93, 19

1 nunc in fide *$P^1P^2M$* uiuit an ignoratis *K edd. sec. Vulg.* 2 quoniam *om., in marg. m. 1 add. B* 3 ipsius *$P^1P^2$ edd. sec. Vulg.* (*Gr.* αὐτοῦ) 4 sumus ergo illi *$PP^1P^2$* ergo illi sumus *K edd.* sumus illi (*om.* ergo) *B; cf. 199, 17* mortem *K edd. sec. sacr. litt.; cf. p. 199, 18* 5 nisi||||| (*ras. 1—2 l.*) *B* enim *om., m. 2 add. K* iam iam, *m. 2* iam iamq, *P* in *om. B* perfecta *P* 6 ingemescimus *B* et *om. B* 8 enim *$P^1P^2$* 9 quis uidet *P* et *om. $PBP^1P^2M$ edd. sec. Vulg.* (*Gr.* τί καὶ ἐλπίζει) 12 merito *$P^1P^2$* quam *om. $P^1P^2M$* spe, *m. 1 corr.* sepe *$P^2$* commemoro *$P^1P^2$* ne *Kflrm* nec *ae* 13 arbitramur *M* 14 liberari *$P^1P^2M$* si, *m. 1 corr.* sic *B* angustis *B* 15 aduersum *$P^1P^2M$* dominum *MK* murmuremur *$P^1P^2$* 16 promisit *semel tantum BK* q̄dē et̄, *m. 2 supra* ds q̄ etiā *B* etiam (*om.* quidem) *M* 18 domine—meam *om. $P^1P^2M$* 19 meo *om. P* (*add. m. 1*) *B* 20 non ergo] nunc ergo, *m. 1 corr.* nunc ergo n̄ *M*

cultatibus, ne perdamus latitudinem hilaritatis, de qua dicitur: Spe gaudentes, quia sequitur: In tribulatione patientes. noua ergo uita in fide nunc inchoatur et spe geritur; nam tunc erit, cum absorbebitur mors in uictoriam, cum illa nouissima inimica destruetur mors, cum inmutati fuerimus et aequales angelis facti: Omnes enim, inquit, resurgemus, sed non omnes inmutabimur, et dominus: Erunt, inquit, aequales angelis dei. adprehensi enim sumus modo in timore per fidem, tunc autem adprehendemus in caritate per speciem. quam diu enim sumus in corpore, peregrinamur a domino; per fidem enim ambulamus, non per speciem. ipse itaque apostolus, qui dicit: Ut adprehendam, sicut et adprehensus sum, aperte se non adprehendisse confitetur: Fratres, inquit, ego me non arbitror adprehendisse. sed tamen quia ipsa spes ex promissione ueritatis certa nobis est, cum diceret: Consepulti ergo sumus illi per baptismum in morte, subiunxit et ait: Ut, quem ad modum surrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita et nos in nouitate uitae ambulemus. ambulamus ergo in re laboris sed in spe quietis, in carne

2 Rom. 12, 12  4 I Cor. 15, 54  5 I Cor. 15, 26  6 I Cor. 15, 51  8 Luc. 20, 36  10 II Cor. 5, 6—7  13 Phil. 3, 12—13  17 Rom. 6, 4

1 nec *K*  2 quia sequitur *om. B*  4 nam *om.* $P^1P^2M$  tunc perfecta erit *edd.*  absoruebitur, *m. 2* absorbebitur *B* absorbetur *P* absorbebitur mortale a uita cum absorbebitur mors *edd.*  in uictoria $BP^1P^2M$ *sec. Vulg.; Gr.* εἰς νῖκος  5 nouissima *om. P*  6 angeli *P* effecti *m*  enim *om.* $P^1P^2$ enim* *K*  7 inquit *om. P*  resurgimus *P* inmotabimur in gloria et (in gloria *exp.*) *B*  8 inquit erunt *B*  9 per fidem in timore *M*  enim *M*  10 adprehendimus *PB* apprehendemur $P^1P^2M$ *flr*  12 non *s. u. K*  13 qui *om.* $P^1P^2M$  et *om.* $BP^2$ (*add. m. 1*) *edd.*  14 aparte *K*  15 adprehendisse non arbitror *M*  17 ergo *om.* $P^1P^2$ enim *P sec. Vulg.* igitur *edd.; cf. p. 198, 4*  18 mortem *K edd. sec. sacr. litt.; cf. p. 198, 4*  quomodo *m*  19 christus surrexit *M*  resurrexit *PB*  ex *edd.*  20 ouitate *M*  uitae *om. P*  21 ambulemus *K*

uetustatis sed in fide nouitatis. dicit enim: Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem uita est propter iustitiam. si autem spiritus eius, qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, habitat in uobis, qui suscitauit Christum a mortuis, uiuificabit et mortalia corpora uestra per inhabitantem spiritum eius in uobis.

XV 27 Haec et ex auctoritate diuinarum scripturarum et uniuersae ecclesiae, quae toto orbe diffunditur, consensione per anniuersarium pascha celebrantur in magno utique, sicut iam intellegis, sacramento. et in scripturis quidem ueteribus ad agendum pascha non est praeceptum tempus nisi ex mense nouorum luna quarta decima usque ad uicesimam primam; ex euangelio tamen, quia manifestum est, quo etiam die dominus crucifixus sit et in sepultura fuerit et resurrexerit, adiuncta est etiam ipsorum dierum obseruatio per patrum concilia et orbi uniuerso Christiano persuasum eo modo pascha celebrari oportere.

28 Quadragesima sane ieiuniorum habet auctoritatem et in ueteribus libris et ex ieiunio Moysi et Heliae et ex euangelio, quia totidem diebus dominus ieiunauit demonstrans euangelium non dissentire a lege et prophetis. in persona

1 Rom. 8, 10—11 20 Ex. 34, 28 III Reg. 19, 8 21 Matth. 4, 2

1 sed in fide nouitatis *om.* *P* 2 mortuum *ex corr.*, *fuit* mortuus *K* autem *om.* *K* 3 uita est] uiuit *edd.* *praeter* *m* 4 christum iesum *PB* 5 iesum christum $P^1P^2M$ *l r m sec. sacr. litt.* uiuificauit *PB* uiuifabit $P^2$ 6 corpora] membra *B* uestra *om.*, *m. 1* ua̅ *add.* *B* 7 eius *om.*, *m. 1* ei̅ *add.* *P* 8 et ex] ex *PM* 9 confessione *K* 10 celebratur *PB* 11 intellegimus *P* 13 luna, *corr.* (*m. 2 ?*) a luna *P* a luna *edd.* in *K* 14 ex *om.* $P^1P^2M$ et ex *PK* die* (*fuit* m) *P* 15 fuit *K* resurrexerit (erit *ex corr. m. ut uid. 1*) *P* resurrexit $BP^1P^2K$ 16 adiunctum $P^1P^2K$ est *om.* *P* obseruationi *K* 17 concilia (a *in ras. uix m. 1*) *B* consilia *P* orbi* oniuerso *P* uniuerso orbi *B* persuasum est eo *K* *edd.* 19 quadragissima *B* habent *M* in] ex *P* 20 libris ex (*om.* et) *K* *edd.* *Eugippi cod. Paris. 2109* 21 demonstrans (ns *m. 2 supra ras. 3—4 l.*) *P* 22 desentire *PB* in persona—lex *om.*, *m. 2 in marg. add.* *K* in persona—prophetis *om.* *M*

quippe Moysi lex, in persona Heliae prophetae accipiuntur, inter quos in monte gloriosus apparuit, ut euidentius emineret, quod de illo dicit apostolus: Testimonium habens a lege et prophetis. in qua ergo parte anni congruentius obseruatio quadragesimae constitueretur nisi confinis atque contigua dominicae passionis, quia in ea significatur haec uita laboriosa, cui opus est continentia, ut ab ipsius mundi amicitia ieiunetur, quae utique fallaciter blandiri et inlecebrarum fucos circumspargere atque iactare non cessat? numero autem quadragenario uitam istam propterea figurari arbitror, quia denarius, in quo est perfectio beatitudinis nostrae — sicut in octonario, quia redit ad primum, ita in hoc, quia creatura, quae septenario figuratur, adhaeret creatori, in quo declaratur unitas trinitatis —, per uniuersum mundum temporaliter adnuntiatus est, quia mundus et a quattuor uentis deliniatur et quattuor elementis erigitur et a quattuor annuis temporum uicibus uariatur, decem autem quater in quadraginta consummantur, quadragenarius autem partibus suis computatus addit ipsum denarium et fiunt quinquaginta tamquam merces laboris et continentiae. neque enim frustra ipse dominus et quadraginta dies post resurrectionem in hac

1 Matth. 17, 2—5  3 Rom. 3, 21

2 quos et in *K edd.*  in monte *om. P*  5 quadragissimae *B*  nisi] nisi quae $P^1P^2M$  confini *flrm*  6 continua $P^1P^2M$  passioni *PK edd.* passionis est $P^1P^2$  quia] quę *K*  eo *M*  8 ieiunetur] eiciuntur *K*  blandire et inlecebrorum *B*  9 sucos *P*  spargere $P^1P^2$ his spargere *M*  iactari *K*  cesset *P*  10 autem *om., m. 1 add. B*  11 denario *P*  12 octogenario *K*  quia[illegible] (*ras. 1—2 l.*) *P*  in hoc mihi uidetur exprimi quia *edd.*  quia *om. B*  13 quae *om. P*  septenario numero figuratur *M*  figurat' (= figuratus) *P*  15 adnuntiatus est] annuntianda *edd.*  qui *K m*  et quatuor, *m. 1 corr.* et a quatuor *M* equattuor *K* a quattuor *B*  16 deliniatur—elementis *om.* $PP^1P^2M$  declinatur *B* delimatur *edd.*  et a quattuor *Eug.* (*Knoelli quidem codd.*)  eregitur *B* eligitur *P*  a *om.* $P^1P^2MK$ *edd.*  annuis *om.* $P^1P^2$ annis, *m. 1 corr.* annuis *B* annis *P* anni *K edd.* annus *Eugippi codd.*  17 quater] quaterni *P*  in *euanuit B om. K*  18 consummatur $P^1P^2M$ *Eugippi cod. Vat. et Paris. 2109*  19 ad**dit (*fuit* di) *P*  20 mercis *B*

terra et in hac uita cum discipulis conuersatus est et, posteaquam ascendit in caelum, decem diebus interpositis promissum misit spiritum sanctum completo die pentecostes. qui dies quinquagenarius habet alterum sacramentum, quod septies septeni quadraginta nouem fiunt et, cum reditur ad initium, quod est octauus, qui et primus dies, quinquaginta complentur, qui celebrantur post domini resurrectionem iam in figura non laboris sed quietis et laetitiae. propter hoc ieiunia relaxantur et stantes oramus, quod est signum resurrectionis. unde etiam diebus omnibus dominicis ad altare obseruatur et alleluia canitur. quod significat actionem nostram futuram non esse nisi laudem dei, sicut scriptum est: Beati, qui habitant in domo tua; in saecula saeculorum laudabunt te.

XVI 29 Sed dies quinquaginta et in scripturis commendantur, non tantum in euangelio, quia tunc spiritus sanctus aduenit, sed etiam in ueteribus libris. nam et ipsi, posteaquam pascha occiso agno celebrauerunt, quinquaginta dies numerantur usque in diem, quo lex data est in monte Sina famulo dei Moysi digito dei scripta, in libris autem euangelii aper-

12 Ps. 83, 5 17 Ex. 12, 6; 19, 1 sqq.; 31, 18

1 hac] ac *P* 2 postquam *P* caelum et decem *PM* 3 promis-s*um *B* pentecosten *P Eugippi codd.* 4 quinquagenarius *om.* $P^1P^2$ 5 septem $BP^1P^2M$ *edd.* *et *B* re*ditur (*fuit* d) *P* 6 qui $P^1P^2m$ quadraginta *M* 7 quia celebratur *P* iam *om.* *M* 8 figurā $P^1P^2M$ *Eugippi cod. Vat.* quietis et] quiete $P^1$ quietę $P^2$ qriete *M* laetitiae et propter *B* hoc et ieiunia *K edd.* 10 omnibus diebus dominicis *B edd.* diebus dominicis omnibus *M* ad] id ad *edd.* 11 et *ex* ut *aut contra* (*m. 1?*) *P* canitur, *m. 2* canatur *P* significat (*ex corr.*, *fuisse uid.* significatur) actionem *K* significationem (*post* c *supra u. m. 2* at) *P* 12 figuram, *m. 2* futuram *P* laudare deum *PK edd.* 13 domu *B* tua in, *m. 1 corr.* tua dn̄e in *B* tua domine in *edd. sec. Vulg.* 15 quinquagesimus *PK edd.* in *om.* $P^1P^2MK$ commendatur *PK edd.* non] et non $P^1P^2m$ 16 uenit spiritus sanctus $P^1P^2$ 17 ipse *P* ibi *K edd.* occiso agno pascha $P^1P^2$ 18 dies quinquaginta *edd.* 19 in] ad *K edd.* est *om.* *P* montĕ *M* sinai *B* moysi famulo dei *M* 20 dei] at̄ (= autem) *B* euangelii** (*ras. 2—3 l.*) *B*

tissime declaratur digitum dei significare spiritum sanctum. cum enim unus euangelista dixisset: In digito dei eicio daemonia, alius hoc idem ita dixit: In spiritu dei eicio daemonia. quis hanc laetitiam diuinorum sacramentorum, cum sanae doctrinae luce clarescunt, non praeferat uniuersis mundi huius imperiis etiam inusitata felicitate pacatis? nonne tamquam duo Seraphin clamant ad inuicem concinentia laudes altissimi: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaoth? ita duo testamenta fideliter concordantia sacratam concinunt ueritatem. occiditur ouis, celebratur pascha et interpositis quinquaginta diebus datur lex ad timorem scripta digito dei: occiditur Christus, qui tamquam ouis ad immolandum ductus est, sicut Esaias propheta testatur, celebratur uerum pascha et interpositis quinquaginta diebus datur ad caritatem spiritus sanctus, qui est digitus dei, contrarius hominibus sua quaerentibus et ideo iugum asperum et sarcinam grauem portantibus nec inuenientibus requiem animabus suis, quia caritas non quaerit, quae sua sunt. ideo animositas haereticorum semper inquieta est, quos magorum Pharaonis habere conatum declarat apostolus dicens: Sicut enim Iamnes et Mambres restiterunt Moysi, sic et hi resistunt ueritati homines mente

2 Luc. 11, 20 3 Matth. 12, 28 8 Es. 6, 3 12 Es. 53, 7 18 I Cor. 13, 5 22 II Tim. 3, 8—9

2 unus *om.* $P^1P^2M$ eiecio *B* 3 ita *om.* *P* eiecio *B* 5 san*e *B* p̄ferat, *m. 2* p̄ferat *P* 6 inhusitate (h *eras.*) *P* fidelitate *B* pacaturis $P^1P^2$ pacis *P* 7 seraphim *MK f l r m* continentia $P^1P^2M$ continentiam *P* (*m. 2 del.* m) *B* conscientiam *K* concinentia *m* concinentiam *cett. edd.* laudis *P* (*m. 2* laudes) *BMK edd. praeter m* 9 testamenta *ex corr. m. 1, fuit* testamenti *K* testamento $P^1$ cord*antia (*fuit* i) *P* sacratam *euanuit B* 10 ueritatem concinnunt *B* 12 ociditur *corr. ex* ocidatur *K* 13 sicuti *B* propheta *om.* $P^1P^2M$ *edd.* 14 uerum] iterum $P^1P^2$ 18 suis *om.*, *m. 1* (?) *add.* *P* quia* (n̄ *eras.*) $P^2$ sua *om.* *M* 19 sunt et ideo *B* 20 q (= quia) *B* conantum *M* 21 iannes *B* (*ras. ex* iamnes) *P* (*m. 2* iamnes) mamres, *m. 2* mambres *P* manbres *K* 22 sic** (*ras. 1—2 l.*) *B* hi* (*fuit* i) *P* hii *B* isti *K edd.* restiterunt *P* mente *om.*, *m. 1 add.* *B*

corrupti, reprobi circa fidem; sed ultra non proficient; dementia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut et illorum fuit. quia enim per ipsam corruptionem mentis inquietissimi fuerunt, in signo tertio defecerunt fatentes sibi aduersum esse spiritum sanctum, qui erat in Moyse. nam deficientes dixerunt: Digitus dei est hic. sicut autem conciliatus et placatus spiritus sanctus requiem praestat mitibus et humilibus corde, ita contrarius et aduersus inmites ac superbos inquietudine exagitat. quam inquietudinem muscae illae breuissimae significauerunt, sub quibus magi Pharaonis defecerunt dicentes: Digitus dei est hic.

30 Exodum lege et uide, ubi pascha celebrauerunt, post quot dies data sit lex. loquitur deus ad Moysen in heremo Sina die tertia tertii mensis. nota ergo unum diem ex ingressu ipsius tertii mensis et uide, quid dicat inter cetera: Descende, inquit, testare populo et purifica illos hodie et cras et lauent uestimenta sua et sint parati in diem tertium. tertia enim die descendet dominus in montem Sina coram omni populo. tunc data est

6 Ex. 8. 19 13 Ex. 19, 1 15 Ex. 19, 10—11

1 pficient *ex* pficient *P* profient, *m. 2* proficient $P^2$ 2 enim *om. M Eugippi cod. Vat.* erit manifesta *edd.* hominibus *P* 3 correptionem, *m. 2* corruptionem *P* 5 fatantes *B* 6 moysen *PB* mosen *Eugippi cod. Vat.* hoc *K Eugippi cod. Paris. 2109 et Vercell.; Vulg.* hic, *Septuag.* τοῦτο; *cf. u. 11* 7 et placatus *om. P* et pacatus *M* sanctus *om.* $P^1P^2$ 9 inmitis ac superbos, *m. 2* inmitibus ac superbis *P* inquietudine exagitat quam *om.*, *m. 2* quam *add. P* 10 misticae, *m. 2* muscae *P* grauissimae *edd. praeter m* 11 hic est *M* est hoc *K Eugippi cod. Vat. et Vercell.; cf. u. 6* 12 quod, *m. 2* quot *P* 13 est *P* dñs *B* herimo *B* sina *om. K* sinai *B* sina dicens *P* 14 die tertia (*m. 2 s. u. add.* tertii) mensis *B* die tertio mensis $PP^1P^1M$ in die tertii mensis *K* de tertii mensis die *a e* die tertio mensis tertii *f l r* die primo mensis tertii *m* 15 tertio *B* uides *PB* (*m. 2 del.* s) qd' (= quod) *M* discende, *m. 2* descende *B* descede, *m. 1 corr.* descende *P* 16 inquit et contestare $P^1P^2$ 17 et labent (*m. 2* lauent) *B* lauent $P^1P^2M$ 18 descendit *K* discendit, *m. 2* descendit *B* 19 monte *BMK* est *om. BK*

lex tertia scilicet die tertii mensis. numera itaque a quarta decima primi mensis, quo factum est pascha, usque ad diem tertium tertii mensis, inuenies decem et septem primi mensis, triginta secundi, tres tertii, qui fiunt quinquaginta. lex in arca est sanctificatio in corpore domini, per cuius resurrectionem nobis requies futura promittitur, ad quam percipiendam sancto spiritu caritas inspiratur. spiritus autem nondum erat datus, quia Iesus nondum erat clarificatus. inde prophetia illa cantata est: Exsurge, domine, in requiem tuam, tu et arca sanctificationis tuae. ubi requies, ibi et sanctificatio. unde nunc ut amemus et desideremus, pignus accepimus. uocantur autem ad requiem alterius uitae, quo ab ista uita transitur, quod pascha significat, omnes in nomine patris et filii et spiritus sancti.
] 31 Propterea quinquagenarius numerus ter multiplicatus addito ad eminentiam sacramenti ipso ternario in illis magnis piscibus inuenitur, quos dominus iam post resurrectionem nouam uitam demonstrans a dextera parte leuari imperauit; nec retia rupta sunt, quia tunc haereticorum inquietudo non erit. tunc homo perfectus et quietus. purgatus in anima

7 Ioh. 7, 39 9 Ps. 131, 8 14 Matth. 28, 19 16 Ioh. 21, 6; 11

1 tertio, *m. 2* tertia die *B* tertio *K edd.* die *om. B* dies (s *eras.*) *P* a quarto decimo *K edd.* 2 mensis *om. M* q, *m. 2* q *B* quo* (d *eras.*) *P* die quo *edd.* in *B* 3 tertium *om. K* mensis et inuenies *M edd.* VII, *m. 1 corr.* XVII *B* decem et septem dies *edd.* 5 est] et *PBP¹P²M Eugippi cod. Paris. 2109* 6 futura] figuratur *P* quam *om. M* percipiendum *P* 7 spiritu sancto *edd.* 8 quia] cum *K* glorificatus *P sec. Vulg.* 9 unde *K edd.* illa *m. 2 s. u. K* 11 et *om. P²* (*m. 1 add.*) *K edd.* ut *ex corr. m. 2, fuit* et *K* 1° pimus uocamur *B* 13 uita *om. K* 15 numerus *om. B* 16 in] ut, *m. 1 corr.* ut in *P¹* ut in *P²* et in *m* 17 quod *P* iam dominus *edd.* iam *om. B* 18 ad dexteram partem *PP¹P²M* praecepit *B* 19 retia disrupta *K* retię ruptae *P* inquietudo non *euanuit, m. 2* peruersitas non *B* 20 non *ex corr., fuisse uid.* si *uel* fi *K* est *P¹P²* quietus et perfectus *Eugippi cod. Vat.* purgatus, *m. 2* purgabitur *B* purgatur *P* animo *f l r m*

et corpore per eloquia domini casta, argentum igne examinatum terrae, purgatum septuplum accipiet mercedem denarium, ut sint decem et septem. nam et in hoc numero sicut in aliis multiplices figuras exhibentibus sacramentum mirabile reperitur. nec inmerito etiam psalmus septimus decimus in regnorum libris solus integer legitur, quia regnum illud significat, ubi aduersarium non habebimus. titulus enim eius est: In die qua eruit eum dominus de manu omnium inimicorum eius et de manu Saul. quis enim figuratur in Dauid nisi ille, qui uenit secundum carnem ex semine Dauid? qui utique in corpore suo, quod est ecclesia, adhuc patitur inimicos. unde illi persecutori, quem uoce mactauit et in suum corpus traiciens quodam modo manducauit, sonuit de caelo: Saule, Saule, quid me persequeris? quando autem eruetur hoc corpus eius de manu omnium inimicorum eius, nisi cum et illa nouissima inimica destruetur mors? ad hoc tempus pertinet numerus ille centum quinquaginta trium. piscium. nam et ipse numerus decem et septem surgens in trigonum centum quinquaginta trium summam complet. ab uno utique usque

1 Ps. 11, 7 2 Matth. 20, 2; 9—10; 13 5 II Reg. 22, 2—51 8 II Reg. 22, 1 10 Rom. 1, 3 14 Act. 9, 4 16 I Cor. 15, 26

1 et in *K edd.* corpore *corr. ex* corpora *K* 2 exanimatum *B* septuplo *P* 3 et sin (*m. 2 s. u. add.* t) *K* ut sunt *B* 4 multiplicib; *P* 5 mirabiliter *K* etiam *om.* $P^2$ 6 in regum librum *P* in libro regnorum *Eugippi cod. Vat.* solus integer loquitur *K* solus intellegitur *P* legitur (*om.* solus integer) $P^1P^2M$ 7 habemus *P* 8 est enim eius *B* eius est (*om.* enim) *P* eripuit *** (*fuit* eum) dominus dauid de *P* 9 de *bis M* omnium *om. K* 13 uoce *ex corr., fuisse uid.* uocē *K* mactauit] agnouit *P* 16 cum *om. P* et *bis M om. B Eugippi cod. Vercell.* 17 pertinuit $P^1P^2m$ 18 nam *om. P* 19 ille *M* ·X· et ·VII· $P^1$ decim (*m. 2* decem) et septies *B* decem et septies *Eugippi codd.* decem septies *P* septimus decimus *K edd.* trigonium *B* CLIII. *B Eug.* centum quinquaginta tres $PP^1P^2M$ 20 summa *K* complent $P^1P^2M$ conpleta s*unt *P* ab uno *om. P* itaque *K* quoque *a* quippe *cett. edd.*

ad decem et septem surgens omnes medios adde et inuenies: ad unum scilicet adde duo, fiunt utique tria; adde tria, fiunt sex; adde quattuor, fiunt decem; adde quinque, fiunt quindecim; adde sex, fiunt uiginti unum; adde ita ceteros et ipsum septimum decimum, fiunt centum quinquaginta tria.

32 Haec de scripturis firmissime tenentur, id est pascha et pentecoste. ut quadraginta illi dies ante pascha obseruentur, ecclesiae consensio roborauit; sic etiam, ut octo dies neophytorum distinguantur a ceteris, id est ut octauus primo concinat. ut autem alleluia per illos solos dies quinquaginta in ecclesia cantetur, non usquequaque obseruatur; nam et aliis diebus uarie cantatur alibi atque alibi, ipsis tamen diebus ubique. ut autem stantes et in illis diebus et in omnibus dominicis oremus, utrum ubique seruetur, ignoro; tamen quid in eo sequatur ecclesia, dixi, ut potui, et arbitror esse manifestum.

33 De lauandis uero pedibus, cum hoc dominus propter humilitatis formam, quam docendam uenerat, commendauerit, sicut ipse consequenter exposuit, quaesitum est, quonam tempore potissimum res tanta etiam facto doceretur, et in illud tempus

17 Ioh. 13, 14

1 ·X· et ·VII· $P^1$ VII et X· *B* decem septem *Eugippi cod. Vat.* sur (gens *in fine u. om.*) *M* urgens *K* omnes *om.* $P^1P^2M$ *Eug.* (*Knoelli quidem codd.*) medias *Eugippi codd.* (*unus Vercell.* monas) 2 duos *P* adde tertia fiunt *P* 3 adde* IIII *B* 4 itaque *K* 5 XVIIum *B* decimum septimum *edd.* CLIII *B Eug.* CL tres $P^1P^2M$ centum quinquaginta tres *P* centum quinquaginta triū *K* 6 haec] ad haec *K* id est *om. P* 7 pentecosten *BK Eugippi codd.* pentecostes $PP^1P^2M$ *m* ut] nam ut *K edd.* 8 confessio *P* consuetudo $P^1P^2$ *f l r m* sic etiam] Dič etiam *K* scientiam *P* neophitarum $P^1P^2M$ 10 concinnat *B* per—quinquaginta *om. P* 11 ecclesię *P* canatur *M* 12 alis, *m. 1 corr.* aliis *B* atque alibi *m. 2 s. u. K* ipsis] in ipsis *B* ipsius *P* tamen] autem *P f l r m* 13 diebus *om. M* et *om. edd.* in illis] illis *K* in *om. BK edd.* 15 in eo quid sequatur et aecclesia *K* 17 dominus hoc propter formam humilitatis propter quam *edd.* 18 docendum $P^1P^2K$ 19 quaesitum est *om.* $P^1P^2$ quo, *m. 1 corr.* quonam *B* 20 potissimo *K* in *om. K edd. praeter l r*

occurrit, quo ipsa commendatio religiosius inhaereret. sed ne ad ipsum baptismi sacramentum pertinere uideretur, multi hoc in consuetudinem recipere noluerunt. nonnulli etiam de consuetudine auferre non dubitauerunt. aliqui autem, ut hoc secretiore tempore commendarent et a baptismi sacramento distinguerent, uel diem tertium octauarum, quia et ternarius numerus in multis sacramentis maxime excellit, uel etiam ipsum octauum, ut hoc facerent, elegerunt.

34 Miror sane, quid ita uolueris, ut de his, quae uarie per diuersa loca obseruantur, tibi aliqua scriberem, cum et non sit necessarium et una in his saluberrima regula retinenda sit, ut, quae non sunt contra fidem neque bonos mores et habent aliquid ad exhortationem uitae melioris, ubicumque institui uidemus uel instituta cognoscimus, non solum non inprobemus, sed etiam laudando et imitando sectemur, si aliquorum infirmitas non ita impedit, ut amplius detrimentum sit. si enim eo modo impedit, ut maiora studiosorum lucra speranda sint quam calumniatorum detrimenta metuenda, sine dubitatione faciendum est, maxime id quod etiam de scripturis defendi potest sicut de hymnis et psalmis canendis, cum et ipsius domini et apostolorum habeamus

1 occurret *B* occurri et *K* quod *P* relegisius, *m. 2* religiosius *P* inheret *in ras.* (*m. 1?*) *B* 2 sacramentum baptismū *M* sacramentum baptismi *edd.* uideretur pertinere *edd.* 3 consuetudine *BP¹P²M* 5 secreto ore *M* et sacratiore *K m* sacratiorē *cett. edd.* a *om., m. 1 add. M* ad (d *eras.*) *P* sacramento *putredine euanuit B* secreto *M* 6 distingueretur *M* quia *eternarius (*fuit* a) *P* quia ternarius *K* 7 in *om., m. 1* (?) *add. B* 9 uoluerit *P* de iis *f l r m* q; *P* quae* *M* 10 seruantur, *corr.* (*m. 1?*) obseruantur *B* 11 et in uno his *B* detinenda *P¹P²M* 12 sit at q; non *P* neque contra bonos *PP¹P²M edd.* 13 hortationem *B* 14 institui* (*fuisse uid.* t) *P* instrui *P¹P²* 15 sectemus *postr. l. ex ras. et corr. m. ut uid. 1 P* 16 aliquando *M* inpendit *B* 17 sit *ras. ex* fit *M* si] sic *B* enim *om., m. 2 add. B* impediat *K edd.* maiorū (= maiorum) *B* 18 calumniatorē *P* 19 sit *M* id *om. P¹P²* inquit *M* 21 cum *om. P* et ipsius] ipsius *K* habemus *P¹P²*

exemplum et praecepta. de hac re tam utili ad mouendum pie animum et accendendum diuinae dilectionis affectum uaria consuetudo est et pleraque in Africa ecclesiae membra pigriora sunt, ita ut Donatistae nos reprehendant, quod sobrie psallimus in ecclesia diuina cantica prophetarum, cum ipsi ebrietates suas ad canticum psalmorum humano ingenio compositorum quasi ad tubas exhortationis inflamment. quando autem non est tempus, cum in ecclesia fratres congregantur, sancta cantandi, nisi cum legitur aut disputatur aut antistites clara uoce deprecantur aut communis oratio uoce diaconi indicitur?

35 Aliis uero particulis temporum quid melius a congregatis Christianis fiat, quid utilius, quid sanctius omnino non uideo. quod autem instituitur praeter consuetudinem, ut quasi obseruatio sacramenti sit, adprobare non possum, etiam si multa huius modi propter nonnullarum uel sanctarum uel turbulentarum personarum scandala deuitanda liberius inprobare non audeo. sed hoc nimis doleo, quam multa, quae in diuinis libris saluberrime praecepta sunt, minus curantur; et tam multis praesumptionibus sic plena sunt omnia, ut grauius corripiatur, qui per octauas suas terram nudo pede tetigerit,

1 exemplum] exempla *K* documenta et exempla *edd.* tm̄ *B* utilia *codd. a e* (praecepta de hac re tam utilia. Ad *etc.*) utili *cett. edd.* monendum *P* 2 accedendum *K* lectionis *K* affectu *P* 3 et] cum $P^1P^2$ plerisque $PBP^1P^2M$ 4 pigri *P* sint $PBP^1P^2M$ reprehendānt *P* reprehendunt *B* quo, *m. 2* quod *B* proprie $P^1P^2$ proprię *M* 5 psalmus *P* ipse *M* 6 cantum *K* conporsitorum *B* 7 ad *om. edd. praeter m* 8 in *om. B* 9 sancta *bis, alterum del. B* cantanda *M* legitur ut disputatur aut disputatur *B* antistes (tis *in ras. m. fortasse 1*), *m. 1 corr.* antistetes. *m. 2* antistites *B* antistes *m* 10 diprecantur, *m. 2* deprecantur *B* precantur $P^1P^2M$ deprecatur *m* 12 utilius $P^1P^2$ a, *m. 2* ac *B* 13 fiat *om. B* 14 constituitur *P* 15 sacramenti fit *P* sacramentis ista *K* possumus *P* multas *B* 16 uel turbulentarum *om. P* uel per turbulentarum *M* 18 quam, *m. 2* qm̄ *B* quod $P^1P^2M$ *m* quia *K cett. edd.* quae *om. P* in dinis (*m. 1 corr.* diuinis) *P* uidimus *M* 19 tam *om. P* tamen *B* 21 arripiatur *P*

quam qui mentem uinolentia sepeliuerit. omnia itaque talia. quae neque sanctarum scripturarum auctoritatibus continentur nec conciliis episcoporum statuta inueniuntur nec consuetudine uniuersae ecclesiae roborata sunt, sed diuersorum locorum diuersis motibus innumerabiliter uariantur, ita ut uix aut omnino numquam inueniri possint causae, quas in eis instituendis homines secuti sunt, ubi facultas tribuitur, sine ulla dubitatione resecanda existimo. quamuis enim neque hoc inueniri possit, quo modo contra fidem sint, ipsam tamen religionem, quam paucissimis et manifestissimis celebrationum sacramentis misericordia dei esse liberam uoluit, seruilibus oneribus premunt, ut tolerabilior sit condicio Iudaeorum, qui, etiam si tempus libertatis non cognouerunt, legalibus tamen sarcinis, non humanis praesumptionibus subiciuntur. sed ecclesia dei inter multam paleam multaque zizania constituta multa tolerat et tamen, quae sunt contra fidem uel bonam uitam, nec adprobat nec tacet nec facit.

XX 36 Itaque illud, quod scripsisti quosdam fratres ita temperare a carnibus edendis, ut inmundas arbitrentur, apertissime contra fidem sanamque doctrinam est. sed hinc ego si diutius disputare uoluero, potest putari a nonnullis obscure hinc

1 mente *K* a uiolentia (*m. 1 corr.* uinolentia) *B* a uinolentia *PM* sepellierit *K* saepe*lierit *P* sepelierit *edd.* namque $P^1P^2$ 2 neque *om. B* scripturum, *m. 1 corr.* scripturarum *P* auctoribus *K* 3 nec] aut nec $P^1P^2$ in conciliis *edd.* 4 uniuersa *P* sed pro diuersorum *m* 5 locorum diuersis *om. K* colorum diuersis *P* moribus *edd.* 6 nun, *m. 2* nunquam *P* possit, *m. 1 corr.* possint *B* 7 constituendis $P^1P^2M$ sint $P^1P^2$ 8 enim *om.* $P^1P^2M$ 9 fidem *om. M* sit $P^1P^2M$ fit *B* 10 et *om*, *m. 1 add. B* 11 misericordiam *B* uoluit *om. PB* 12 consuetudo $P^1P^2$ quia $P^1P^2M$ 13 libertatis tempus *B* agnouerunt *K m* agnouerint *cett. edd.* 14 subieciuntur *B* 15 inter multa zizania (*om.* multam paleam *et* que) *P* 16 tamen multa que sunt *P* uel bonam uitam nec] uel bonis nec *M* nec bonus $P^1$ nec bonis, *m. rec. graphio cerussato* nec bonus $P^2$ uel bonam uitam non *edd.* 18 quo *K* quodam, *m. 2* quosdam *B* temperare se a $P^1P^2M$ *l r m* 19 immunda, *m. 1 add.* s $P^2$ 20 * doctrinam *B* sed] ex $P^1P^2$ *l r m* et *M* ergo $PP^1P^2M$ *l r m* diutius *om. P* 21 putari (i *corr. ex* e) *K* obscuris *B*

apostolum praecepisse, qui etiam inter multa, quae de hac re dixit, sic detestatus est haereticorum impiam opinationem, ut diceret: Spiritus autem manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus recedent quidam a fide adtendentes spiritibus seductoribus et doctrinis daemoniorum in hypocrisi mendaciloquorum cauteriatam habentes conscientiam suam, prohibentes nubere, abstinere a cibis, quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus et his, qui cognouerunt ueritatem, quia omnis creatura dei bona est et nihil abiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur; sanctificatur enim per uerbum dei et orationem. et alio loco de his rebus loquitur: Omnia, inquit, munda mundis; inmundis autem et infidelibus nihil est mundum, sed polluta sunt eorum et mens et conscientia. tu ipse lege cetera et recita, quibus potes. non in se inritam faciant gratiam dei, quia in libertate uocati sumus; tantum ne libertatem in occasionem carnis adsumant et ideo iam nolint refrenandae carnalis concupiscentiae

3 I Tim. 4, 1—5 14 Tit. 1, 15 18 Gal. 5, 13

1 apostolus *K* praecepisse *om., m. 2 in margine add.* *P* praecipisse, *m. 2* praecepisse *B* 2 de*testatus (*fuit* s) *M* opinionem $P^1P^2$*MK edd.* 4 reced⁝⁝⁝ent (*ras. 1—2 l.*) quidem *B* fidē (*~ eras.*) *M* 5 adtendentibus, *m. 2* adtendentes *B* seductionis $P^1P^2$ *l r m sec. Vulg.* 6 ypochrisin *K* mendati loquorum, *corr.* (*m. 1?*) mendatio loquencium *P* loquentes mendacium $P^1P^2$ *sec. Vulg.* 7 habentium *P sec. sacr. litt.* prohibentes suam conscientiam *K* suam *om.* $P^1P^2$*M* prohibentium *M sec. sacr. litt.* 8 abstinentes *PB; cf. Gr. cum Tischendorfi adnotatione* creauit *om. B* 10 iis *f l r m* 14 omnia | omnia enim (enim *del. m. uix 1*) *B* et omnia quidem *K* inquit *om. K m* munda* (*fuit* m) *P* 16 pollutae *K; cf. Vulg.* eorum *om., m. 1 add.* $P^2$ 17 non] ne $P^1P^2$ *a e f l r* ut ne *m* inritam fingant *B* inritant *P* 18 qua *M* in *om. B* libertatem *m* sunt *K edd.* 19 occassione (*alterum* s *exp.*) *B* asummant *P* 20 ido *M* tam *K* nolunt $P^1P^2$ ñ *K* refrenari de *P* carnis $P^1P^2$*M l r m*

causa a quibuslibet cibis temperare, quia non eis permittitur superstitiose atque infideliter facere.

37 Hi uero, qui de paginis euangelicis sortes legunt, etsi optandum est, ut hoc potius faciant, quam ad daemonia consulenda concurrant, tamen etiam ista mihi displicet consuetudo, ad negotia saecularia et ad uitae huius uanitatem propter aliam uitam loquentia oracula diuina uelle conuertere.

XXI 38 Haec tibi satis esse ad ea, quae requisisti, si non putaueris, nimis ignoras et uires et occupationes meas. tantum enim absum ab eo, quod putasti nihil me latere, ut nihil in epistula tua legerim tristius, quia et apertissime falsum est et miror, quia hoc te latet, quod non solum in aliis innumerabilibus rebus multa me latent, sed etiam in ipsis sanctis scripturis multo nesciam plura, quam sciam. sed ideo spem in nomine Christi non infructuosam gero, quia non solum credidi deo meo in illis duobus praeceptis totam legem prophetasque pendere, sed etiam expertus sum experiorque cotidie, quando quidem nullum mihi sacramentum aut aliquis sermo admodum obscurior de sacris litteris aperitur, ubi non eadem praecepta reperiam: Finis enim praecepti est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta, et: Plenitudo legis caritas.

17 Matth. 22, 40 21 I Tim. 1, 5 23 Rom. 13, 10

1 a *om.* *P* conparare *B* non hoc eis p̄mittitur *K* 3 hii *K* paganis euangelicas, *ras. corr.* paginis euangelicis *P* 4 haec $P^1P^2M$ quam ut ad *K* 5 concurrant *om.* *B* etiam *om.* $P^1P^2M$ et *Eug.* ipsa *B* mihi *om.* $P^1P^2M$ 7 propter aliam uitam *om.* *P* ali///am (*ras. 1—2 l.*) *B* uelle] *** (*fuit* uel) *P* 9 haec ubi *K* hactibus, *m. 2 post* h *s. u. add.* e *P* haec tibi si *edd.* requisisti* (*fuit* s) *P* resisti *K* si *om. edd.* 11 enim *om.* *P* putasti* (*fuit* s) *P* 12 tristis *B* quia et] quia *B* 13 quod] quia $P^1P^2$ in aliis in innumerabilibus *M* in numerabilibus, *m. 2* in aliis numerabilibus *P* 14 rebus *om.* $P^1P^2M$ scripturis sanctis *B* 16 non *om.*, *m. 1 add.* *B* influctuosam *P* 17 dn̄o *P* illis *om.* $P^1P^2M$ 18 pendere prophetasque *B*; *cf. Vulg.* 19 mihi *om.* *P* aut *om.* *P* 20 de scripturis aperitur $P^1P^2M$ 22 bona] pura *P*

39 Itaque et tu, carissime, siue ista siue alia sic lege, sic disce, ut memineris uerissime dictum: Scientia inflat. caritas autem non aemulatur, non inflatur. sic itaque adhibeatur scientia tamquam machina quaedam, per quam structura caritatis adsurgat, quae manet in aeternum, etiam cum scientia destruetur, quae ad finem caritatis adhibita multum est utilis, per se autem ipsa sine tali fine non modo superflua sed etiam perniciosa probata est. scio autem, quae te cogitatio sancta custodiat sub umbraculo alarum domini dei nostri. sed ideo haec etsi breuiter monui, quoniam noui eandem ipsam caritatem tuam, quae non aemulatur, hanc epistulam multis daturam atque lecturam.

## LVI.

DOMINO EXIMIO MERITOQUE HONORABILI ET DILECTISSIMO FILIO CELERI AUGUSTINUS.

1 Promissi mei et tuae uoluntatis inmemor non sum. sed quoniam uisitandarum ecclesiarum ad meam pertinentium curam necessitate profectus sum, nec per me ipse debitum

2 I Cor. 8, 1   3 I Cor. 13, 4   5 I Cor. 13, 8   9 Ps. 16, 8; 56, 2

2 meminerimus *B*   inflat caritas aedificat caritas *K edd. sec. sacr. litt.*   3 autem *om.* $P^1P^2$   non inflatur non aemulatur *BM*   inflat *edd.*   itaque ut adhibeatur *P*   4 scientiã (*~ eras.*) *P*   5 maneat *K edd.*   et $P^1P^2M$   6 cum] tunc $P^1P^2$   distruetur *B* destruetur, *m. 1 corr.* non destruetur $P^1$ non destruetur $P^2M$   quia *M*   fidem *B*   7 est *om., m. 1 add. B*   ut illis *P*   8 scio *spatio relicto om. M* te $P^1P^2$   autem] etiam *B*   quae *om.* $P^1P^2M$ qua, *m. 2* quia *B* quam *edd.*   9 te *om.* $BP^1P^2$   sancta, *m. 2* sancta te *B*   10 dei *om. B*   11 ipsam *om. M*   non *om. B*   12 explicit secunda ad ianuarium de obseruatione paschae deo laudes amen *B* explicit epitula (*sic!*) beati agustini ad ianuarium secunda *P* finit $P^1$ explicit epistula s̄ augustini episcopi ad ianuarium de pascha $P^2$

*T = cod. Trecensis 40 s. XIII.*
*H = cod. Mus. Brit. Harl. 3107 s. XIII.*
*V = cod. Vaticanus 495 s. XV.*
*U = cod. Vaticanus 499 s. XV.*

15 Augustinus] augustinus in domino salutem *V*

continuo reddere potui nec tibi tamen diutius deberi uolui, quod posset et me habente redhiberi. proinde carissimo filio presbytero Optato delegaui, ut eis horis, quas tibi opportuniores uideris, tecum legat ea, quae pollicitus sum. cum totum fieri posse perseuserit, hoc etiam eximietas tua quam grate acceperit, tam inpigre atque acriter facere suadebit. quantum autem te diligam salubribusque studiis in rerum diuinarum atque humanarum cognitione oblectari atque exerceri uelim, credo, quod optime intellegas.

2 Caritatem officii mei si non aspernaris, spero in ipsa fide Christiana et in moribus iam ita constitutae personae tuae congruis tales te prouectus habiturum, ut huius fumi uel uaporis temporalis, quae uita humana dicitur, ultimum diem, quem nulli mortalium euitare conceditur, uel auidus uel securus uel certe non desperate sollicitus non in uanitate erroris sed in soliditate ueritatis expectes. quam certum est enim tibi uiuere te, tam sit certum doctrina salutari istam uitam, quae in deliciis temporalibus agitur, in comparatione uitae aeternae, quae nobis per Christum atque in Christo promittitur, non uitam sed mortem esse deputandam. nullo modo autem dubitauerim de indole tua, quod ista consuetudine Donatistarum facillime te extrahes, si religiosissime ipsam Christianam puritatem non paruipenderis. quam inconcussis enim documentorum firmamentis error ille conuincatur, non magnum est etiam tardis ingenio, si tantum patienter atque intente audierint, peruidere. sed ad sectandam insolitam rectitudinem usitatae quasi familiaris peruersitatis uinculum abrumpere maiorum uirium est. et nequaquam desperandum adiuuante atque exhortante ipso domino deo nostro de gene-

12 Iac. 4, 15

1 nec tibi tamen *scripsi;* me tibi tamen *TVU edd.* me tamen tibi *H* deberi (*corr.* debere) uolui *V* debere nolui *edd.* 2 possit *U* 15 desperare *HVU* 16 exspectas, *corr. m. 1* exspectes *H* 18 agitur temporalibus *signis corr. V* 26 audiuerint prouidere *VU* 27 quasi] et quasi *edd.* 29 cohortante *VU*

rosa libertate atque plane uirili pectore tuo. incolumem te domini dei nostri misericordia tueatur, domine eximie meritoque honorabilis et dilectissime fili.

## LVII.

DOMINO DILECTISSIMO MERITOQUE HONORABILI AC SUSCIPIENDO FILIO CELERI AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Nullam fuisse iustam causam, cur ab orbe terrarum, quo ecclesia catholica secundum prophetica et euangelica promissa diffunditur, se pars Donati dirimeret, credo, quod magis quoque considerans prudentia tua facillime intellegit. de qua re si diligentior disputatio necessaria est, memini me ad legendum dedisse beniuolentiae tuae codicem, cum id te petisse carissimus tuus mihi filius, meus Caecilius, intimasset. qui codex non paucis diebus apud te fuit. quem si rei huius cognoscendae studio uel inter occupationes tuas legere siue uoluisti siue potuisti, non dubito comperisse prudentiam tuam nihil eos habere, quod probabiliter contradicant. et si quid te forte adhuc mouet, quantum deus donat ac sinit, forte poterimus respondere interroganti aut ad legendum itidem aliquid dare, domine dilectissime meritoque honorabilis ac suscipiende fili.

2 Quapropter peto unitatem catholicam regioni Hipponiensi diligentius commendes hominibus tuis, maxime Paterno et

3 uenerabilis *VU*

*T* = *cod. Trecensis 40 s. XIII.*
*R* = *cod. Vaticanus 494 s. XIII ex.*
*V* = *cod. Vaticanus 495 s. XV.*
*U* = *cod. Vaticanus 499 s. XV.*

*H* = *fragm. cod. Mus. Brit. Harl. 3107 s. XIII: p. 216, 16* (incolumem) — *18*

5 suspiciendo *R* 8 catholica ecclesia *RVU* 11 necessaria] nota *VU* 13 mihi tuus *m* mihi *T cett. edd.* 15 legeres *TR* 18 donat *ex* donac *m. 1 R* 21 suspiciende *RV* 22 regioni, *corr.* regionis *VU* ipponensis *VU* Hipponensi *edd.* 23 comi'ndes *T*

Maurusio. uigilantiam cordis tui noui nec opus est, arbitror, plura scribere, cum, si uolueris, facillime possis, et quid alii curent et caueant in possessionibus tuis et in re tua quid agatur, addiscere. in re tua esse mihi ualde adfirmatum est amicum, cum quo cupio concordare; peto faueas ad hanc rem, ut et inter homines magnam laudem et apud deum habeas magnam mercedem. iam enim mihi per quendam Carum utriusque nostrum medium mandauerat se nescio quos uiolentos suos timere, ne faceret, quos in re tua et te fauente timere non poterit; nec ipse in eo debes diligere non constantiam sed plane pertinaciam. turpe est enim mutare sententiam sed ueram et rectam, nam stultam et noxiam etiam laudabile et salubre est. sicut autem constantia non sinit hominem deprauari, sic pertinacia non sinit corrigi; proinde sicut illa laudanda, sic ista emendanda est. presbyter, quem misi, reliqua tuae prudentiae planius intimabit. incolumem felicemque te dei misericordia tueatur, domine dilectissime meritoque honorabilis ac suscipiende fili.

## LVIII.

DOMINO EXIMIO ET MERITO SUSCIPIENDO ATQUE IN CHRISTI VISCERIBUS DILECTISSIMO FILIO PAMMACHIO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Bona opera tua Christi gratia germinantia te nobis in membris eius honorandum et plane notissimum dilectissi-

1 esse *RVU* 8 carum *om. T edd. praeter m* uestrum *VU* 9 suos uiolentos *RVU* 12 nam] nam et *T* etiam] et *edd.* 13 constantia* (m *eras.*) *V* 15 est emendanda *edd.* presbyter] propter *T* 16 incolumen *R* 18 suspiciende *HRV*

*P = cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*M = cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F = cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A = cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*P*[1] *= cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R = cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

20 suspiciendo *PP*[1] uisceribus christi *R* 21 in domino salutem] episcopus *P*

mumque fecerunt. neque enim, si cotidie faciem tuam uiderem, notior mihi esses, quam cum interiorem tuum pacis decorem pulchrum ac ueritatis luce radiantem in unius tui facti candore conspexi, conspexi et agnoui, agnoui et amaui. huic nunc loquor, huic scribo dilecto amico meo, qui mihi corpore absenti absens innotuit. uerum autem iam simul eramus et coniuncti sub uno capite uiuebamus, in cuius caritate nisi radicatus esses, non tibi tam dilecta catholica unitas foret nec colonos tuos Afros eo terrarum, unde Donatistarum furor exortus est, hoc est in media consulari Numidia constitutos tali admoneres adloquio, tanto feruore spiritus animares, ut deuotione promptissima ad sequendum eligerent, quod te tantum ac talem uirum non nisi agnita ueritate sequi cogitarent, et tam longe a te locorum interuallis remoti irent sub idem caput atque in eius membris tecum in aeternum deputarentur, cuius praecepto tibi temporaliter seruiunt.

2 In hoc ergo tuo facto te cognitum amplectens exultaui, ut gratularer tibi in Christo Iesu domino nostro tibique has gratulatorias litteras mitterem qualecumque specimen cordis et amoris erga te mei; neque enim amplius potui. sed quaeso, ne tu hactenus, quicquid te diligo, metiaris. perlectam transi hanc epistulam transitu inuisibili, qui intus fit, et perge cogitando in pectus meum et cerne, quid illic de te agatur. patebit enim oculo caritatis cubiculum caritatis, quod clau-

2 cum *om.*, *m. 1 add. M* decore *PR m* 3 hac *P* 4 et agnoui] et cognoui *R* huic] hunc *A* 5 corporea (a *del.*) *P* 6 uerum autem] uerum tamen *edd. praeter a* 7 caritate] capite *R* 8 tibi] ibi *MFA* catholicamunitas *F* 9 colonos *ex* colonus *M* colones, *corr. m. 1* colonos *R* afrus *M* unda *MFA* 10 exhortus *PMFl*[1] (h *exp.*) consolari *codd.* 11 talia *A* 12 deuotionem promptissimam *A* elegerent *MF* talem ac tantum *edd.* 14 a te] ante $P^1$ 15 adque *P* in aeternum tecum *edd.* computarentur *R* 17 te *om.*, *m. 1 add. F* 18 tique, *corr. m. 1* tibique *M* 19 qualecumque specim̄, *m. 2* qualemcumque speciem $P^1$ qualemcumque spetiem *P* tordis, *m. 2* cordis $P^1$ 21 actenus *MFA* te] in te *M* 22 sit *A* 23 m̄m, *m. 2* meum *M* 24 cubilum, *corr. m. 1* cubiculum *M*

dimus aduersus nugas tumultuosas saeculi, cum illic dominum adoramus, et uidebis ibi delicias laetitiae meae de tam bono opere tuo, quas nec lingua effari nec stilo exprimere ualeo, calentes atque flagrantes in sacrificio laudis eius, quo inspirante hoc uoluisti et quo adiuuante potuisti. gratias deo super inenarrabili dono.

3 O quam multorum tecum pariter senatorum pariterque sanctae ecclesiae filiorum tale opus desideramus in Africa, de quali tuo laetamur! sed illos periculosum est exhortari, tibi securum est gratulari. illi enim forte non facient et, tamquam nos in animo eorum uicerint inimici ecclesiae, decipiendis insidiabuntur infirmis; tu uero iam fecisti, unde inimici ecclesiae liberatis confundantur infirmis. proinde sufficere uisum est, ut ipse, quibus Christiano iure potueris, amica fiducia istam epistulam legas. sic enim ex tuo facto fieri posse in Africa credunt, quod forte dum putant fieri non posse, pigrescunt. insidias autem, quas ipsi haeretici distorto corde moliuntur, quoniam risi eos arbitratos ualere aliquid in possessione Christi animo tuo, nec scribere uolui. audies tamen haec a fratribus meis, quos plurimum commendo eximietati tuae, ne in tam magna tamque inopinata salute

5 II Cor. 9, 15

1 deum *edd.* 2 ibi *om.* *A* illic *MR* diuitiae meae *MFAP*[1] diuitiarum mearum *R* de tam] datam *MFAP*[1] datas *R* 3 oppero *M* operi *P*[1]*R* ualeo] p̄ualeo *M* 4 cadentes *P*[1] fragantes, *corr. m. 1* fraglantes *P* 5 quod (d *del.*) *P* posuisti *MFAP*[1] (*m. 2* potuisti) 6 inenarrabili (*postr. l. in ras. m. ut uid. 1*) *P* dono *** (tuo *eras.*) *M* domo *A* dono eius *edd. sec. sacr. litt.* 9 periculosum est illos *R* illos] in illos *P* 10 securum.. (*ras. 1—2 l.*) *P* congratulari *Rm* 11 uincerint (*pr.* n *exp.*) *F* ecclesia *F* 12 unde] uide *F* uide ut *A* 13 uisum est sufficere *punctis corr.* *M* 16 in africa potuisse fieri *R* credent *flrm* putant fieri] fieri putant fieri *R* 17 non *om.*, *m. 1 add.* *M* 18 risi eos] risicos *P* 19 in passione *P* 20 audiens (n *exp. m. 1*) *M* a fratres (*m. 2* fratribus) meis *P* 21 magnā *M* tamquā *F* inopinatā *MF* inopi• | nata *P*[1] salutē *M*

hominum, de quibus per te catholica mater exultat, aspernere etiam superflua metuentes.

## LIX.

DOMINO BEATISSIMO ET VENERABILI PATRI ET CONSACERDOTI VICTORINO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Tractoria ad me quinto Idus Nouembris uenit iam finito die et me ualde indispositum inuenit, ut occurrere omnino non possem. uerum tamen siue inperitiam meam mouerit siue iuste motus sim, tuae sanctitatis et grauitatis est arbitrari. legi in eadem tractoria etiam ad Mauretanias esse scriptum. quas prouincias scimus suos habere primates. quod si et ex eis ad Numidiam conuocandum esset concilium, oportuit utique, ut aliquorum Maurorum episcoporum, qui illic priores sunt, nomina in tractoria ponerentur; quod in ista tractoria non reperiens multum miratus sum. deinde ad ipsos Numidas ita perturbato et neglecto ordine scriptum, ut nomen meum tertio loco inuenerim, qui noui, quam post multos episcopus factus sim. quae res et aliis iniuriosa est satis et mihi inuidiosa. praeterea uenerabilis frater et collega noster Xanthippus Tagonensis dicit, quod eum primatus ipse contingat, et erga plurimos sic habetur et tales mittit epistulas. qui etiam error si facile inter uestram sanctitatem cog-

1 exaltata *M* aspemeris *PP*[1] spernere *MR*

*T* = *cod Trecensis 40 s. XIII.*
*R* = *cod. Vaticanus 494 s. XIII ex.*
*V* = *cod. Vaticanus 495 s. XV.*
*U* = *cod. Vaticanus 499 s. XV.*

6 uenit] ad me uenit (ad me *exp.*) *U* finito iam *U* 8 nouerit, *corr. m. 1* mouerit *R* 10 tractatoria *VU* mauritanas, *corr. m. 1* mauritanias *R* mauritanias *VU edd.* 11 suos] nobis uos *codd.* 12 et *om. VU* numidiam (nnmi *in ras.*) *V* 14 tractatoria *U* 15 tractatoria *U* 16 numidias *R* numdas, *corr.* numidas *V* 18 epc *R* episcopos *VUflsm* sum *T edd. praeter m* 20 sanctippus *codd.* Xantippus *edd.* tagosensis *RVUm* Tagastensis *cett. edd.*

nosci et corrigi potest, non debuit tamen in tractoria, quam misit uenerabilitas tua, nomen eius praetermitti. quod si in mediis locis conscriberetur et non in primo poneretur, multum mirarer; quanto magis mirandum est, quod nulla tibi eius admemoratio facta est, qui maxime ad concilium uenire debuit, ut de ipso primatus ordine, quae causa omnium Numidarum episcopis † ecclesiarum primatus, ageretur.

2 His de causis etiam uenire dubitarem, ne forte falsa esset tractoria, qua tanta peruersitas appareret, quamquam et angustia temporis et aliae graues necessitates me multipliciter impedirent. unde peto beatitudinem tuam, ut mihi ignoscas et primo instare digneris, ut inter tuam sanctimoniam et senem Xanthippum concorditer constet, quis uestrum debet conuocare concilium; aut certe, quod salubrius arbitror, sine cuiusquam praeiudicio ambo conuocate collegas nostros, eos maxime, qui uobis episcopatus aetate uicini sunt, qui facile, quis uestrum uerum dicat, agnoscant, ut inter uos paucos eadem prae ceteris quaestio dirimatur et errore sublato minores a ceteris conuocentur, qui nec possunt nec debent nisi uobis in hac re tamquam prioribus credere et nunc ignorant, cui uestrum potissimum credant. hanc epistulam signatam misi anulo, qui exprimit faciem hominis adtendentis in latus.

1 in *om.* *T* 2 in *om.* *codd.* 3 scriberetur *U* 4 ibi *ex* ubi *V* ibi *Um* 5 cōmemoratio (cō *in ras.*; *fuitne* ad?) *V* commemoratio *U* 6 que causa *V* qui causa *U* causa *flsr* coram *m* 7 primitus *edd.* 12 dignaris, *corr. m. 1* digneris *T* 13 sanctippum *codd.* Xantippum *edd.* concorditer *bis, alterum exp.* *R* dēt, *m. 2* debent *U* debeat *edd.* 14 inuocare *R* salubrius esse arbitror *RVU*

## LX.

DOMINO BEATISSIMO ET DEBITA OBSERVANTIA VENERABILI SINCERITERQUE CARISSIMO FRATRI ET CONSACERDOTI PAPAE AURELIO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Litteras nullas tuae uenerabilitatis, ex quo ab inuicem corporaliter digressi sumus, accepi. nunc uero legi epistulam benignitatis tuae de Donato et fratre eius et, quid responderem, diu fluctuaui. sed tamen etiam atque etiam cogitanti, quid sit utile saluti eorum, quibus nutriendis in Christo seruimus, nihil mihi aliud occurrere potuit nisi non esse istam uiam dandam seruis dei, ut facilius se putent eligi ad aliquid melius, si facti fuerint deteriores. et ipsis enim facilis lapsus et ordini clericorum fit indignissima iniuria, si desertores monasteriorum ad militiam clericatus eliguntur, cum ex his, qui in monasterio permanent, non tamen nisi probatiores atque meliores in clerum adsumere soleamus, nisi forte, sicut uulgares dicunt 'malus choraula bonus symphoniacus est', ita idem ipsi uulgares de nobis iocabuntur dicentes 'malus monachus bonus clericus est'. nimis dolendum, si ad tam ruinosam superbiam monachos subrigimus et tam graui contumelia clericos dignos putamus, in quorum numero sumus, cum aliquando etiam bonus monachus uix bonum clericum

*P* = *cod. Parisinus 12193 s. IX.*
$P^1$ = *cod. Parisinus 12226 s. IX.*
*S* = *cod. Sangallensis 174 s. IX.*
*H* = *cod. Palatinus 209 s. X.*
$P^2$ = *cod. Parisinus 1958 s. XI.*

*Inscriptionem om.* $PP^2$ 2 debita] de uitae *H* 5 uenerabilitas, *m. 2* uenerabilitatis *S* 6 digressimus, *m. 2* digressi sumus $P^1$ 9 in Christo nutriendis *edd.* 10 mihi] mali, *m. 2* mihi $P^1S$ mali $PP^2$ 11 se facilius $P^1S$ *edd.* elegi, *m. 2* eligi *S* ||||ad (*fuitne* ad *in ras.?*) $P^1$ 14 malitiam, *m. 2* militiam *P* eligantur *edd.* 15 in, *m. 3* et in *S* tam *PS* (*m. 2* tamen) $P^2$ 17 symphoniatus, *m. 2* symphoniacus *S* 18 ista $PP^1$ (s *eras.*) *S* (*m. 2* ita) $HP^2$ iidem *edd. praeter a* 20 monachus, *m. 2* monachos $P^1$ surrigamus *edd.* graui] ui *P* 21 putemus *edd. praeter a*

faciat, si adsit ei sufficiens continentia et tamen desit instructio necessaria aut personae regularis integritas.

2 Sed de istis, credo, arbitrata sit beatitudo tua, quod nostra uoluntate, ut suis potius conregionalibus utiles essent, de monasterio recessissent. sed falsum est; sponte abierunt, sponte deseruerunt nobis, quantum potuimus, pro eorum salute renitentibus. et de Donato quidem, quia iam factum est, ut, antequam de hac re aliquid in concilio statueremus, ordinaretur, si forte a superbiae peruersitate correctus est, quod uult, faciat prudentia tua. de fratre uero eius, in cuius uel maxime causa de monasterio etiam ipse Donatus abscessit, cum intellegas, quid sentiam, nescio, quid respondeam. contradicere tamen prudentiae tuae, honori caritatique non audeo et sane spero id te facturum, quod membris ecclesiae salubre perspexeris. amen.

## LXI.

DILECTISSIMO FRATRI THEODORO AUGUSTINUS.

1 Cum beniuolentia tua mecum loqueretur, quo modo susceperimus clericos ex parte Donati, si uoluerint esse catholici, placuit mihi illud, quod tibi respondi, etiam hac ad te data

2 au, *m. 2* aut *P* 3 quod *om. l r* 4 cum regionalibus *P* 5 recessisse *PP¹S* (*m. 2* ita recessisse) *HP² a l r* 6 deseruerunt (*pr.* r *in ras. m. 2*) *P* 7 retinentibus, *m. 2* renitentibus *S* 8 statuerimus, *m. 2* statueremus *S* 9 superbia *PP¹* 10 uut, *m. 2* uult *P¹* in *om. edd.* 13 tuae *om. edd.* caritateque, *m. 2* caritatique *P¹* caritatique tuae *S edd. praeter a* 15 amen *om. edd.*

*T* = *cod. Trecensis 40 s. XIII.*
*H* = *cod. Mus. Brit. Harl. 3107 s. XIII.*
*R* = *cod. Vaticanus 494 s. XIII ex.*
*V* = *cod. Vaticanus 495 s. XV.*
*U* = *cod. Vaticanus 499 s. XV.*

17 Dilectissimo et honorando fratri Theodoro Augustinus episcopus in domino salutem *m* 18 susciperemus *m* 19 parte] pte *VU* 20 illud] illi *T* hec *V* haec *U* data] data est *VU*

epistula ............. et, si quis de hac re te interrogauerit, etiam manu mea prolata, quod de hac re sentiamus uel faciamus, ostendas. scias ergo nos non in eis detestari nisi dissensionem ipsorum, per quam schismatici uel haeretici facti sunt, quia ecclesiae catholicae unitatem et ueritatem non tenent in eo, quod pacem cum populo dei non habent, qui toto terrarum orbe diffunditur, et in eo, quod in hominibus baptismum Christi non agnoscunt. inprobamus ergo malum errorem, qui*a* suum habent; bonum autem nomen quod dei habent et sacramentum eius agnoscimus in eis et ueneramur et amplectimur. sed propterea dolemus errantes et eos per caritatem Christi lucrari deo cupimus, ut sanctum sacramentum, quod foris ab ecclesia habent ad perniciem, in pace ecclesiae habeant ad salutem. si ergo tollantur de medio mala hominum et honorentur in hominibus bona dei, erit fraterna concordia et amabilis pax, *ut* in cordibus hominum uincat persuasionem diaboli caritas Christi.

2 Itaque cum ad nos ueniunt ex parte Donati, mala illorum non suscipimus, id est dissensionem et errorem, sed ipsa tollantur de medio tamquam impedimenta concordiae, et amplectimur fratres stantes cum eis, sicut dicit apostolus, in unitate spiritus in uinculo pacis et agnoscentes in eis bona dei, siue sanctum baptismum siue benedictionem ordinationis siue continentiae professionem siue consignationem uirginitatis siue fidem trinitatis et si qua alia sunt, quae omnia, etiam si erant, nihil tamen proderant, quando caritas non erat. quis autem uere dicit se habere Christi caritatem,

21 Eph. 4, 3 26 I Cor. 13, 3

1 epistula scribere ut si *flsr* epistola exprimere ut si *m*; *lacunam significaui* quid, *corr. m. 1* quis *U* te de hac re *HR* te *om. VU* introgauerit *T* 2 quid *U edd.* 4 eorum *U* 5 facti *om. VU* 7 baptismum christi in hominibus *HR* 8 ergo] autem *VU* 9 errorem malum *V* qui suum *codd.* suum quem *f* eorum quem *cett. edd.*; *conieci* quia suum 10 dei quod *T edd.* in eis *om. VU* 16 ut *add. Maurini* cōdibus *V* 20 tolluntur *edd.* 21 fratres] fratres nostros *m* 27 erit *VU* caritatem christi *U*

quando eius non amplectitur unitatem? cum ergo ad catholicam ueniunt, non hic accipiunt, quod habebant: ut prodesse illis incipiat, quod habebant, accipiunt hic, quod non habebant; hic enim radicem caritatis in uinculo pacis et in societate unitatis, ut non ad damnationem sed ad liberationem illis ualeant omnia, quae habent, sacramenta ueritatis. non enim debent gloriari sarmenta, quia non sunt spinarum ligna sed uitis. si enim non in radice uixerint, cum tota specie sui in ignem mittentur. de quibusdam autem ramis fractis dixit apostolus, quia potens est deus iterum inserere illos. et ideo, dilectissime frater, quoscumque illorum uideris forte dubitantes, quo ordine suscipiantur a nobis, ostende illis istam, quam bene nosti, manum meam et, si eam habere uoluerint, habeant, quia testem deum facio super animam sic eos me suscepturum, ut non solum baptismum Christi, quem acceperunt, ipsum habeant sed etiam honorem pactimonii et continentiam.

## LXII.

DOMINO BEATISSIMO ET VENERABILITER CARISSIMO ET SINCERISSIMO FRATRI ET CONSACERDOTI SEVERO ET QUI TECUM SUNT FRATRIBUS ALYPIUS ET AUGUSTINUS ET SAMSUCIUS ET QUI NOBISCUM SUNT FRATRES IN DOMINO SALUTEM.

1 Cum Subsanam uenissemus et, quae illic nobis absentibus contra nostram uoluntatem gesta fuerant, quaereremus, quaedam, sicut audieramus, quaedam uero aliter facta, omnia

6 Rom. 11, 18 10 Rom. 11, 23

2 ut, *m. 2* sed ut *R* sed ut *edd.* 3 hic quod] hi quod *T* 4 radicem] accipiunt radicem *edd.* pacis, *m. 2* pacis accipiunt *R* 7 ligna *om. T* 9 sua *m* 10 dicit *U* 13 eam apud se habere *m* 14 animam, *m. 2* animam meam *R* animam meam *edd.* 16 sanctimonii *m* 17 continentiae *H m*

*Idem codices, qui in ep. LXI.*

20 seuero (eu *in ras.*) *U* 21 fratribus sunt *T* Alypius Augustinus *edd.* samsutius *HR* sansutius *T* 24 nostram *om. T*

tamen dolenda et toleranda, quantum dominus adiuuit, partim obiurgando, partim monendo, partim orando correximus. illud sane, quod post tuae sanctitatis profectionem nos plurimum contristauit, quod inde fratres sine itineris duce dimissi sunt, petimus ignoscas et timidius quam malitiosius factum scias. cum enim putarent eos a filio nostro Timotheo propterea mitti, ut in nos maxime caritatem tuam ad iracundiam prouocarent, uellent autem ipsi nostro aduentui, quem tecum futurum sperabant, omnia integra reseruare, putauerunt non eos profecturos, si ducem itineris non acciperent. sed tamen peccatum esse quis dubitet? hinc etiam factum est, ut et Fossori diceretur iam Timotheum cum ipsis fratribus fuisse profectum. quod utique falsum erat, non tamen a presbytero dictum; et haec omnia fratrem Carcedonium penitus ignorasse nobis manifestissime declaratum est, quantum ista manifestari solent.

2 Sed quid pluribus inmoremur? memoratus filius noster Timotheus uehementissime perturbatus, quod dubietatem tam inopinatam inuitissimus senserit, indicauit nobis, quod, dum ageres cum illo, ut apud Subsanam deo seruiret, erupit et iurauit a te omnino non recessurum. cumque eius uoluntatem requireremus, respondit se hac iuratione impediri, quo minus ibi esset, ubi eum esse etiam antea uolebamus, cum iam praesertim de suae libertatis manifestatione securus sit. cumque illi aperuissemus non eum futurum periurii reum, si non per ipsum sed per te fieret, ut propter uitandum scandalum tecum esse non posset, quando quidem non de tua uoluntate sed de sua iurare potuerit nec te sibi uicissim aliquid iurasse confessus sit, ad extremum dixit, quod seruum dei, ecclesiae filium dicere oportebat, quicquid nobis cum tua sanctitate

1 toleranda] tollenda *edd. praeter m* 4 sine *ex* siue *U* dmisi *aut* dinisi *T* 11 este, *corr. m. 1* esse *R* hinc] hinc ē (ē *exp. m. 1*) *T* 19 dum] cum *edd.* 20 agens *T* susanam, *corr. m. 1* subsanam *R* 22 require mus *T* respndit se ac iurationē *T* 23 etiam esse *U* 24 manifestatione libertatis *VU* 25 reum ēe si *T* 28 iurasses (*postr. l. exp.*) *U* 29 est *U*

de illo fieri placuisset, id se sine dubio secuturum. proinde petimus et per caritatem Christi obsecramus prudentiam tuam, ut omnium, quae locuti sumus, memineris et rescriptis tuis nos laetifices. debemus enim nos firmiores, si tamen inter tanta temptationum pericula hoc dicere audendum est. sicut ait apostolus, infirmorum onera sustinere. frater Timotheus ideo non scripsit sanctitati tuae, quia omnia, quae gesta sunt, sanctus frater tuus significauit. memor nostri in domino glorieris, domine beatissime et uenerabiliter carissime et sincerissime frater.

## LXIII.

DOMINO BEATISSIMO ET VENERABILI ET SINCERISSIMA CARITATE AMPLECTENDO FRATRI ET CONSACERDOTI SEVERO ET QUI TECUM SUNT FRATRIBUS AUGUSTINUS ET FRATRES QUI MECUM SUNT IN DOMINO SALUTEM.

1 Si dicam, quae me ipsa causa cogit dicere. ubi erit sollicitudo caritatis? si autem non dicam, ubi erit libertas amicitiae? uerum tamen fluctuans interim elegi me purgare potius quam te arguere. scripsisti te mirari cum dolore nostro *nos* tolerare uoluisse, quod correctione emendari potuisset, quasi non sint dolenda, quae male facta sunt, etiam si, quantum possunt, postea corriguntur, aut non id maxime tolerandum sit, quod, cum manifestum sit perperam factum, fieri non possit infectum. desine itaque mirari, frater sincerissime. nam ordinatus est apud Subsanam subdiaconus Timotheus praeter meum consilium et uoluntatem, cum, quid de illo agendum esset, adhuc inter nostras alternas sententias deliberatio

4 Rom. 15, 1

1 deinde *U* 2 prouidentiam *VU* 4 enim nos] enim (*om.* nos) *H* 5 contentionum *VU* dicere hoc *T edd.* aud*endum (i *eras.*) *T*

*Idem codices, qui in ep. LXI et LXII.*

14 qui mecum sunt fratres *U* 19 te] a te *U* nos *post* nostro *interposui, edd. ante* cum 20 uoluissem *U* 21 mala *THV* 25 subsannam, *corr. m. 1* subsanam *R*

notaret. ecce adhuc doleo, quamuis iam ad te redierit, in quo nos tuae uoluntati paruisse non paenitet.

1 ausabantur, *m. 2* accusabantur *B* accusabant *KS* et hi qui accusabant *om. B* hi *om.* $P^2$ hii *KR* accusabantur *KO* (ur *eras.*) *S* ad] et *K* apostolus, *corr. m. 1* apostolos $P^1B$ 2 hierusolymā (~ *m. ut uid. 2*) *O* hierusolima *K* in hierusolima $P^2$ hanc quaestionem *HKBOVRC* 3 cumque⦀⦀ (*ras. 1—2 l.*) *M* perrexissem *K* et surrexissent] exsurrexerunt *HKOVSQRCE edd.* et exsurrexerunt (et *exp.*) $K^1$ 4 de heresi* (s *eras.*) *B* de hereses *H* crediderunt *S* 5 Christum *edd.* 6 eos *bis, alterum eras.* $P^1$ legem *in fine u. om., m. 1 add.* $P^2$ 7 et cum magna $HKK^1OVSQRCE$ *edd.* oreretur $P^2$ (*m. 2* oriretur) *B* (*corr.* oriretur) 8 petro *B* soluta, *corr. m. 1* solita $K^1$ 9 elegi, *m. 2 add.* t *B* 10 euangelii (ii *ras. ex* ium) *O* 11 et *om. KOVSQRCE* qui (i *ex ras. et corr.*) *O* nobit *H* nobis *K* 12 illi, *m. 2* illis *BM* 13 nobis] nos *K* fidei *V* 14 illorum $HP^2KK^1OVSQRCE$ *edd.* ergo *om. VC* autem $HKK^1OSQRE$ *edd.* temptastis *KV* 15 dñm *B* ceruices $HP^2B$ discipulorum] illorum *B* 17 potumus *V* per *om., m. 2 add. M* nostri *om.* $P^2$ 18 credidimus $P^1MP^3$ (di *exp. m. 2*) saluatori $P^1$ ille, *corr. m. 1* illi $P^2$

tacuit autem omnis multitudo et in sententiam eius Iacobus apostolus et omnes simul presbyteri transierunt.

8 Haec non debent molesta esse lectori sed et illi et mihi utilia, ut probemus ante apostolum Paulum non ignorasse Petrum, immo principem huius fuisse decreti legem post euangelium non seruandam. denique tantae Petrus auctoritatis fuit, ut Paulus in epistula sua scripserit: Deinde post annos tres ueni Hierosolymam uidere Petrum et mansi apud illum diebus quindecim, rursumque in consequentibus: Post annos quattuordecim ascendi iterum Hierosolymam cum Barnaba adsumpto et Tito; ascendi autem secundum reuelationem et exposui illis euangelium, quod praedico inter gentes, ostendens non habuisse se securitatem euangelii praedicandi, nisi Petri et ceterorum, qui cum eo erant, fuisset sententia roboratum. statimque sequitur: Separatim autem his, qui uidebantur, ne forte in uacuum currerem

7 Gal. 1, 18 10; 16 Gal. 2, 1—2

1 tacucuit (cu *del.*) *M* sententia *R* 2 apostolus *bis*, *alterum del.* *S* responderunt, *m. 2* ł consenserunt *S* consenserunt *R* 3 debet *B* esse molesta *R* molestia *C* sed illi et mihi *MP*$^3$ sed et mihi et illi *HKK*$^1$*OVSQCE* sed mihi et illi *R* 4 probemur *A* 5 *pro* immo *ras.*, *fuisse uid.* immo *P*$^3$ huius *om.* *R* esse *HKK*$^1$*OVSQRCE* 6 non esse seruandam *HKK*$^1$*OVSQRCE edd.* petrus tantae *A* 8 *post* tres *ras. 5—6 l.* *K* ueni* *B* 9 mansi* (*fuit* t) *B* eum *HKK*$^1$*OVSQRCE* (*om. et in marg. m. 1 add.*) *edd. sec. Vulg.* quindice, *m. 2* quindecim *B* XV *KK*$^1$*OSQRE* in *bis* *B* 10 annis, *corr. m. 1* annos *P*$^2$ quattuordecim *om.* *KO* (*m. 1? add.* XIIII) XIIII *VSQRCE* 11 et *om.* *K*$^1$*R* 12 et] ex, *corr. m. 1* et *M* 13 exposui* *B* eis *HKK*$^1$*OVSQRCE edd.* 14 non habuisse se] non habuisses *P*$^1$ non habuisse *KK*$^1$*BOVS* (*m. 2 add.* se) *QMRCE* (*m. ut uid. 2 in marg. add.* se) se non habuisse *edd.* 15 praedicati nisi *P*$^1$*P*$^2$ predicationem si *B* ceterorum *om.* *HKK*$^1$*OVSQRCE edd.* fuisse, *corr. m. 1* fuisset *P*$^2$ fuissent (n *eras.*) *K*$^1$ 16 sententia.. ı (*ras. 1—2 l.*) *B* roboratus *VR* separati (∼ *m. ut uid. 2*) *B* separatis *H* 17 *post* uidebantur *m. 2 add.* columnae *S*, *m. 2 add. in marg.* aliquid esse *E* uidebantur aliquid esse *edd.* cucurrerim, *m. 2* currerem *S*

aut cucurrissem. quare separatim et non in publico? ne fidelibus ex numero Iudaeorum, qui legem putabant esse seruandam et sic credendum in domino saluatore, fidei scandalum nasceretur. ergo et eo tempore, cum Petrus uenisset Antiochiam, licet hoc apostolorum acta non scribant, sed adfirmanti Paulo credendum sit, in faciem illi Paulus restitisse se scribit, quia reprehensibilis erat. prius enim, quam uenirent quidam a Iacobo, cum gentibus edebat; cum autem uenissent, subtrahebat se et segregabat timens eos, qui ex circumcisione erant. et consenserunt cum illo ceteri Iudaei, ita ut et Barnabas duceretur ab his in illa simulatione. sed cum uidissem, inquit, quod non recte ingrediuntur ad ueritatem euangelii, dixi Petro coram omnibus: Si tu, cum Iudaeus sis, gentiliter et non

4 Gal. 2, 11—14

1 aut (*super* t *ras.*) *M* quase *VC* (e *eras.*) in publico] publice $HKK^1OVSQRCE$ ne] ne forte $K^1VSQRACE$ *edd.* 2 ex] et in *B* que *H* patabant, *corr. m. ut uid. 1* putabant *S* 3 si $K^1$ (*corr. m. 1* sic) *B* credendo *B* credendum esse (esse *exp.*) *S* saluatorem *B* 4 et *om.* $HP^2KK^1OVSQRCE$ inuenisset (in *exp.*) *Q* 5 antiocia *H* licet] et $P^1MP^3$ 6 adfirmanti, *m. 2* affirmante $P^2$ adfirmante $K^1$ faciem, *m. 2* faciem se *S* facie *HKO* paulus (*super post.* u *ras.*) illi *M* restitisse paulus *B* paulum, *m. 2* paulus *S* 7 se *om.* $P^1KK^1$ (*m. 1 ante* restitisse *add.*) $BOSQMAP^3E$ repr*ehensilis, *m. 2* repr*ehensibilis $P^3$ 8 quā (∼ *m. ut uid. 2*) *O* cum *B* uenerent, *corr. m. 1* uenirent *M* a iacobo (a i *in ras. m. 3*) *S* ab iacobo $P^2VQ$ (b *in* ab *del.*) *C* iacobo, *m. 2* a iacobo *B* ad iacobo *H* (*cf. p. 297, 9*) 9 edebant *H* subtrahebant *C* 10 segregabant (n *exp.*) *B* 11 et consenserunt *om.* *M* et simulatione (*m. 2* simulationi) eius et (et *del. m. 2*) consenserunt $P^2$ cum illo *del. m. 2* $P^1$ cum illo et *H* 12 et *om.* $HKK^1BOVSQRCE$ adduceretur $HKK^1OVSQRCE$ *edd.* illa simulatione, *m. 2* illam simulationem $P^2O$ illam simulationem *SRC edd.*; *Gr.* αὐτῶν τῇ ὑποκρίσει, *Vulg. uariat* 13 uiderit, *m. 2* uiderim *B* ingrediebantur $HKK^1OVSQRACE$ *l r; Gr.* ὀρθοποδοῦσιν, *Vulg.* ambularent 14 in ueritatem $HP^2K^1$ (*eraso* in *m. 2 supra* ł ad) *VQR* in ueritate *KOSCE* ⁞⁞⁞ (*ras. 8—9 l.*) dixi *K* dixit *HB* (t *exp.*) 15 iudaeus cum sis *A* cum sis iudaeus $HP^2KK^1OVSQRCE$ *edd.* sit, *m. 2* sis *B* gentiliter uiuis et non iudaice $P^2$

iudaice uiuis, quo modo gentes cogis iudaizare? et cetera. nulli ergo dubium est, quod Petrus apostolus sententiae huius, cuius nunc praeuaricator arguitur, primus auctor extiterit. causa autem praeuaricationis timor est Iudaeorum; dicit enim scriptura, quod primum edebat cum gentibus, cum autem uenissent quidam a Iacobo, subtrahebat se et segregabat timens eos, qui ex circumcisione erant. timet autem Iudaeos, quorum erat apostolus, ne per occasionem gentilium a fide Christi recederent et imitator pastoris boni perderet gregem sibi creditum.

9 Sicut igitur ostendimus Petrum bene quidem sensisse de abolitione legis Mosaicae, sed ad simulationem obseruandae eius timore compulsum, uideamus, an ipse Paulus, qui alium arguit, tale quid fecerit. legimus in eodem libro: Perambulabat autem Paulus Syriam et Ciliciam confirmans ecclesias peruenitque in Derben et Lystram. et

5 Gal. 2, 12 15 Act. 15, 41—16, 3

1 uibis *H* cogis gentes *HKK*$^1$*OVSQRCE edd.* 2 ergo *om., m. 2 add. K*$^1$ sententia *KS* (*m. 2* sententiae) 3 eius *VC* cuius *om., m. 2 add. B* 4 exstiterit (ex *s. u. m. 2*) *P*$^2$ preuaricationes, *corr.* preuaricationis *B* timorem (*postr. l. exp.*) iudeorum *Q* 5—11 *scriptura fere tota euanuit H* 6 uenisset *K* ab iacobo *P*$^2$*Q* ad iacobum, *corr.* (*m. 2 ?*) ab iacobo *B* 7 segregabatur (ur *exp.*) *B* 8 circumcisionem (m *exp.*) *B* timet (*postr. l. ex corr. m. 2*) *M* timuit *B* timebat *H edd.* iudeos autem *M* est apostolus *P*$^2$ est christus *KK*$^1$ (*m. 2* est apostolus) *OVQRCE* christus est *S* 9 per occasione *K* gentium *P*$^2$*KK*$^1$*BOVSQRCE* christi *om. K* 10 imitatur *A* bonis (s *exp.*) *B* bone, *corr. m. 1* boni *M* perderet *ex* perderit *m. 2 P*$^2$ proderet *KK*$^1$ (*m 2* perderet) *VSQR* ne perderet *BA* gregē (gē *ex corr. m. 2*) *M* 12 sicuti *M* ergo *edd.* petrus, *corr.* petrum *R* quidem] sibi *E* 14 eius *bis, alterum eras. V* eius sententiae *B* conpulso, *corr. m. 1* conpulsum *B* 15 aguit *P*$^1$ tali, *m. 2* tale *P*$^2$ aliquid *B* legimus—libro *om. R* eodem (o *ras. et corr. m. 2*) *K*$^1$ 16 siciliam *B* 17 derben* (t *eras.*) *BP*$^3$ lystra *P*$^1$*MP*$^3$ (*m. 2* lystram)

ecce discipulus quidam erat ibi nomine Timotheus, filius mulieris Iudaeae fidelis patre gentili. huic testimonium reddebant, qui in Lystris erant et Iconio fratres. hunc uoluit Paulus secum proficisci et adsumens circumcidit eum propter Iudaeos, qui erant in illis locis; sciebant enim omnes, quod pater eius gentilis esset. o beate apostole Paule, qui in Petro reprehenderas simulationem, quare se subtraxisset a gentibus propter metum Iudaeorum, qui a Iacobo uenerant, cur Timotheum, filium hominis gentilis utique et ipsum gentilem — neque enim Iudaeus erat, qui non fuerat circumcisus —, contra sententiam tuam circumcidere cogeris? respondebis mihi: 'Propter Iudaeos, qui erant in illis locis'. qui igitur tibi ignoscis in circumcisione discipuli uenientis ex gentibus, ignosce et Petro, praecessori tuo, quod aliqua fecerit metu fidelium Iudaeorum. rursum scriptum est: Paulus

16 Act. 18, 18

1 erat ibi quidam *B* ibi *om. R* timotheum *V* 2 uiduae *$HP^1KK^1BOSQMRAP^3E$ edd.* fidelis *om. B* patre] patre autem *$HKK^1OVSQRCE$ edd.*; *Gr.* πατρὸς δέ, *Vulg.* patre gentilis 1 *C* 3 reddebat, *m. 2* reddebant *B* perhibebant *S* in *om. H edd.* listris, *m. 2* listres *B* listris *ras. ex* lustris *M* lystri, *corr. m. 1* lystris *E* erat, *m. 2* erant *BM* 4 iconii, *m. 2* iconio $P^2$ fratre *B* 6 sciebat, *m. 2* sciebant $P^3$ enim] autem *R* 7 gentiles, *m. 2* gentilis *B* essent (n *exp.*) *B* paule apostole *R* paule (e *in ras. m. 2*) *S* qui in] quin, *corr. m. 1* qui in *Q* qui *$P^1M$* 8 reprehenderit *V* reprehendis *C* quare] qua *HR l r m* sese subtraxisset *H* se subtraxissent $P^1$ se subtraxisse. *corr. m. 1* se subtraxisset *M* subtraxisset se *R a e f* subtraxisset *BQE* (se *add. m. ut uid. 2*) subtraxit se *l r m* 9 gentilibus *HVR Mign.* qui a] quia *K* qui, *corr. m. 1* qui ab *B* qui ab *$P^2VRC$* qui ad *H* (*cf. p. 295, 8*) 10 gentilem *om. B* 11 enim] etenim (*post.* e *ex corr. m. 2*) *O* circumcisos, *corr.* (*m. 1?*) circumcisus $K^1$ 12 sententia, *m. 2* sententiam $K^1$ circumcidere *om.*, *in marg. m. 2* circumcidi *E* cogeris (er *eras.*) *M* coegeris, *corr.* coegeras *E* 13 *post* iudaeos *ras. 5 l.* (inquit *eras. ?*) $P^3$ 14 ignoscis (ci *in ras. m. 1*) $K^1$ cognoscis, *m. 3* ignoscis *A* circumcisionem (*postr. l. exp.*) *B* discipuli, *corr.* discipulis *B* uenientes, *corr. m. 1* uenientis *O* uenientibus *B* uenitis *Q* 16 metū (~ *eras.*) *B* rursus *B*

uero cum adhuc sustinuisset dies multos, fratribus 'uale' dicens nauigauit Syriam et cum eo Priscilla et Aquila et totondit sibi in Cenchris caput; uotum enim habuerat. esto, ut ibi Iudaeorum timore compulsus sit facere, quod nolebat: quare comam nutriuit ex uoto et postea eam in Cenchris totondit ex lege, quod Nazaraei, qui se deo uouerint, iuxta praecepta Moysi facere consuerunt?

Verum haec ad comparationem eius rei, quae sequitur, parua sunt. refert Lucas, sacrae scriptor historiae: Cum uenissemus Hierosolymam, libenter exceperunt nos fratres et sequenti die Iacobus et omnes seniores, qui cum eo erant, euangelio illius comprobato dixerunt ei: Vides, frater, quot milia sunt in Iudaea, qui crediderunt in Christo et hi omnes aemulatores legis. audierunt autem de te, quia discessionem doces a Moyse

6 Num. 6, 18 10 Act. 21, 17—18; 20—24; 26

2 nauigabit *HK* 3 kencris *R* tenebris *A* Cenchreis *edd. praeter a* 4 habuerant *QE* habebat *A* ut ibi] ut tibi *B* ibi $K^1$ ubi *HKOVS* (*m. 2* ut ibi) *QRCE* timore Iudaeorum *edd.* timore *om. C* 5 nolebat] non ledat *B* nutribit $HP^1K$ 6 eam *om.* $HKK^1$ (*m. 2 add.*) $OVSQRCP^3E$ ea *B* kencris *R* Cenchreis *edd. praeter a* nazarei (i *ex corr. m. 2*) *O* 7 deo uouerit (*m. 1? corr.* uouerint) *B* de (*cum rasupra et* e *ex corr. m. 2; fuitne* dō *?*) uouerit (*m. 1 add.* n *ante* t) $K^1$ deuouerint *KOQRE* deuouerant *S* uoberint (*om.* deo) *H* praeceptum $HKK^1OVSQRCE$ *edd.* consuerunt, *m. 2* consueuerunt $P^2$ consueuerunt *H edd.* consueuerint *R* 9 rei *om. E* sequitur *ex* siquitur *m. 2* $K^1$ secuntur $P^1MP^3$ 10 praua *V* scriptor sacrae *E* historiae scriptor *edd.* historia *V* 11 exciperunt, *m. 2* exceperunt *B* susceperunt $HP^2$ (*m. 2 ex* susciperunt) $KK^1OVSRCE$ *edd.* acciperunt *Q* 12 dici *B* 13 euangelio illius] euangelius *V* euangelio *C* conprobatu, *corr.* conprobato *B* probato *QE* 14 quod, *m. 2* quot $P^2KBO$ quod $HP^1$ quanta *E* sint $P^2$ 15 christum *Bm* et *om.* $P^2$ hii *KB* (i *exp.*) *VR* legis, *corr. m. 1* sunt legis *Q* legis, *m. 2* sunt legis $OP^3$ legis sunt $P^2B$ sunt legis $HKK^1VSRACE$ *edd. sec. Vulg.; Gr.* τοῦ νόμου ὑπάρχουσιν 16 quod $HKK^1OVSQRCE$ *edd.* dissensionem $P^1BMAP^3$ (*m. 2* discessionem) discretionem *V; Gr.* ἀποστασίαν doceas $HP^2KK^1OVSQRCE$ *edd. sec. Vulg.*

eorum, qui per gentes sunt, Iudaeorum dicens non debere circumcidere eos filios suos neque secundum consuetudinem ingredi. quid ergo est? utique oportet conuenire multitudinem; audient enim te superuenisse. hoc ergo fac, quod tibi dicimus. sunt nobis uiri quattuor uotum habentes super se; his adsumptis sanctifica te cum ipsis et inpende in eos, ut radant capita, et scient omnes, quia, quae de te audierunt, falsa sunt, sed ambulas et ipse custodiens legem. tunc Paulus adsumptis uiris postera die purificatus cum illis intrauit in templum adnuntians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro unoquoque eorum oblatio. o Paule, et in hoc te rursum interrogo, cur caput raseris, cur nudipedalia exercueris de caeremoniis Iudaeorum, cur obtuleris sacrificia et secundum legem hostiae pro te fuerint immolatae. utique respondebis: 'Ne scandalizarentur, qui ex Iudaeis crediderant'. simulasti ergo Iudaeum, ut

1 pro *K* 2 eos circumcidere *HKK*$^1$*VSQRCE edd. sec. Vulg.* circumcidi·eos *B* circumcide, *m. 2* eos circumcidere *O* filios suos *om. B* secundum *om. KO* 4 audient, *m. 2 supra* ł audierunt *P*$^3$ audierunt *HKK*$^1$*OVSQRCE edd.* 5 fac quod] fiat quae *B* dicimus tibi *M* 6 e nobis (e *del.*) *V* uiris (s *exp.*) *B* 7 et—eos *om. B* 8 eos, *m. 2* eis *S* eo, *corr.* (*m. 1?*) eos *O* radiant *A* capita sua et *B* sciant *HKK*$^1$*OSQRE* 9 de (e *ex corr.; fuitne* a *?*) *O* ambulas, *m. 2* ambulans *P*$^2$ ambula..s (s *m. 2*) *O* ambulans *HKBSC* ipse et *B* 10 adsumpsit uiros' *P*$^2$ 11 postera (ra *in ras. m. 1*) *P*$^1$ postera. *m. 2* et postera *P*$^2$ posteriore *KO* posteriori *K*$^1$ (*m. 2* posteriore) *VSRC* posteri *H* diē (~ *eras.*) *B* pridie *H* intrauit *bis, alterum del. S* intrabit *HK* (*corr. m. 1* intrauit) 12 annuntias *P*$^1$ explitionem, *m. 2* expletionem *P*$^2$ expletionē (*postr.* e *ras. et corr. m. 2 ex* u) *M* purificationis dierum *B* 13 offeretur, *m. 2* offerretur *BO* offeretur *P*$^1$*KQAC* 14 oblatio (a *ex corr.*) *K*$^1$ et *om. HKK*$^1$ (*m. 2 add.*) *OVSQRCE* in *om. B* rursus *HP*$^2$*KK*$^1$*OVSQRCE edd.* cur *om., m. 1 add. M* 15 cerimo, *m. 2 add.* niis *R* 16 hostiae] istoriae *Q* 17 fuerunt *O* responderis *B* nec *V* scandalizentur *B* 18 crediderunt *KK*$^1$ (*m. 1? corr.* crediderant) *OVSQRCE* simulas te *H* ergo, *m. 2* te ergo *P*$^2$*K*$^1$ ergo, *m. 2* ergo te *S*

Iudaeos lucrifaceres, et hanc ipsam simulationem Iacobus te et ceteri docuere presbyteri. sed tamen euadere non potuisti; orta enim seditione cum occidendus esses, raptus es a tribuno et ab eo missus Caesaream sub custodia militum diligenti, ne te Iudaei quasi simulatorem ac destructorem legis occiderent, atque inde Romam perueniens in hospitio, quod tibi conduxeras, Christum et Iudaeis et gentibus praedicasti et sententia tua Neronis gladiò confirmata est.

11 Didicimus, quod propter metum Iudaeorum et Petrus et Paulus aequaliter finxerint legis se praecepta seruare. qua igitur fronte, qua audacia potest id Paulus in altero reprehendere, quod ipse commisit? ego, immo alii ante me exposuerunt causam, quam putauerant, non officiosum mendacium defendentes, sicut tu scribis, sed docentes honestam dispensationem, ut et apostolorum prudentiam demonstrarent et blasphemantis Porphyrii inpudentiam cohercerent, qui Paulum

3 Act. 23, 12—13; 22—24; 28, 14; 30—31

1 iudaeos (o *ex corr. m. 2*) *O* lacrifaceres, *corr. uid. m. 1* lucrifaceres *P*[1] lucrificares *A; cf. p. 73, 9; 301, 9 etc.* hac, *corr. m. 1* hanc *M* et ceteri te *HP²KK¹OVSQRCE edd.* 2 docere, *corr. m. 1* docuere *P*[2] docueri *Q* docuerunt *C* non *om. M* 3 orta (a *ex corr. m. 2*) *K*[1] seditione* (m *eras.*) *P*[2] occidentibus *V* raptores, *corr. m. ut uid. 2* raptus es *K* 4 cesaream (sa *ex corr. m. 1*) *K* cer [illegible], *m. 2* ad cesarem *B* custodiam *P¹B* (m *eras.*) 5 qua, *add.* (*m. 1?*) si *O* simulationem *K* hac *H* a, *m. 2* ac *B* destitutorem *VC* 6 adque *HP*[2] (*m. 2* atque) ad, *corr.* (*m. 1? ?*) atque *O* romam (*postr. l. ex corr. m. 2*) *O* in hospitium *KBOVQRE* hospitium (*om.* in) *H* 7 christum iudaeis *S* et iudeis et gentibus et iudeis (*sic!*) *H* 8 confimata, *corr.* (*m. 1?*) confirmata *O* 9 dicimus *BA* quod *om.*, *m. 2 add. R* et paulus et petrus *B* 10 finxerint *ras. ex* finxerant *P*[1] fixerint *V* finxerunt *R* se legis *B edd.* 11 *post* fronte *m. 2 add.* uel *P*[2] qua (a *ex corr. m. 2*) *K*[1] audacia paulus in altero reprehendat *HKK¹OVSQRCE edd.* 12 me** *H* 13 quam] con *H* putaberant *H* putauerunt *KK¹OVSQRCE* non in officiosum *B* 14 docentis, *m. 2* docentes *B* 15 [illegible] prudentiam (uel *eras. uid.*) *Q* 16 blasphemantes, *m. 2* blasphemantis *P²O* blasphemantes, *corr.* blasphemantis *R* porphyrii inprudentiam *KK*[1] (*m. 2 supra* ł impudentiam) *BOVS* (*m. 2* inpudentiam) *A edd. praeter m* porphyrium prudentiam *P¹M* (um *eras.*) porphyrii prudentiam (*m. 2* imprudentiam) *P*[3] Petrum et Paulum *edd.*

et Petrum puerili dicit inter se pugnasse certamine, immo exarsisse Paulum in inuidiam uirtutum Petri et ea scripsisse iactanter, uel quae non fecerit uel, si fecit, procaciter fecerit in alio reprehendens, quod ipse commiserit. interpretati sunt illi, ut potuerunt; tu quo modo istum locum edisseres? utique meliora dicturus, qui ueterum sententiam reprobasti.

12 Scribis ad me in epistula: 'Neque enim a me docendus es, quo modo intellegatur, quod idem dicit: Factus sum Iudaeis tamquam Iudaeus, ut Iudaeos lucrifacerem et cetera, quae ibi dicuntur compassione misericordi, non simulatione fallaci. fit enim tamquam aegrotus, qui ministrat aegroto, non cum se febres habere mentitur, sed cum animo condolentis cogitat, quem ad modum sibi seruiri uellet, si ipse aegrotaret. nam utique Iudaeus erat, Christianus autem

7—302, 8 = p. 73, 7—74, 7

1 dedit *A* intra, *m. 2* inter *B* 2 paulum (m *in ras. m. 1*) $P^1$ in inudiam *M* in inuidia *B* inuidia $HKK^1OVSQRACE$ ea, *m. 2* ea se $K^1$ eas *B* ea se $P^1A$ ea|** $P^3$ a se *M* 3 laetanter *A* quae uel *edd. praeter a* ficerit, *m. 2* fecerit $P^2$ si fecerit *HBSR edd.* fecerit] fecit *B* 4 in] id in $HP^2KK^1BOVSQRCE$ *edd.* altero *B; cf. p. 300, 11* commisit *B* commiserat *A* 5 ut potuerunt, *in marg. m. 1* ł ut putauerunt *O* quo modo, *m. 2* quo modo uis *S* locum *in fine u. om. M* edisseres, *m. 2* edisseras *S* edisseras *R* edisserẹs (a *sup.*), *sed* rẹs (a *sup.*) *in ras. m. 2 E* edisseris $P^2K^1A$ 6 ut|quẹ *Q* doce (*in ras. m. 2*) *E* ueterem, *corr. m. 1* ueterum $P^1$ 7 scribis *om.* $P^1$ scripsisti $KK^1OVSQRCE$ in epistula] in epistula tua $HP^2KK^1OVSQRCE$ *edd.* a* *BV* (d *eras.*) es *om. C* 8 idem] idem apostolus *edd.* 9 quasi *B* Iudaeus *om. M* iudaus $P^1$ Iudaeos] iudaeus, *corr.* iudaeos *B* lucrifaciam *H* lucrificarem *A* 10 conpassionem $VP^3$ (m *eras.*) cum passione *A* misericordi (*postr. l. m. 2 in ras. 2 l.*) *et* fallaci** $K^1$ misericordiae *et* fallaciae *KOVSQRCE edd.* 11 aeger $HKK^1OVSQRCE$ *edd.* mistrat *M* ministret *R* 12 febris, *m. 3* febres *A* *pro* cum *ras. 2 l.* (*fuitne* cū ?), *m. 2* cum *add. ante* cogitat *E* 13 condolentes, *corr. m. 1* condolentis *O* quemammodum sibi seruiri uellet si ip.. *in ras. m. 1* $P^1$ seruire, *m. 2* seruiri *OS* seruire $HKK^1QMRP^3E$ uellit $HP^2$ (*m. 2* uellet) uelit $KK^1$ (*m. 2* uellet) *OVSQRCE* uult *B* 14 nam] non *A* iudaeos, *m. 2* iudaeus $P^2$ autem] aliter *Q*

factus non Iudaeorum sacramenta reliquerat, quae conuenienter ille populus et legitime tempore, quo oportebat, acceperat. ideoque suscepit ea celebranda, cum iam Christi esset apostolus, ut doceret non esse perniciosa his, qui ea uellent, sicut a parentibus per legem acceperant, custodire, etiam cum in Christum credidissent, non tamen in eis iam constituerent spem salutis, quoniam per dominum Iesum salus ipsa, quae illis sacramentis significabatur, aduenerat'. totius sermonis tui, quem disputatione longissima protraxisti, hic sensus est, ut Petrus non errauerit in eo, quod his, qui ex Iudaeis crediderant, putauerit legem esse seruandam, sed in eo a recti linea deuiarit, quod gentes cogeret iudaizare, cogeret autem non docentis imperio sed conuersationis exemplo; et Paulus non contraria sit locutus his, quae ipse gesserat. sed

1 relinquerat *H* 2 legitime, *m. 2* legitimo $P^2$ legitimo *HK*$K^1$*OVS QMRCE edd.* acciperat, *m. 2* acceperat $P^2$ 3 suscipit *H* ea *om. B* eam celebrandam *utraque* m *eras.* $K^1$*O* eam celebrandam *KVSQC* celebranda (*super* a *eras. uid.* ~) *E* essent (n *exp.*) *B* 4 ut] sed ut *p. 74, 2* esse* (t *eras.*) *K* perniciosa* $K^1$ (m *eras.*) *O. in E quóque ~ super* a *eras. uid.*; perniciosam *KVSQC* ea (*super* a *eras. uid.* ~) *E* ea* (m *eras.*) $K^1$*O* eam *KSQC* 5 a *om. QE* acceperunt *O* 6 in *om.* $P^1$*M* in christo *HK*$K^1$*BOVQRCE edd. praeter m* credissent, *corr. m. 1* credidissent $P^1$ edidissent *V* iam *om. R* constituerunt *O* constitueret *B* 7 salutis (is *in ras. m. 1; fuitne* em ?) $P^1$ 8 significatur $P^1$*M* 9 disputation (*corr. m. 1* disputatione; *m. 2 supra* ł dispositione *sed eras.*) longissima $K^1$ disputationē longissimā *B* dispositione longissima *HKOVSQRCE* protraxisse $P^1$ 10 ut] quod *S* erraberit *H* his qui *om.* $P^1$*M* 11 crediderunt *O* putaberit *H* putauerint *Q* serbandam *H* soluendam, *corr. m. 1* seruandam *E* ac (c *exp.*) *B* e *QE* 12 recte $P^2$ recta, *corr.* (*m. 2 ?*) recti *R* deuiaret *BQ* deuiant $P^2$ quo *KK*$^1$*OVSQCE* cogerit *K* (*corr.* cogeret) $K^1$ (*m. 2* cogere) *OVS* (*m. 2* cogeret) *QAC* coegerit $P^1$*M*$P^3$ (*m. 2* cogeret) *E edd.* quoegerit *H* iudaizaret (t *exp.*) *B* cogere, *corr. m. ut uid. 2* cogeret *K* cogerat, *m. 2* cogeret *R* coegerat *M* coegerit *H edd.* 13 docentes, *corr. m. 1* docentis *O* decentis *V* dicentis *C* imperium *B* 14 paulo, *m. 2* paulus *B* contrariae *A* sit *om. HC* (*m. 2 add.*) his q (*m. 2 add.* c) *E*

quare Petrus eos, qui ex gentibus erant, iudaizare compelleret.

13 Haec ergo summa est quaestionis, immo sententiae tuae, ut post euangelium Christi bene faciant credentes Iudaei, si legis mandata custodiant, hoc est si sacrificia offerant, quae obtulit Paulus, si filios circumcidant, si sabbatum seruent, ut Paulus in Timotheo et omnes obseruauere Iudaei. si hoc uerum est, in Cerinthi et Hebionis haeresin delabimur, qui credentes in Christo propter hoc solum a parentibus anathematizati sunt, quod legis caeremonias Christi euangelio miscuerunt et sic noua confessi sunt, ut uetera non amitterent. quid dicam de Hebionitis, qui Christianos esse se simulant? usque hodie per totas orientis synagogas inter Iudaeos haeresis est, quae dicitur Minaeorum et a Pharisaeis huc usque damnatur, quos uulgo Nazaraeos nuncupant, qui credunt in

3—7 = p. 366, 11—15

1 quare, *m. 2* quia $P^3$ petros, *m. 2* petrus $P^2$ 3 ergo *om.*, *m. 2* (?) *add.* *S* · 4 ficiant $P^1$ credentes *om.* *B* Iudaei credentes *edd.* si *om.* *QE* 5 legi $P^1M$ 6 paulus optulit *B* obtulerit *QE* si *om.* *A* filio *H* obseruent *B; cf. p. 366, 14* 7 timotheum, *m. 2* timotheo *B* obseruare $HP^1B$ (*m. 2* obseruauere) $MP^3$ (*corr. m. 1* obseruauere) seruauere *E* si hoc uerum est] quod si concesserimus *in ras. m. 2* $K^1$ 8 cerinthii $K^1$ hebeonis, *m. 2* hebionis $K^1$ heresim $HKK^1BOVSQRACP^3E$ *edd.* dilabimur $KK^1OVSQRCE$ dilabimur heresim *S* 9 christum $P^2K^1Bm$ a parentibus, *m. 2* a patribus $P^3$ a patribus $P^2B$ *edd. praeter a* anathematiza, *m. 2* anathematizati *O* 10 christo $P^1M$ 11 miscuerint $P^1M$ noba *H* ueteram (m *exp.*) *B* amitte rent (*pr.* e *in ras. 2—3 l.*) *M* ammitterent *KB* (*altera* m *exp.*) admitterent *V* omitterent $P^2m$ 12 quis, *m. 2* quid *B* hebeonistis *V* hebionistis *C* se esse *M* esse (*om.* se) $P^1$ 13 tota, *m. 2* totas *B* orientes, *m. 2* orientis $P^2B$ orientes $P^1$ 14 qui $K^1$ (*m. 2* quae) *VQC* q (*m. 2 add.* e) *E* dicitur] di $P^1$ mina eorum *BM* (*m. 2* minaeorum) $P^3$ (*corr.* minaeorum) a *om.* $K^1$ (*add. m. 1*) *A* huc usque] nunc usque $HP^2KK^1OVSQRCE$ *edd.* 15 quod *C* nazareos, *m. 2* nazarenos $K^1$ nazarenos $P^2$ nazaraeos (o *ex corr. m. 1, fuit* u) *K* nazoreus *B* nunpant, *corr. m. 1* nuncupant *M* occupant *H* uocant *R* in *om.* *H*

Christum filium dei natum de Maria uirgine et eum dicunt esse, qui sub Pontio Pilato et passus est et resurrexit, in quem et nos credimus. sed dum uolunt et Iudaei esse et Christiani, nec Iudaei sunt nec Christiani. oro ergo te, ut, qui nostro uulnusculo medendum putas, quod acu foratum, immo punctum dicitur, huius sententiae medearis uulneri, quod lancea et, ut ita dicam, phalaricae mole percussum est. neque enim eiusdem est criminis in explanatione scripturarum diuersas maiorum sententias ponere et haeresin sceleratissimam rursus in ecclesiam introducere. sin autem haec nobis incumbit necessitas, ut Iudaeos cum legitimis suis suscipiamus, et licebit eis obseruare in ecclesiis Christi, quod exercuerunt in synagogis satanae, — dicam, quod sentio — non illi Christiani fient, sed nos Iudaeos facient.

14 Quis enim hoc Christianorum patienter audiat, quod in tua epistula continetur: 'Iudaeus erat Paulus, Christianus autem factus non Iudaeorum sacramenta reliquerat, quae conuenienter ille populus et legitime tempore, quo oportebat, acceperat.

16—p. 305, 3 = p. 73, 13—74, 4; 301, 14—302, 5

1 uirgine Maria *edd.* uirgine* $K^1$ et *om., m. 1 add.* $P^1$ cum, *m. 2* eum $P^2$ 2 et (*ante* passus) *exp. m. 2* $P^2$, *om.* $HKK^1OVSQRCE$ *edd.* surrexit *B* 3 cum *S* et *om. B* iudaeis $P^1$ et *om.* $P^1$ 4 nec Iudaei] non iudaei *S* ergo oro *signis m. 1 corr. S* 5 nostro] ñ *K* uulnusculo (culo *in ras. m. 2*) $K^1$ furato *H* 6 immo punctum *om.* $P^1MP^3$ dicitur] ut dicitur *edd praeter a* sentiae, *m. 2* sententiae *B* mediaris, *m. 2* medearis $K^1$ medeatis *V* uulnere *HS* (*m. 2 ? corr.* uulneri) 7 quod] et *H* lanceae $HP^2$ et *om.* $HP^2$ (*m. 2 add.*) $K^1$ (*m. 1 add.*) ut *ras. ex* ud *M* palaricae molę *B* phalariace mole *V* fallari caemole *A* est *om. H* 8 neque] non *QE* in *om., m. 1 add. M* 9 malorum, *m 2* maiorum $P^2$ heres in, *corr.* heresin *M* heresim $HP^2KK^1BOVSRCP^3E$ *edd.* heresim** *Q* 10 rursum $HKK^1BOVSQMRCE$ *edd.* si *BQ* haec] et *H* incumbet $P^1B$ 12 eos $HKK^1B$ (*m. 2* eis) *OVSQRCE* exercuerant $HP^1$ 13 sigogis $P^1$ synagoga *R* 14 faciant *O* faciunt *BC* 15 christianorum hoc *S* 16 epistole *V* continetur** *Q* 17 quę (∼ *eras.*) *M* 18 letime, *m. 2* legitime *B* legitimo $HKK^1OVSMRCE$ *edd.* legitima *Q* acciperat, *m. 2* acceperat $P^2$

ideoque suscepit ea celebranda, cum iam Christi esset apostolus, ut doceret non esse perniciosa his, qui ea uellent, sicut a parentibus per legem acceperant, custodire'. rursum obsecro te, ut pace tua meum dolorem audias. Iudaeorum Paulus caeremonias obseruabat, cum iam Christi esset apostolus, et dicis eas non esse perniciosas his, qui eas uelint, sicut a parentibus acceperint, custodire. ego e contrario loquar et reclamante mundo libera uoce pronuntiem caeremonias Iudaeorum et perniciosas esse et mortiferas Christianis et, quicumque eas obseruauerit siue ex Iudaeis siue ex gentibus, eum in barathrum diaboli deuolutum. finis enim legis Christus est ad iustitiam omni credenti, Iudaeo scilicet atque gentili; neque enim omni credenti erit finis ad iustitiam, si Iudaeus excipitur. et in euangelio legi-

7—11 = p. 369, 5—9 11 Rom. 10, 4

1 ideo (*om.* que) *H* suscipit *HK* (*corr.* suscepit) celebranda ea *QE edd.* ea *om. HS* (*m. 2 add.*) celebranda—perniciosa *om.*, *m. 2 in marg. add.* $K^1$ 2 ut] et *H* docerent $P^1$ ea (*cum ras. super* a) uellent $K^1$ ea* uellent *O* eam uellent *KVQCE* (m *eras.*) ea uelint *H* uellent eas, *m. 2* ea (*supra est ras.*) uellent *S* 3 perentibus, *m. 2* parentibus *M* per legem *om. S* per legem acceperant *om. H* custodiri *H* custodirent (nt *exp.*) *B* rursum—custodire *om.* $HK^1$ (*m. 2 in marg. add.*) *QRE* 4 pacem tuam (*ras.* pace tua) eum (*m. 2* meum) $P^2$ meos dolores *B* dolorem meum *VC* 5 cerimoniasubseruabat, *m. 2* o *pro pr.* u *B* 6 dices $P^1B$ (*m. 2* dicis) non eas *B* esses *V* pernitiosa has $P^1$ uellint; *m. 2* uellent $P^2$ uellent *BS m* 7 perentibus, *m. 2* parentibus *M* acceperant *KOSA edd.* acciperant $P^2$ (*m. 2* acceperant) *B* e contrario (io *in ras. m. 2*) $K^1$ contrario $P^1MP^3$ (*m. 2* e contrario) contraria *HA; cf. p. 369, 5* 8 loquar (lo *in ras. m. 2*) $K^1$ loquor *QE* reclamante mecum mundo *B* ceremonias:un (*ras. 1—2 l.*) *Q* 10 ea *KOR* (*m. 1? add.* s) obseruaberit *H* seruaberit *B* obseruauerint $K^1OVQCE$ obseruarint *S* siue ex gentibus siue ex iudeis *KOS* siue (*post.*; si *m. 2 super ras.*) $K^1$ 11 eos *SE* in baratro *H* deuolutos *SE* inuolutum *H* 12 est *om.* $HKK^1OVSQRCE$ *edd. sec. sacr. litt.* 13 ideo, *m. 2* iudeo $K^1$ adque $HP^2$ et *B edd.* nec *H* credenti *om. QE* 14 finis nisi ad (nisi *exp. m. 2*) $P^2$ si] siue *K* sed $P^1$ et *om.* $HKK^1OVSQRCE$ in euangelium, *corr. m. 1* in euangelio *B*

mus: Lex et prophetae usque ad Iohannem Baptistam, et in alio loco: Propterea ergo magis quaerebant eum Iudaei interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed et patrem suum dicebat deum aequalem se faciens deo, et iterum: De plenitudine eius nos omnes accepimus et gratiam pro gratia, quia lex per Moysen data est, gratia et ueritas per Iesum Christum facta est. pro legis gratia, quae praeteriit, gratiam euangelii accepimus permanentem et pro umbris et imaginibus ueteris instrumenti ueritas per Iesum Christum facta est. Hieremias quoque ex persona dei uaticinatur: Ecce dies ueniunt, dicit dominus, et consummabo domui Israhel et domui Iuda testamentum nouum non secundum testamentum, quod disposui patribus eorum in die, quando adprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Aegypti. obserua, quid dicat, quod non populo gentilium.

1 Luc. 16, 16; Matth. 11, 13 2 Ioh. 5, 18 5 Ioh. 1, 16—17
12 Hier. 31 (Septuag. 38), 31—32

1 propheta usque *O* prophetamusque *H* 2 altero $P^1MP^3$ ergo *om.* $HKK^1OVSQRCE$; *sacr. litt. uariant* 4 solbebat *H* sed—deum *om.* *QE* et quod patrem $HKK^1OVSRC$ sup̄, *m. 1 corr.* suum *K* dicebat] esse dicebat $HKK^1OVSC$ dicebat esse *edd.* 5 deum *om.* $P^1$ et sequalem (et s *exp.*) *B* plenitudinem (m *exp.*) *B* 6 nos *om.* *B* accipimus $P^2$ (*m. 2* accepimus) *B* et *om.*, $HP^2KK^1BOVSQRACE$: *sacr. litt. uariant* gratiā (~ *m. ut uid. 2*) *O* pro] per $P^1$ 7 gratia quia] gratia quae praeteriit gratiam euangelii accepimus quia *S* gratia autem et $HP^2K^1VQRCE$ *edd.*; *cf. p. 370, 1* 8 per *K* 9 praeterit *QE* gratiā ... (*ras. 1—2 l.*) $K^1$ euangeli *O* accipimus $P^2BQE$ accipiamus $P^1M$ 10 inmaginibus (*pr.* n *exp.*) *B* 11 ihm ... (*ras. 2—3 l.*) $K^1$ 12 uenient *SCE*; *Vulg. uariat* 13 domui] domus *M* domum $HKK^1$ (*ras. et corr.* domui) *OVS* (*m. 2* domui) domui] domum $HKK^1$ (*ras.* domui) *OVS* (*m. 2* domui) 15 disposui* (*fuitne* t?) *B* dissui $P^1$ cum patribus $P^2$ eorum *om.*, *add. m. 2* *R* in *om.* $HP^1P^2$ (*add. m. 2*) $P^3$ quando] qua $HKK^1BOVSRAC$ *r sec. Vulg.* adprehendi* *B* 16 educerē* *M* 17 quid] quod *B* dicam, *corr. m. 1* dicat $K^1$ dicat (t *ex corr. m. 2*; *fuitne* m?) *O* populum *QE* gentilium (m *m. 3*) *S*

cum quo ante non fecerat testamentum, sed populo Iudaeorum, cui legem dederat per Moysen, testamentum nouum euangelii repromittat, ut nequaquam uiuant in uetustate litterae sed in nouitate spiritus. Paulus autem, super cuius nomine nunc quaestio uentilatur, crebras huiusce modi ponit sententias, e quibus breuitatis studio pauca subnectam: Ecce ego Paulus dico uobis, quoniam, si circumcidamini, Christus uobis nihil prodest, et iterum: Euacuati estis a Christo, qui in lege iustificamini; a gratia excidistis, et infra: Si spiritu ducimini, iam non estis sub lege. ex quo apparet, qui sub lege est non dispensatiue, ut nostri uoluere maiores, sed uere, ut tu intellegis, eum sanctum spiritum non habere. qualia sint autem praecepta legalia, deo docente discamus: Ego, inquit, dedi eis praecepta non bona et iustificationes, in

6 Gal. 5, 2 8 Gal. 5, 4 10 Gal. 5, 18 11—13 = p. 371, 11—13
14 Ezech. 20, 25

1 cum quo ante] eum qui ante *HKK*[1] (*m. 2* cum quo ante) *OVS* (eum *in ras. m. 3*) ei qui ante *C edd.* qui ante *A* eum quia *R* consummet quod cum coant *Q* consummet *E* non fecerat testamentum *om. E* fecerat] receperat *KK*[1] (*m. 2* fecerat) *OVSRAC edd.* receperant *H* testamentum—dederat *om. P*[1]*M* 2 cui ... (*ras. 2—3 l.*) *O* 3 euangelio *QE* promittat *QRE* uiuant *om. P*[1]*M* 4 desuper *B* ciuis, *m. 2* cuius *V* 5 nunc nomine *HKK*[1]*OVSRC* deponit *B* ponet *Q* 6 e *om. QE* a *S* breuitates, *corr. m. 1* breuitatis *P*[1] paucas *H* 8 interim *V* euaciati, *corr. m. 1* euacuati *K*[1] 9 in] ex *HKK*[1]*OVSRC* 10 a gratia] * (a *eras.*) gratię *M* exciditis *B* (*corr. m. 1* excidistis) *VC* excidetis *HK* (*corr. m. ut uid. 1* excidistis) *O* (*m. 2* excidistis) 11 extis, *m. 2* estis *B* ... estis (*ras. 2—3 l.*) *Q* 12 *post.* ut *om., m. 1 (?) add. K* 13 tu *om. R* intelleges, *corr. (m. 1?)* intellegis *P*[3] eos *B* spiritum sanctum *HKK*[1]*OVSMRC edd.* non *om. QE* (*m. 1 add.*) sint autem (i *ras. ex* u) *Q* sunt autem *B* autem sint *P*[2]*KK*[1]*OVC* autem sunt *HSR* 14 legaia deo *H* legaliā (~ *eras.*) deo *B* legalia (*postr. l. del. m. 1*) a deo *M* legalia a deo *S* dicente *R* discamus (mus *m. 2 in ras.; fuisse uid.* tis) *P*[2] dicamus *H* 15 dedieis (*post.* e *m. 2; fuisse uid.* c) *P*[2] dedit (t *exp.*) eis *B* et *om. QE* iustificationis ... *P*[2] iustificationes (~ *super* e *eras.*) *M* in quibus *om., m. 2 add. P*[2]*O* in quem *V* in quae *C*

quibus non uiuant in eis. haec dicimus, non quo legem iuxta Manichaeum et Marcionem destruamus, quam et sanctam et spiritalem iuxta apostolum nouimus, sed quod, postquam fides uenit et temporum plenitudo, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus et nequaquam sub paedagogo sed sub adulto et domino et herede uiuamus.

15 Sequitur in epistula tua: 'Non ideo Petrum emendauit, quod paternas traditiones obseruaret, quod si facere uellet, nec mendaciter nec incongrue faceret'. iterum dico: episcopus es ecclesiarum Christi magister; ut probes uerum esse, quod adseris, suscipe aliquem Iudaeorum, qui factus Christianus natum sibi filium circumcidat, qui obseruet sabbata, qui abstineat se a cibis, quos deus creauit ad uten-

2 Rom. 7, 12; 14 3 Gal. 4, 4—5 7 Gal. 3, 25; 4, 1 9—11 = p. 74, 10—12 15 I Tim. 4, 3

1 uiuant, *m. 2* uiuent $K^1$ uibant, *corr.* uiuant *K* bibant *V* quod *HK*$^1$*BVQRCE l r m* 2 iusta, *corr. m. 1* iuxta *B* distruamus, *m. 2* destruamus $P^2$ sanctam et *om. QE* 3 apostulo, *corr. m. 1* apostolum *B* quod *om. B* quo $P^1P^2QMAP^3E$ (*m. 1? add.* d) quia *HK K*$^1$*OVSRC edd.* 4 temporis *QE sec. sacr. litt.* tempore *C* mitsit $P^3$ 5 suum ex muliere factum factum sub $P^3$ natum *HKK*$^1$*OVSQRC edd. praeter m* mulierem (m *exp.*) *B* 6 ut—lege *om., m. 1 s. u. add. M* ut (*exp. m. 2*) in adoptionem *B* 7 filiorum] filiorum dei *K* receperemur, *m. 2* reciperemur *B* et] ut *Q* 8 adulto (u *ex corr. m. 2*) $K^1$ et herede] herede* (m *eras.*) $P^2$ herede *HKK*$^1$*BOVSRC l r m* uibamus *H* uiuimus, *m. 2* uiuamus *E* 9 in *om., m. 1 (?) add. K* emendabit *HK* (*corr.* emendauit) 10 traditiones *bis H* obseruarent (n *exp.*) *Q* 11 incongrue* *B* episcopus] quod episcopus *KK*$^1$ (quod *eras.*) *O* (*m. 1 in marg.* ł quia) *VS* (*m. 2* quō) *RC* quod episcopos *H* quando episcopus *l r m* 12 es, *m. ut uid. 2* es et $P^2$ es *om. HQRE* (*m. 2 add.* et) probemus *B* 13 quid, *corr. m. 1* quod $P^2$ factus est christianus *KOVSC* factis christianis *QE* (*m. 1? corr.* factus christianus) 14 natum] tantum *R* circumcidit *B* qui* (s *eras*) obseruet *Q* qui obseruat *M* quod seruat $P^1$ subbata $P^1$ sabbatum *HKK*$^1$*OVSRC edd.* 15 qui* (s *eras.*) *Q* *pro* se *ras. 2 l.* $P^3$ se *om. HKK*$^1$ (*add. m. 2*) *BOVSRC edd.* a ciuis *V* cibum *H* creabit *H*

dum cum gratiarum actione, qui quarta decima die mensis primi agnum mactet ad uesperam, et, cum hoc feceris, immo non feceris — scio enim te Christianum et rem sacrilegam non esse facturum —, uelis nolis tuam sententiam reprobabis et tunc disces opere difficilius esse confirmare sua quam aliena reprehendere. ac ne forsitan tibi non crederemus, immo non intellegeremus, quid diceres — frequenter enim in longum sermo protractus caret intellegentia et, dum non sentitur, ab inperitis minus reprehenditur —, inculcas et replicas: 'Hoc ergo Iudaeorum Paulus dimiserat, quod malum habebant'. quod est malum Iudaeorum, quod Paulus dimiserat? utique illud, quod sequitur, 'quod ignorantes', inquit, 'dei iustitiam et suam iustitiam uolentes constituere iustitiae dei non sunt subiecti; deinde quod post passionem et resurrectionem Christi dato ac manifestato sacramento gratiae secundum ordinem Melchisedech adhuc putabant uetera sacramenta non ex consuetudine sollemnitatis sed ex

10—11; 12—310, 6 = p. 75, 12—76, 8

1 qui* (s *eras.*) *Q* quanta (*eras.* n *m. 1 supra* r) $P^2$ quarto decimo *Q* (quarto *ex* querito *m. ut uid. 1*) *E edd.* 2 agnus *C* uesperum *B* uesperu/// (*parua ras.*) $P^3$ cum] si *R* 3 te] te esse *B* 4 ue*lis (l *eras.*) nolis $P^2$ uellis nollis *Q* uelis nobis $P^1$ 5 discis, *m. 2* disces $P^2$ dicis *B* (*m. 2* dices) *QE* scies $HKK^1OVSRC$ *edd.* opere *parua* a *superscripta* *K* opera, *corr.* operae $P^3$ tua *C* tuā *B* 6 alienā *B* hac *H* nec forte *B* credemus, *m. 2* crederemus *S* 7 intelligerimus *B* intellegerimus *QE* quod *HK* (*corr. m. ut uid. 1* quid) $K^1$ (*m. 2* quid) *OVSR* diceris, *corr.* diceres *BE* diceris *Q* diceremus $P^1$ 8 sermonem *B* protractur $P^1$ protractatus *V* intellegentiam *HBM* (m *eras.*) dum *om. B* 9 ad, *m. 2* ab *O* munus *A* 10 hoc— habebant *om. M* ho, *corr.* (*m. 1?*) hoc *S* ergo *om.* $HKK^1$ (*m. 1? add.*) *OVSR* paulus *om. QE* quo, *corr.* (*m. 1?*) quod *O* 11 habebat *VC* quid *S* est *del. uid. m. 2 B* 12 illud quod] illud *B* inquit *om.* $HKK^1OVSRC$ inquis *QE* 13 suam iustitiam (*m. 2 del.* iustitiam) $P^3$ suam *edd. sec. Vulg.* 14 sunt *om. A* subiectae *V* post quod *m. 2 signis corr.* $P^3$ 15 hac *H* ac mani *om.*, *in marg.* mani *add. uix m. 1 K* manifesto, *m. 2* manifestato $P^2K^1$ gratiae sacramento *B* gratiae *om.* $P^1M$ 16 ponebant, *m. 2 supra* putabant *E* 17 psollemnitatis *H*

necessitate salutis esse celebranda, quae tamen si numquam fuissent necessaria, infructuose atque inaniter pro eis Machabaei martyres fierent; postremo illud, quod praedicatores gratiae Christianos Iudaei tamquam hostes legis persequerentur. hos atque eius modi errores et uitia dicit se damna et stercora arbitratum, ut Christum lucrifaceret'.

16 Didicimus per te, quae apostolus Paulus mala reliquerit Iudaeorum; rursum te docente discamus, quae bona eorum tenuerit. 'obseruationes', inquis, 'legis, quas more patrio celebrabant, sicut ab ipso Paulo celebratae sunt sine ulla salutis necessitate'. quid uelis dicere 'sine ulla salutis necessitate', non satis intellego. si enim salutem non adferunt, cur obseruantur? si autem obseruanda sunt, utique salutem adferunt, maxime quae seruata martyres faciunt. non enim

9—11 = p. 76, 9—10

1 umquam, *corr.* (*m. 1?*) numquam *O* 2 fuisset, *corr. m. 1* fuissent *M* fuisse $P^1$ infructuose (fructuos *ex corr. m. 2*) *O* adque $P^2$ machabei* *R* machabeis *H* machabaeis *Q* 3 martyris, *m. 2* martyres $P^2$ fierent (t *ex corr. m. 2*) *O* fuerit, *m. 2* fierint (*sic!*) *B* 4 hostis *B* persequerenter (*m. 2* persequerentur) *O; p. 76, 6* persequebantur 5 eius *in ras.* (*m. 1?*) *M* huius *HKK*$^1$*BOVSRCP*$^3$*E edd.: p. 76, 7* huius erroris, *m. 2* errores $P^2$ uitia nra (nra *exp.*) *B* damnum *H* damnare *cett. codd.* 6 et *om. E* stercora] ut stercora *HKK*$^1$*OVSRCE edd.* arbitratur $P^1$*KK*$^1$*BOVSMRACP*$^3$ arbitratus *HQE* christi *Q* lucrificaret *A* 7 didimus $P^1$ hic didicimus *H* paulus *om. R* mala *ex* multa *m. 1* $P^2$ male *BQ* (*m. 1? corr.* mala) relinquerit *Q* 8 rursus *B* distamus, *corr. m. 1* discamus $P^2$ 9 obseruationis $P^2$*K* (*m. ut uid. 1* obseruationes) *K*$^1$ (*m. 2* obseruationes) *VR* inquid $P^1$*M* (*corr.* inquit) $P^3$ (*m. 2* inquit) inquit $P^2$*BQA* inquies *HKK*$^1$*OVRC edd.* inquies sunt *S* leges *KK*$^1$ (*m. 2* legis) *VR* quas] *p. 76, 9* si celebrabunt *H* celebrant *KK*$^1$*OVS MRC edd.; p. 76, 9* celebrarentur 10 a ipso $P^1$ celebrata *KS* (*m. 2* celebratae) 11 quid—necessitate *om.* $P^1P^2$ (*m. 2 in marg. add.*) *M* ... (*ras. 2—3 l.*) quid *K*$^1$ id quid *HK* (*supra* hic *uix m. 1*) *OVSRC edd.* uellis *Q* 12 quare *B* 13 obseruandae *RE* utque, *m. 2* utique $P^2$ 14 maxime quae] maximeq; *V* seruata (*postr. l. in ras. m. 1*) $P^1$ seruatae *E* obseruata *S edd.*

obseruarentur, nisi adferrent salutem. neque enim indifferentia sunt inter bonum et malum, sicut philosophi disputant: bonum est continentia, malum luxuria, inter utrumque indifferens ambulare, digerere alui stercora, capitis naribus purgamenta proicere, sputa rheumatis iacere; hoc nec bonum nec malum est; siue enim feceris siue non feceris, nec iustitiam habebis nec iniustitiam. obseruare autem legis caeremonias non potest esse indifferens, sed aut malum est aut bonum est. tu dicis bonum, ego adsero malum et malum non solum his, qui ex gentibus, sed et his, qui ex Iudaico populo crediderunt. in hoc, nisi fallor, loco dum aliud uitas, ad aliud deuolueris. dum enim metuis Porphyrium blasphemantem, in Hebionis incurris laqueos his, qui credunt ex Iudaeis, obseruandam legem esse decernens. et quia periculosum intellegis esse, quod dicis, rursum illud

7—8 = p. 363, 6—8

1 obserbarentur *H* salutem afferrent *E edd.* afferent *QA* 3 conscientia *H* malum, *m. 2* malum est $P^2$ malum est *C edd.* differens *B* *ambulare (s *eras.*) $P^3$ 4 digerere *om.* $P^1$ aluei $P^1M$ (e *eras.*) $AP^3$ (e *eras.*) ablui *R* alui uestiri (uestiri *del. uid. m. 1*) *B* naribus, *m. 2* naribusq; $P^2$ naris, *corr. m. 1* naribus $K^1$ 5 sputa rheumatis iacere *om. H* sputare *umatis (h *eras.*) *m. 2 corr.* $P^2$ *sputare umatis *m. 2 corr. M* sputa reumatitis (ti *del.*) *B* sputis reumata $KK^1OVSRC$ *edd.* iacire *KO* (*m. ut uid. 1* iacere) facere, *corr.* iacere *V* haec nec *KO* haec ne *H* enim—non *om., m. 2 in marg. add.* $P^3$ 6 non fecerunt *ex* confecerunt *m. 2 B* iustitiā (~ *m. ut uid. 2*) *B* iniustitiam] iustitiam, *m. 2* iniustitiam *B* iniustitiam habebis *H* 7 autem] enim *B* ceremoniis, *m. 2* ceremonias $K^1$ certaminas *A* indeferens *Q* indifferent, *corr. m. 1* indifferens *M* 8 aut (~ *super* t *eras.*) *M* aut bonum est aut malum est $HKK^1OVSRC$ aut bonum aut malum est $P^2$ aut malum est aut bonum *QE; cf. p. 363, 7* ego] ego autem *H* 9 assere *A* his qui ex *om. C* hii (*post.* i *exp.*) *B* gentibus —ex *om. V* 10 et *om.* $KK^1OR$ ex, *m. 2* et *S* crederunt, *corr. m. 1* crediderunt $P^1$ ni $HP^2KK^1BOVSRCP^3$ uallor *H* 11 aliut (*m. 2* aliud) deuitas $P^2$ ad aliut, *m. 2* in aliud $P^2$ aliud $P^1QM$ (*m. 1? corr.* in aliud) *E* (*corr. m. ut uid. 1* in aliud) in aliud *HBA edd.* deuolberis *H* deuoluerit, *m. 2* deuolueris *B* 12 Porphyrium] proprium *H* blasphemantēs (*sic!*) *K* curris *E* 13 esse legem *KS* 14 qui *Em* pericu|sum $P^1$ esse intellegis *S* intellegens *B* rursus $P^3$

superfluis uerbis temperare conaris: 'Sine ulla salutis necessitate, sicut Iudaei celebrandas putabant, aut fallaci simulatione, quod in Petro reprehenderat'.

17 Petrus igitur simulauit legis custodiam, iste autem reprehensor Petri audacter obseruauit legitima; sequitur enim in epistula tua: 'Nam si propterea illa sacramenta celebrauit, quia simulauit se Iudaeum, ut illos lucrifaceret, cur non etiam sacrificauit cum gentibus, quia et his, qui sine lege erant, tamquam sine lege factus est, ut eos quoque lucrifaceret, nisi quia et illud fecit ut natura Iudaeus et hoc totum dixit, non ut *fallaciter* se fingeret esse, quod non erat, sed ut misericorditer ita subueniendum esse sentiret, ac si ipse in eo errore laboraret, non scilicet mentientis astu sed compa-

1—3 = p. 76, 10—12  6—313, 1 = p. 76, 12—77, 6

1 superfuis $P^1$ temperare (*med.* e *ex corr. m. 2*) *O* temporare, *corr.* temperare *B* temptare *QE* (*m. 2* temperare) coneris *HK* (*corr. m. 1* conaris) $K^1$ (*m. 2* conaris) conares, *m. 2* conaris *O* 2 sicut] ut $P^2$ celebrandis $P^1$ celebranda* *E* celebrandam (m *exp.*) *B* celebranda *H*$P^2$*K*$K^1$*OVSRC edd.* putant, *m. 2* putent $P^2$ aut *cum ras. super* t *M* 3 quod, *m. 2* quod paulus *S* reprehenderat *O* (rat *ex corr. m. 2*) *E* (*in marg. m. 2* paulus) reprehenderat paulus *edd.* 4 simulabit *H* reprensor *S* 5 .etri a....... *ex corr. m. 2 O* audaciter *HBQA* obseruabit *H*$P^1P^2$ (*m. 2* obseruauit) obseruabat *B* seruauit *R* legitime *K* in epistulā tuā (*utrumque* ~ *eras.*) $P^2$ 6 propter *H* illa *om. S* celebrauit (uit *m. 2 in ras.; fuisse uid.* bra) $P^2$ celebrabit *H* obseruauit *E* 7 simulabit *H* iudaeorum, *m. 2* iudaeum $P^2$ ut illos (o *ex corr. m. ut uid. 1*) $P^2$ ut illos (os *m. 2 super ras.*) *B* illos ut *E* illos *Q* ut iudaeos *HK*$K^1$*OVSRC* lucrifaceret *ex* lucrificaret *m. 1 A* lucrifacere* *Q* lucrifaciat *H* etiam non *BR* 8 .sacrificabit *H* gentilibus *KOS* is *Q* 9 erant] est et *Q* lege *om., m. 2 add. S* 10 fecit] erat *VC* ut *m. 2 super ras.* $P^2$ iudeos, *m. 2* iudeus *O* totam, *m. 2* totum $P^2$ 11 dic̄, *corr.* (*m. 1?*) dicis *E* ut] ne, *m. 2* ut $P^2$ fallaciter *ex p. 77, 3 reposui;* paulus *codd.* (*in S del. m. 2*) *edd.* fingere, *m. 2 add.* t *O* finxerit $K^1$*VRC* esse *om. B* era.t (n *eras.*) *O* 12 est, *m. 2* esse *B* hac *H* si ipse] super se *VC* 13 eo] *p. 77, 5* eodem errore] sentiret (*exp. m. 1*) terrore *Q* laboraret (ret *ex corr. m. 2*) *O* mentientis (s *m. 2*) *O* mentientes, *m. 2* mentientis *B* m̄tis *M* cum patientis (pa *in ras. m. 1*) $P^1$

tientis affectu?' bene defendis Paulum, quod non simulauerit errorem Iudaeorum, sed uere fuerit in errore neque imitari uoluerit Petrum mentientem, ut, quod erat, metu Iudaeorum dissimularet, sed tota libertate Iudaeum esse se diceret. nouam clementiam apostoli! dum Iudaeos Christianos uult facere, ipse Iudaeus factus est. non enim poterat luxuriosos ad frugalitatem reducere, nisi se luxuriosum probasset, et misericorditer, ut ipse dicis, subuenire miseris, nisi se miserum ipse sentiret. uere enim miselli et misericorditer deplorandi, qui contentione sua et amore legis abolitae apostolum Christi fecere Iudaeum. nec multum interest inter meam et tuam sententiam, quia ego dico et Petrum et Paulum timore fidelium Iudaeorum legis exercuisse, immo simulasse mandata, tu autem adseris hoc eos fecisse clementer 'non mentientis

1—2 = p. 377, 13—15

1 defendes *K* differendis (re *del. m. ut uid. 1*) *Q* defendis *in ras.* (*m. 1?*) *E* non quod $P^1MAP^3$ simulaberit *H* simulauit *BR* 2 in errore] in errorem *BV* imitare $P^1KK^1$ (*m. 2* imitari) *VQM* (*m. 2* imitari) 3 petrum uoluerit $P^2$ (uoluerit *m. 2 ex* uolueris) $KK^1BOVSQCE$ potuit petrum *H* quod, *m. 2* quod non *E* metum *KBO* (*m. 2* metu) *Q* propter metum, *corr.* (*m. 2?*) non propter metum *E* 4 simularet *B* esse sed sciret, *m. 2* esse se diceret $P^2$ sese diceret *K* s*se (*super ras.* e *m. 2*) diceret *O* esse diceret *QAE* se esse diceret $K^1VSRC$ *edd.* se esse dicerent *H* 5 noua clementiā (~ *eras*) *B* noua clementia $K^1VSRACP^3E$ du (*sic!*) *H* iudaeus, *corr.* iudaeos *B* uult (lt *ex corr. m. 2*) *O* 6 face (*sic!*) *H* iudaeos, *m. 2* iudaeus $P^2O$ potuerat *QE* luxuriosos, *post.* o *ex corr.* (*fuitne* u?) *E* luxuriosus *B* (*corr. m. 1* luxuriosos) $P^2$ (*m. 2* luxuriosos) 7 fragilitatem *A* ducere *B* perducere *C'* probasse *V* 8 ut] et *KO* (*m. 2* ut) subueniendum miseris esse sentiret $P^1P^2BQMAP^3E$; *cf. p. 312, 12* 9 sentiret (*postr. l. ex corr. m. 2*) *O* siseri, *m. 2* miseri *B* illi (*uirgula, quae infra fuerat, erasa*) miselli *S* miseri illi *R* 10 contentione sua* (e *eras.*) $P^2$ contentione* sua* (s *eras.*) $MP^3$ contentiones suas $P^1$ more, *m. 2* amore $P^2$ abolitae] solite *H* christi* *M* 11 facere $P^1K^1$ (*m. 2* fecere) *O* (*m. 2* fecere) *QM* faceret *HB* 12 fidelem, *m. 2* fidelium *M* 13 leges, *m. 2* legis $K^1$ exercuisse* *M* si inulasse $P^1$ 14 deseris *H* eos fecisse] fecisse eos *S* ergo fecisse *Q* (*ras. 1—2 l.; fuitne* et?) fecisse *M* fecisse *KO*

astu sed compatientis affectu', dum modo illud constet uel metu uel misericordia eos simulasse se esse, quod non erant. illud autem argumentum, quo aduersum nos uteris, quod et gentilibus debuerit gentilis fieri, si Iudaeis Iudaeus factus est, magis pro nobis facit. sicut enim non fuit uere Iudaeus, sic nec uere gentilis erat, et sicut non fuit uere gentilis, sic nec uere Iudaeus erat. in eo autem imitator gentilium est, quia praeputium recipit in fide Christi et indifferenter permittit uesci cibis, quos damnant Iudaei, non cultu, ut tu putas, idolorum; in Christo enim Iesu nec circumcisio est aliquid nec praeputium sed obseruatio mandatorum dei.

18 Quaeso igitur et te iterum atque iterum deprecor, ut igno-

7—9 cf. p. 378, 14—16 10 Gal. 5, 6; 6, 15

1 astu* (s *eras.*) *O* conpatientes, *m. 2* conpatientis *O* cum patientis $P^1$ constat *H* 2 metu uel *om.* $P^1$ uel *in ras.* (*m. 1?*) $K^1$ seu *VSC* misericordia* (s *eras.*) $P^3$ simulasses esse $P^1$ simulasse* (s *eras.*) esse *M* simulasse esse *BA* simulasse fecisse $P^2$ qui, *m. 2* quod $P^2$ erant (an *ex corr. m. 2*) *O* erat $P^2E$ (*corr. m. 1* erant) 3 illo autem argumento $P^3$ quod $HP^1KBVQMCE$ aduersus *BQCE edd.* quod (d *ex corr. m. 2*) *O* quo *R* 4 gentibus *BQAE* debueret *B* gentiles, *corr.* (*m. 1?*) gentilis *M* et gentilis *H* Iudaeis *om.* $P^1MP^3$ 5 fecit *BQE* (*corr. m. 1* facit) sič enim (ič e *in ras. m. 2*) *M* uerus *B* Iudaeus—fuit uere *om. M* 6 sic *om.* $HP^2KK^1$ (*add. m. 2*) *OVSRC* uere *om.* $HKK^1$ (*add. m. 2*) *OVSRC* uerus *B* erat, *m. 2* erit *S* erit $HP^2KK^1$ (*m. 2* erat) *OVR* uere *om. H* uerus *B* sic] si $P^1$ sicut (ut *eras.*) $P^2$ 7 nec] non *QE* uere [illegible] (*ras. 1—2 l.*) $P^1$ uerus *BQE* erit $HP^1P^2KOVSRP^3$ in eo] ideo $HKK^1$ (*m. 2* in eo) *OVSRC* imitatur, *m. 2* imitator $P^2$ gentium *B* 8 quia *om., m. 2 add. O* praepotium. *m. 2* praeputium $P^2$ recipit, *m. 2* recepit $P^2$ recipit, *corr.* recepit *KE* recipit. *corr. m. 1* recepit *Q* recepit $HK^1$ (*m. 2* recipit) *BVSRAC* in] et (*exp. m. 2*) $P^2$ fidem *B* indiffenter $P^1$ indifferentur *Q* promittit $KK^1$ (*m. 2* permittit) O (*m. 2* permittit) *VR* promitti *S* intromittit *QE* 9 cibus $P^1$ ciuis *V* bis, *m. 2* cibis *O* non] ut non *B* cultum $P^1P^2QM$ $AP^3E$ (m *eras.*) tu *om.* $HP^1KK^1OVSRC$ 10 Iesu *om. QE* iesu (u *ex corr. m. 2*) *O* circumciso, *m. 2* circumcisio *O* 13 te et $HP^2KK^1$ *BOVRC edd.* et $P^1S$ (*m. 2* te et) deprecor] obsecro $KK^1OVSRC$ osculo *H*

scas disputatiunculae meae et, quod modum meum egressus sum, tibi inputes, qui coegisti, ut rescriberem, et mihi cum Stesichoro oculos abstulisti. nec me putes magistrum esse mendacii, qui sequor Christum dicentem: Ego sum uia et uita et ueritas. nec potest fieri, ut ueritatis cultor mendacio colla submittam, neque mihi inperitorum plebeculam concites, qui te uenerantur ut episcopum et in ecclesia declamantem sacerdotii honore suscipiunt, me autem aetatis ultimae et paene decrepitum ac monasterii et ruris secreta sectantem parui pendunt, et quaeras tibi, quos doceas siue reprehendas. ad nos enim tantis maris atque terrarum a te diuisos spatiis uix uocis tuae sonus peruenit et, si forsitan

2 cf. p. 78, 1—7 4 Ioh. 14, 6

1 disputatiunculae (ae *ex corr. m. 2*) *O* quo, *m. 2* quod *O* 2 quoegisti *H* 3 stesichoro (*postr. l. ex corr.*) *E* stersicoro *R* stesicorum, *corr. m. 1* stesicoro *B* ste sichoro *m. 2 coniunctum* $P^3$ iste sichoro *m. 2 coniunctum M* istesicoro *H* iste sic oro $P^1$ este sichorum *Q* nec] et in eo $P^1$*MA* ut in (*del. m. 2*) | ** (*m. 2 supra* nec; *fuit* eo) $P^3$ me *om. QE* potes, *m. 2* putes $P^2$ esse magistrum *R* 4 quo *A* ego sum *om., m. 2 add.* $P^2$ sum *om. HKOVS* ui*a *V* uia et (a et *in ras. m. 1*) $P^1$ uia (*om.* et) *H* et ueritas et uita *BSA sec. sacr. litt.* ueritas et uita *QRE edd.* 5 ueritatis] uerita*, *super ras.* (*m. 1?*) tis *K* 6 collam (m *exp.*) *B* collo, *m. 2* colla $K^1$ mei *C* pleuiculam *H* plebiculum, *corr. m. 1* plebiculam $K^1$ plebecula *C* 7 te *om., s. u. m. 1 add.* $P^2$ et *om., m. 2 add. O* ecclesiam (m *exp.*) *B* aecclesia :: (*ras. 1—2 l.*) *E* 8 declamantis *H* sacerdoti *M* sacerdotum *V* sacerdotem *C* honorem (m *exp. m. 2*) $P^2$ suscipiunt $P^2$ (*m. 2* suspiciunt) $K^1$ (*m. 2 ł* suspiciunt) *E* (*m. 1? supra ł* suspiciunt) suspiciunt *KMC m; cf. ep. CLXXII, 1 s. fin. CCIIA, 3 s. fin.* mea (a *paene eras.*) $P^2$ me** (*ras. 1—2 l.*) $K^1$*O* meae *KV* 9 pene (pe *ex corr. m. 2*) *O* decrepitem, *corr. m. 1* decrepitum *V* ac *om. C* hac *H* a *B* ad *V* monasterio, *m. 2* monasterii *O* roris $P^1$*M* 10 qua er as *uirgulis coniunctum* (r *in ras. 2—3 l., quarum postrema fuit* b, *m. ut uid. 1*) $P^2$ 11 enim] ergo *S* tantis (is *in ras. m. 2; fuitne* tanti?) *S* tanti *HK* $K^1$*O* (nt *ex corr. m. 2*) *VRA* tanto *BC* adque *H* 12 diuisos (isos *ex corr.*) *E* diuisus *Q* diuiso *B* spatio *BC* uix *V* uox *Q* uoce, *m. 2* uocis *B* prouenit *K* (*corr.* peruenit) *O* (*m. 2* peruenit) forsitan* *B*

litteras scripseris, ante eas Italia ac Roma suscipiet, quam ad me, cui mittendae sunt, deferantur.

V 19 Quod autem in aliis quaeris epistulis, cur mea prior in libris canonicis interpretatio asteriscos habeat et uirgulas praenotatas et postea aliam translationem absque his signis ediderim, pace tua dixerim, uideris mihi non intellegere, quod quaesisti. illa enim interpretatio septuaginta interpretum est et, ubicumque uirgulae, id est obeli sunt, significatur, quod septuaginta plus dixerint, quam habetur in Hebraeo, ubi autem asterisci, id est stellae praelucentes, ex Theodotionis editione ab Origene additum est; et ibi Graeca transtulimus, hic de ipso Hebraico, quod intellegebamus, expressimus sensuum potius ueritatem quam uerborum interdum ordinem conseruantes. et miror, quo modo septuaginta interpretum libros legas non puros, ut ab eis editi sunt, sed ab

3—6 cf. p. 250, 9—251, 9

1 littera $P^1$ litteris *V* scripseras *H* as, *corr. m. 1* eas $P^1$ hac *H* a *B* suscipiet, *m. 2* suscipient *O* suscipi et *Q* suscipit *E* suscipient $K^1$*VSRC edd.* 2 deferatur *V* 3 quaeris *in fine u. om. A* aptis *M* me aprio, *m. 2* mea prior *M* prior mea *H*$P^2$*K*$K^1$*BOVSQRCE* 4 interpretati $P^1$ 5 praenotas *M* aliā ∴ (*ras. 1—2 l.*) *K* alia *V* 6 uideris (r *ex corr. m. 2; fuisse uid.* b) $K^1$ uidebis *KOS* (*corr. m. 1* uideris) uideuit *V* intellere (*m. 2* intellegere) quod $K^1$ intelli | quod *A* 7 LXX $P^2$*K*$K^1$*BOVRCE* 8 oboeli *B*$P^3$ obelli *C* oboli *QE* (*corr.* obeli) obelisci *K*$K^1$*OVSR* 9 quid $P^1P^2$*KO* (*m. 2* quod) *VQM*$P^3$ LXX $P^2$*K*$K^1$*BOVSRCE* dixerim, *corr. m. ut uid. 1* dixerint *K* haberentur (n *exp. m. 1*) $P^2$ 10 autem *om. QE* idem, *m. 2* id est *O* tellae, *m. 2* stellae *B* theodotianis di∗tione, *m. 2* theodotionis edi∗tione (c *eras.*) $P^2$ theodocione *QE* 11 origene, *postr. l. ex corr. m. 2 O* origine $P^2$ (*m. 2* origene) *K* (*add.* e *super* i) *B* (*m. 2* origene) *A* aditum *B* editum *QE* ubi *HK*$K^1$ (*m. 2* ibi) *BOVSR* (*m. 2* ibi) *C* 12 quod | quod $P^1$ quo *E* intellegebamur *A* intellegamus *B* expressibus, *m. 2* expressimus $K^1$ 13 sensum $P^2$ (*parua ras. super* um) $P^3$ sensu *BQE* ueritatem, *m. 2* uertentes $P^2$ 14 seruantes *R* quod *H*$P^2$ (d *paene eras.*) LXX $P^2$*K*$K^1$*BOVSRCE* libros legas interpretum *B* 15 puros (u *super ras. m. 1*) *K* pueros *A* ab origene (*postr. l. ex corr. m. 2*) *O* ab origine *KA* abrigine, *m. 2* ab origene *B*

Origene emendatos siue corruptos per obelos et asteriscos et Christiani hominis interpretatiunculam non sequaris, praesertim cum ea, quae addita sunt, ex hominis Iudaei atque blasphemi post passionem Christi editione transtulerit. uis amator esse uerus septuaginta interpretum, non legas ea, quae sub asteriscis sunt, immo rade de uoluminibus, ut ueterum te fautorem probes. quod si feceris, omnes ecclesiarum bibliothecas condemnare cogeris. uix enim unus aut alter inuenietur liber, qui ista non habeat.

20 Porro quod dicis non debuisse me interpretari post ueteres et nouo uteris syllogismo: Aut obscura fuerunt, quae interpretati sunt septuaginta, aut manifesta; si obscura, te quoque in eis falli potuisse credendum est, si manifesta, illos in eis falli non potuisse perspicuum est, tuo tibi sermone respondeo.

10—14 cf. ep. XXVIII p. 105, 12—107, 4

1 correptos $K^1R$ correctos *VQCE* obelos (e *ex corr.*) *E* oboelos *SMP*$^3$ obolos *K* (*corr.* obelos) $K^1$ (*m. 2* obelos) *BOV* e (*corr. m. 1* et) christiani *M* et christianos, *m. 2* et christiani *O* et Xp̄i *Q* 2 homines $P^1P^2$ (*m. 2* hominis) inpretatiunculam, *corr. m. 1* interpretatiunculam $P^1$ sequeris *B* 3 additi, *corr. m. 1* addita $P^3$ ex] et *QE* homines*QE* hominibus *H* adque *H* 4 Christi] domini *C* editione *om. QE* transtulerint *HQE* 5 . . . . . r esse *in ras.* (*m. 1?*) *Q* uerus *om.*, *m. 2 add.* ueterum *S* ueterum $KK^1OVRC$ LXX $P^2KK^1$ *BVSQRCE* inp̄tu̜m $P^1$ legant *C* ea *om. BVC* 6 rade de] ra (a *in ras.* 2 *fere l. m. 2 et supra add.* de) de $K^1$ rede de *V* redde *KOSR* reddere *H* recte *C* ut te ueterum fautorem $P^2MAP^3$ ueterum fautorem (*om.* ut *et* te) *H* ut ueterum te factorem $P^1KK^1$ (*m. 2* fautorem) *S* (*m. 2* fautorem) ut te uerum fautorem *in ras. m. ut uid. 1* (te *s. u.*) *E* ut te factorem uerum (*m. 2 add.* u *ante* c) *B* ‖ uerum factorem *Q* ute (u *del. uid.*) factorem *V* te factorem *C* 7 quid *A* omnis, *m. 2* omnes $P^2$ 8 co*geris *E* uis *V* 9 inuenitur $K^1VSQRCE$ iste *V* 10 interpretari (ri *ex corr. m. 2*) *O* uetere $P^1M$ 11 nobo *H* u*teris (t *ex corr. m. 2*) *O* uteri $P^1$ solic*ismo (h *eras. ?*) *B* obscura (cu *ex corr. m. 2*) *O* fuerint $KK^1$ (*m. 2* fuerunt) *OVSRAC* 12 LXX $P^2KBSRE$ ac, *m. 2* aut $K^1$ 13 falli in eis *S* potuisse (uisse *ras. et corr. m. 2*) *M* potuisset *V* potuissent (nt *del.*) *C* credendum—potuisse *om.* $P^1MP^3$ 14 praespicuum *K* perspicium $K^1$ est *om.* $K^1$ sermonem (m *exp.*) *B*

omnes ueteres tractatores, qui nos in domino praecesserunt et qui scripturas sanctas interpretati sunt, aut obscura interpretati sunt aut manifesta. si obscura, quo modo tu post eos ausus es disserere, quod illi explanare non potuerunt? si manifesta, superfluum est te uoluisse disserere, quod illos latere non potuit maxime in explanatione psalmorum, quos apud Graecos interpretati sunt multis uoluminibus primus Origenes, secundus Eusebius Caesariensis, tertius Theodorus Heracleotes, quartus Asterius Scythopolita, quintus Apollinaris Laodicenus, sextus Didymus Alexandrinus. feruntur et diuersorum in paucos psalmos opuscula, sed nunc de integro psalmorum corpore dicimus. apud Latinos autem Hilarius Pictauensis et Eusebius Vercellensis episcopus Origenem et Eusebium transtulerunt, quorum priorem et noster Ambrosius in quibusdam secutus est. respondeat mihi prudentia tua, quare post tantos et tales interpretes in explanatione

1 tractores $KK^1$ (*corr. m. 1* tractatores) *A* 2 *post* sanctas *m. 2 add.* nobis $P^3$ sunt *om. M* aut—sunt *om., m. 2 add.* $P^3$ 3 manista. *corr. m. 1* manifesta *M* tu quo modo $KK^1OVSRAC$ quo modo (*om.* tu) *H* post eos *om. R* posterior *B* 4 est *B* (t *exp.*) *O* esse $P^1$ edisserere *M* illi—quod *om. QE* 5 manista, *corr. m. 1* manifesta *M* superfluum *ex corr. m. 1 K* 6 ñ *eras. E* potuerunt *H* quod *QE* 7 primos, *m. 2* primus $P^2$ 8 origenes $P^2$ (*m. 2* origenis) *K* (*corr.* origenis) $K^1$ (*m. 2* origenis) origenis *BSQM* (*m. 2* origenes) *ACE* cesarienses, *corr.* cesariensis *K* 9 eraeocleotes *B* eracloetes *R* aracleotes *Q* eradeotes, *m. 2* eraleotes *M* scitopolitanus $KK^1OSQRE$ citopolitanus *HVC* Scythopolitanus *edd.* quintus—Laodicenus *om. M* apollinarius *KVC* apollinari*s $K^1$ 10 laudicenus *HK* (*corr.* laodicenus) $K^1OVSQR$ lau*dicenus (i *eras.*) $P^2$ fuerunt *M* et] e *M* 11 in *om. V* nunc] non *QE* 12 corpore psalmorum *HR* didicimus, *m. 2* dicimus $K^1$ dicemus *QE* autem] aut *B* 13 pectauensis *Q* pictauiensis *BMRACE edd. praeter a* pictau*enses, *corr. m. ut uid. 1* pictau*ensis (i *eras.*) *K* pictauiensses *O* bercellensus *H* epis, *m. 2* epus $K^1$ episcopi $HP^2MRAP^3E$ *edd.* originem, *corr.* origenem *K* et *om. B* 15 in quibus *H* respondeat (eat *ex corr. m. ut uid. 1; fuitne* it ?) *K* 16 quare] quare tu *HC edd.* quia tu $KK^1$ (*eras.* i *m. 2* qu*are tu) *OS* (*m. 2* quare tu) *R* quia tua *V* in *om. H*

psalmorum diuersa senseris. si enim obscuri sunt psalmi, te quoque in eis falli potuisse credendum est, si manifesti, illos in eis falli potuisse non creditur. ac per hoc utroque modo superflua erit interpretatio tua et hac lege post priores nullus loqui audebit et, quodcumque alius occupauerit, alius de eo scribendi licentiam non habebit. quin potius humanitatis tuae est, in quo ueniam tibi tribuis, indulgere et ceteris. ego enim non tantum uetera abolere conatus sum, quae linguae meae hominibus emendata de Graeco in Latinum transtuli, quam ea testimonia, quae a Iudaeis praetermissa sunt uel corrupta, proferre in medium, ut scirent nostri, quid Hebraea ueritas contineret. si cui legere non placet, nemo compellit inuitum. bibat uinum uetus cum suauitate et nostra musta contemnat, quae in explanatione priorum edita sunt, ut, sicubi illa non intelleguntur, ex nostris manifestiora

1 senserits (t *m. 2 del.*) *O* obscura, *corr. m. ut uid. 1* obscuri *K* te quoque] teque *Q* atque *E* 2 falli in eis *C* credendum—potuisse *om.* $P^1C$ credendum] manifestum $P^3$ si] si autem $P^3$ 3 in eos falle *Q* non potuisse *B* 4 modi, *corr.* modo *K* superfluerit *A* erit *om., m. 2 add. O* haec (e *exp. m. 1*) $P^2$ ha*c $K^1$ 5 nullos, *corr.* nullus *K* et—licentiam *om. QE* quocumque *H* quo ueniam $P^1$ ali**us $K^1$ alius (us *ex corr. m. 2; fuitne* ud ?) *O* alios, *corr. m. 1* alius *M* occupauerit alius *om. A* occupaberit *HB* (*m. 2* occupauerit) 6 de eo] deo *H* de eos $P^1$ de eo* *M* non habebit licentiam *edd.* quin] qui $P^1$ 7 in, *m. 2* ut in *S* quo *om. A* tribus *V* indulge, *m. 2* indulgeas *S* indulgeri $K^1$ (*m. 2 supra* i indulgere) *VC* et *om.* $KK^1OVSRC$ 8 tantum] tam $HP^2KK^1BOVSRCP^3$ (*ras.; fuisse uid.* tantum) *edd.* quae, *m. 2* quae a *S* 9 meae (ae *ex corr. m. 2*) *O* tuae (*exp.*) meae *B* latino, *corr. m. 1* latinum *B* transtuli* (t *eras.*) *B* 10 qua mea *VQ* (*corr.* quam ea) *M* a *om.* $P^1B$ 11 correpta *H* proferre* (t *eras.*) *K* proferri *QE* mediam, *m. 2* medium $P^2$ 12 hebraica *QE* continerat, *corr. m. 1* contineret $K^1$ 13 conpulit, *m. 2* conpellit $P^2$ conpellet *B* inuitium *A* bibant $HKK^1$ (n *exp.*) *OVRC* bibebant (be *m. 2 del.*) *S* uinum *bis, alterum del. B* uetustum cum *R* cum suauite $K^1$ 14 contemnant $HKK^1$ (*postr.* n *exp.*) *OVSRC* explanationem *QE* addita *A* 15 intellegantur *QE* ex] et *B* manifestatiori $P^1$

fiant. quod autem genus interpretationis in scripturis sanctis sequendum sit, liber, quem scripsi de optimo genere interpretandi, et omnes praefatiunculae diuinorum uoluminum, quas editioni nostrae praeposuimus, explicant ad illasque prudentem lectorem remittendum puto. et si me, ut dicis, in noui testamenti emendatione suscipis exponisque causam, cur suscipias, quia plurimi linguae Graecae habentes scientiam de meo possent opere iudicare, eandem integritatem debueras etiam in ueteri credere testamento, quod non nostra confinximus, sed, ut apud Hebraeos inuenimus, diuina transtulimus. sicubi dubitas, Hebraeos interroga.

21 Dices: Quid, si Hebraei aut respondere noluerint aut mentiri uoluerint? tota frequentia Iudaeorum in mea interpretatione reticebit, nullus *si* inueniri poterit, qui Hebraeae linguae habeat notitiam, aut omnes imitabuntur illos Iudaeos, quos

5—8 cf. p. 253, 17—254, 6

1 fiant] sunt *B* interpretationes, *corr.* interpretationis *B* 2 scripsi* *B* 3 et *om.* *B* omnis, *m.2* omnes $P^2$ diuinorum *om.* *B* qua u. (*fuisse uid.* se) ditioni *A* qua seditioni, *m. 2* quas editioni $P^3$ quos * editioni *Q* 4 proposuimus *B* exposuimus $K^1$ (*m. 2* proposuimus) *VC* adposuimus *R* explicans, *corr. m. 1* explicant $P^2$ ad' et *H* illaş quae *BM* illas (*om.* que) *QE* 5 mittendum $KK^1OSQRE$ et] ut *KO* (*m. 2* et) me *om.* *B* ne, *corr.* me *K* meam *C* nobi *H* 6 emendationem $K^1BVC$ suscipis (sus *in ras. m. 1*) $P^2$ suscepis *Q* causas $HKK^1OVSRC$ 7 quia—iudicare *om.* *VC* plurimi (*postr. l. in ras. m. 1*) *E* plurimę *B* plurime *HQ* 8 possint $P^2OP^3m$ possunt *B* iudicari *Q* eadem *B* 9 quod, *in marg. m. 1* ł quo *O* quod (d *exp.*) *S* confiximus $HKK^1$ (*m. 2* confinximus) *OVS* (*m. 2* confinximus) *M* 10 sed an ut *R* 12 dices, *m. 2* dicis $P^2$ dicis *BSRC* sed forte dicis *M* sed forte dices *edd.* si r n (*ras. 1—2 l.*) $K^1$ *pr.* aut] aut si (si *del. m. 1*) *S* aut̄ *M* mentire *Q* 13 noluerint, *corr. m. 1* uoluerint $P^1$ 14 reticeuit *V* recipit *Q* nullus, *m. 2* nullusque *E* nullusque *edd.*: *emendaui* nullus si inueneri, *m. 2* inueniri $K^1$ inuenire $P^1BQP^3$ (*m. 2* inueniri) *E* (*ras.* inueniri) pot*erit $P^3$ potuit $HP^2$ (*m. 2* potuerit hebraei Q 15 habeant *O* notitiam, *m. 2* ł notionem $OP^3$ notitionem (ti *eras.*) *K* notionem $HP^2K^1VSRC$ *edd.* inmi*tabuntur (*pr.* n *del.*) *K* inmitabuntur *B* iudeos (o *ex corr. m. 2*) *O*

dicis in Africae repertos oppidulo in meam calumniam conspirasse? huiusce modi enim in epistula tua texis fabulam: ‘Quidam frater noster episcopus cum lectitari instituisset in ecclesia, cui praeest, interpretationem tuam, mouit quiddam longe aliter a te positum apud Ionam prophetam, quam erat omnium sensibus memoriaeque inueteratum et tot aetatum successionibus decantatum. factus est tantus tumultus in plebe maxime Graecis arguentibus et inflammantibus calumniam falsitatis, ut cogeretur episcopus — Oea quippe ciuitas erat — Iudaeorum testimonium flagitare. utrum autem illi inperitia an malitia hoc esse in Hebraeis codicibus responderunt, quod et Graeci et Latini habebant atque dicebant? quid plura? coactus est homo uelut mendositatem corrigere uolens post magnum periculum non remanere sine plebe. unde etiam nobis uidetur aliquando te quoque in nonnullis falli potuisse’.

3—16 = p. 253, 1—14

1 conspirasse calumniam *edd.* conpi⁝⁝isse, *m. 2* conspirasse $K^1$ 2 enim *om.* *B* texisti *QE* famulam *A* 3 quidem *O* noster] ñc (= nunc) *M* cum] quam, *corr.* cum *K* qua, *m. 2* cum *O* lectitare *HQE edd. praeter m* 4 ecclesiam (m *exp.*) *B* ecclesia ⁝⁝⁝ (*ras. 2—3 l.*) $P^3$ ecclesia sua $P^1MA$ tuam (tu *in ras. m. 3*) *S* nouit *HOV* nobit, *corr.* mouit *K* mouet *QE* quiddam (*post.* d *m. 2 in ras.*) $P^2$ quidam $KK^1$ (*m. 2* quiddam) *BVS* (*m. 2* quidem) *Q* quidem *OE* 5 positum a te *S* a te] ante *B; p. 253, 3* abs te quā⁝⁝⁝ (*parua ras.; ~ m. 2?*) $K^1$ quem $P^1$ cum *H* 6 omnibus *B* memoriaque $P^2$ tot* $P^3$ aeta*tum $P^2$ 7 succensionibus *K* (*corr.* successionibus) *O* fatus, *m. 2* factus $P^2$ factusque $K^1SRC$ factumque *V* est *om.* *V* est. *m. 2* est autem $P^2$ est autem *M* tumultus *om.* *B* 8 pleue *H* inclamantibus *m* calumnia *B* 9 ea $HP^1P^2KK^1O$ (*m. 2* cuius ea) $SQMRAP^3E$ *edd. praeter m* eo *V* erat, *m. 2* eorum *B* cuius *C* Oea *ex coniectura Reinharti m* 11 esse *ras. et corr. m. 2 ex* est se $P^2$ responderunt (run *ex corr. m. 2 et super* u *add.* i) *O* 12 quod e, *corr. m. 1* quod et *M* quod $HKK^1OVSRC$ lati, *corr. m. 1* latini *M* habe | ant $P^1$ habeant *M* habe*nt (a *eras. uid.*) $P^3$ atque dicebant *om.* $P^3$ atque *m. 2 del. et supra add.* idq, ęq, *S* dicebant, *m. 2* dicebas *E* 13 quoactus *H* mendacium $HP^2KK^1OVSRC$ uoles, *m. 2* uolens *O* 14 *pro* non *ras.* *E* remanere* *M* 15 in nonnulli $P^1$ falli *om.* $P^1$ falsi *A*

VII 22 Dicis me in Iona propheta male quiddam interpretatum et seditione populi conclamante propter unius uerbi dissonantiam episcopum paene sacerdotium perdidisse. et quid sit illud, quod male interpretatus sim, subtrahis auferens mihi occasionem defensionis meae, ne, quicquid dixeris, me respondente soluatur, nisi forte ut ante annos plurimos cucurbita uenit in medium adserente illius temporis Cornelio et Asinio Pollione me hederam pro cucurbita transtulisse. super qua re in commentario Ionae prophetae plenius respondimus hoc tantum nunc dixisse contenti, quod in eo loco, ubi septuaginta interpretes cucurbitam et Aquila cum reliquis hederam transtulerunt, id est κιττόν, in Hebraeo uolumine ciceion scriptum habet, quam uulgo Syri ciceiam uocant; est autem genus uirgulti lata habens folia in modum pampini cumque

8—9 cf. Hieron. comment. in Ionam c. 4 u. 6 (Migne patrol. lat. XXV p. 1147—1149

1 ionam prophetam $HKK^1OVSRC$ prophetam ale *m. 2 corr.* $P^2$ mala, *m. 2* male $K^1$ tale *B* quidam *KO* (*m. 2* quidem) quidem $K^1$ (*m. 2* quiddam) *SQRE* intertatū | tum, *del.* tum *corr. m. 1* interpretatū $P^1$ 2 populo, *corr. m. 1* populi $P^1$ conclamatum *C* uerbi* (s *eras.*) *O* 3 qui, *corr. m. 1* quid *B* quis *H* 4 interpretatum, m *eras. supra add.* s (*m. 1?*) *B* sim, *sed* m *in ras.* (*m. 1?*) *B* sum $HKK^1OVSRC$ subtrahens *B* auferes $K^1$ (*corr. m. u. uid. 1* auferens) *OV* aufer*s (e *eras.?*) *K* aufers *SRC* 5 defensionis] salutis *R* meae (ae *ex corr. m. 2*) *O* quod *B* qđ** (đ *ex corr. m. 2; fuisse uid.* quid) $P^3$ 6 solbatur *H* 7 illis temporibus $HKK^1OVSRC$ asinisio (*post.* s *del.*) *V* 8 ẹdera *B* curbita, *corr. m. 1* cucurbita $P^3$ 9 respondemus *S* 10 ubi *om. M* LXX $P^2KK^1BVSRCE$ 12 transtulerit $K^1$ id est *om. H* KniON $P^1$ KΠTON *M* KIITON $P^3$ KIaCON *H* KIKHON *B* kariacon $K^1ORACa$ cariacon *KS* (*m. 2 supra* sariason) icariacon *V* scission $P^2$ κισσόν *cett. edd.* scriptum habet ciceion *R* ceceion $HKK^1OVS$ (*m. 2 supra* seseion) *C* KoyKHON *B* 13 habetur *H edd.* quantum $P^1M$ uulgus yri, *m. 2 in marg.* uulgo sirii $P^3$ siri (si *m. 2 in ras. 1 l.*) $P^2$ syri/// (*parua ras.*) $K^1$ syrii *R* ciceian *H* cyceiam *KOVS* (*m. 2 supra* siseiā) *C* KHKIIaM *B* ceceiam $K^1$ citeeiam (*post.* e *paene eras.; m. 2 in marg.* ciceion) $P^3$ 14 uirgulte, *corr.* uirgulti *B* lata* (m *eras.*) *B* habentes $P^1$ habentis $BMP^3$ folia* (m *eras.*) *B* immodum $HKK^1C$ immundum, *m. 2* in modum *O* pampuni, *corr.*

plantatum fuerit, cito consurgit in arbusculam absque ullis calamorum et hastilium adminiculis, quibus et cucurbitae et hederae indigent, suo trunco se sustinens. hoc ergo uerbum de uerbo edisserens si ciceion transferre uoluissem, nullus intellegeret, si cucurbitam, id dicerem, quod in Hebraico non habetur; hederam posui, ut ceteris interpretibus consentirem. sin autem Iudaei uestri, ut ipse adseris, malitia uel inperitia hoc dixerunt esse in uoluminibus Hebraeorum, quod in Graecis et Latinis codicibus continetur, manifestum est eos aut Hebraeas litteras ignorare aut ad inridendos cucurbitarios uoluisse mentiri. peto in fine epistulae, ut quiescentem senem olimque ueteranum militare non cogas et rursum de uita periclitari. tu, qui iuuenis es et in pontificali culmine consti-

pampini *B* pampani *O* (*m. 2* pampini) *VQ* papini *A* papam, *in marg. m. 2* papiri *K* cum, *m. 2* cumque *R* 1 fuerat, *corr. m. ut uid. 1* fuerit *K* **cito (*fuit* ci) *Q* in] et in *QE* arbusculam (am *ex* um *m. 1*) *E* arbuscam *C* arbcula, *m. 2* arbuscula *B* asque, *m. 2* absque *B* 2 clamamorum $P^1$ aminiculis (ini *m. 2*) *B* et hederae] edere (*om.* et) *H* 3 indiget, *m. 1 (?) add.* n *B* suo] sub *H* se *om. QE* sustinent, *ras. et corr. m. 1* sustinens $P^2$ sustinet *B* ergo (r *exp.*) *S* ego $P^1$ uerbom $P^1$ 4 disserens $HP^2KK^1OVSRC$ edissere**, *m. 2* edisserēs $P^3$ ceceion $KK^1OVC$ cece*ion (i *eras.?*), *m. 2 supra* seseion *S* ceceon *H* ce (*del. m. 1*) ¦¦ ciceion *R* KMKION *B* transferre** (*ras. 1—2 l.*) $K^1$ ferre *A* nu*llus (o *eras.*) intelligere*t (n *eras.*) *O* 5 id dicerem] indicerem *H* hebraeico (e *post. exp. m. 2*) $P^2$ hebreico *KO* (*m. 2* hebraico) hebreo *B* non *om. H* 6 edram, *m. 2* ederam *O* posui** (*ras. 3—4 l., quarum prima* s *fuisse uid*) $K^1$ posui* *B* ut cum ceteris *S* ceteri $P^1$ interpretatitibus (tati *del. m. 2*) *O* 7 si $P^2K^1$ ut] et *K* adseris ipse *V* asseris ipsi *C* malitia] alia *B* 8 dixerunt, *corr. m. ut uid. 1* dixerint *S* esse, *corr.* (*m. 1?*) non esse *SM* in *om. R* hebreis *R* 9 quodicibus *H* noluminibus *R* continetur *om., m. 2 add. O* eos *om.* $P^1$ aut *om. QE* ut, *m. 2* aut *B* 10 hebreos $P^1P^3$ (*m. 2* hebreas) ignorare litteras *QE edd.* ignorare* $P^3$ ignore, *m. 2* ignorare *O* non (*del. m. 1*) ignorare *S* aut *om. KO* (*add. m. 2*) ad *om.* $P^1MACP^3$ (*m. 2 add.*) cucurbitario, *m. 2* cucurbitarios $P^2$ 11 mentire *Q* in finem $K^1$ *ut (: *eras.*) quiescentem *V* inquiescentem *C* 12 militare* (m *eras.*) *B* militari $KK^1$ (*m. 2* militare) *VSAC* di, *m. 2* de *O* 13 periclitare $P^1$ iubenis *H* iuuenis (*pr.* u *ex corr. m. 2*) *O* iuuenes, *corr.* iuuenis *B* in *om. B*

tutus, doceto populos et nouis Africae frugibus Romana tecta locupleta. mihi sufficit cum auditore ac lectore pauperculo in angulo monasterii susurrare.

## LXXVI.

1 Vobis, Donatistae, catholica ecclesia dicit: Filii hominum, usque quo graues corde? ut quid diligitis uanitatem et quaeritis mendacium? ut quid uos a totius orbis unitate nefario schismatis sacrilegio diuisistis? adtenditis falsa, quae uobis dicuntur ab hominibus aut mentientibus aut errantibus de traditione codicum diuinorum, ut in haeretica separatione moriamini, et non adtenditis, quod uobis ipsi codices dicunt, ut in catholica pace uiuatis. quare aperitis aures ad sermonem hominum dicentium, quod numquam probare potuerunt, et surdi estis aduersus sermonem dei dicentis: Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te; postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae. Abrahae dictae sunt promissiones

5 Ps. 4, 3 15 Ps. 2, 7—8 18 Gal. 3, 16

1 populum *S* nobis *BV* (*m. 2* nouis) *C* 2 uel *B* et *HKK*$^1$*OVSRC'* *edd.* 3 monasterii (*postr. l. in ras. m. 2*) *Q* susurrare *O* (*postr.* r *ex corr. m. 2*) *M* (a *ex corr. m. 1*)

*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

Incipit epistula sancti augustini ad donatistas *M* epistula augustini ad donatistas *R* item (idem *P*) ad donatistas catholica ecclesia dicit *FAP*; *inscriptio deest.* *Cf. Retract. II 40.* 7 uanitem *M* ab unitate totius urbis (*m. 2* orbis) *R* 8 urbis, *corr.* orbis *P* 9 dicuntur uobis *R* omnibus *F* 10 terrentibus *A* 11 in *om. M* (*m. 1 add.*) *R* 12 ut *om.*, *m. 2 add. M* pace catholica *R* 13 hominē (e *exp.*) *A* 14 auersus *M* ad *m* 16 tibi *om. A*

et semini eius. non dicit 'et seminibus' tamquam in multis, sed tamquam in uno 'et semini tuo', quod est Christus. in semine, inquit, tuo benedicentur omnes gentes. erigite oculos cordis et considerate totum orbem terrarum, quo modo in semine Abrahae benedicuntur omnes gentes. tunc ab uno credebatur, quod nondum uidebatur; uos iam uidetis et adhuc inuidetis. passio domini pretium est orbis terrarum, ille totum orbem redemit et uos cum toto orbe ad lucrum uestrum non concordatis, sed potius in damnum uestrum in parte litigatis, ut totum perdatis. audite in psalmo, quo pretio redempti sumus: Foderunt, inquit, manus meas et pedes, dinumerauerunt omnia ossa mea; ipsi uero considerauerunt et conspexerunt me, diuiserunt sibi uestimenta mea et super uestimentum meum miserunt sortem. quare diuisores uestimentorum domini esse uultis et tunicam illam caritatis desuper textam, quam nec persecutores eius diuiserunt, tenere cum toto orbe non uultis? in psalmo ipso legitur, quia totus orbis eam tenet: Commemorabuntur, inquit, et conuertentur ad dominum uniuersi fines terrae et adorabunt in conspectu eius uniuersae patriae gentium. quoniam ipsius est regnum et ipse dominabitur gentium. aperite aures cordis et audite, quia deus deorum dominus locutus est et uocauit terram a solis ortu usque ad occasum; ex Sion species decoris

3 Gen. 22, 18 11 Ps. 21, 17—19 19 Ps. 21, 28—29 23 Ps. 49, 1—2

2 in multis *om.* *A* in uno *bis* *M* 4 cordis] mentis *R* 5 totum] uniuersum *R* in semen *A* dicuntur, *corr.* (*m. 1?*) benedicuntur *P* 7 iam uos *edd.* 9 orbe] orbe terrarum *R* 10 ligatis *F* ut totum perdatis *bis, alterum del. m. 2 P* 11 audite itaque in *R* psalmo (ps *ex corr. m. 2*) *M* 12 pedes] pedes meos *R sec. Vulg.* (*Septuag. quoque cod. Alex.* πόδας μου) 15 uestem meam *FR sec. Vulg.* 17 textam] extectam *F* persecures, *m. 2* persecutores *A* 18 cum *om.*, *m. 1* (?) *add. P* 19 conuertentur *ex ras.* (*fuitne* conuertantur ?) *F* 25 ex Sion] exion *M* (*corr. m. 1* exsion) *R* (*m. 2* ex sion) exyon *A* exison *F*

eius. si hoc non uultis intellegere, audite euangelium iam per os proprium loquente ipso domino et dicente: Quia oportebat de Christo compleri omnia, quae de illo scripta sunt in lege et prophetis et psalmis, et praedicari in nomine eius paenitentiam et remissionem peccatorum per omnes gentes incipiens ab Hierusalem. quod in psalmo dixit 'uocauit terram a solis ortu usque ad occasum', hoc in euangelio 'per omnes gentes' et, quod in psalmo dixit 'ex Sion species decoris eius', hoc in euangelio dixit 'incipiens ab Hierusalem'.

2 Fingitis uos ante tempus messis fugere permixta zizania, quia uos estis sola zizania. nam si frumenta essetis, permixta zizania toleraretis et a segete Christi non uos diuideretis. de zizaniis quidem dictum est: Quoniam abundauit iniquitas, refrigescet caritas multorum, sed et de tritico dictum est: Qui perseuerauerit in finem usque, hic saluus erit. quare creditis creuisse zizania et mundum repleuisse, triticum autem decreuisse et in sola Africa mansisse? Christianos uos dicitis et Christo contradicitis. ipse dixit: Sinite utraque crescere usque ad messem, non dixit: Crescant zizania, decrescant frumenta; ipse dixit: Ager est hic mundus, non dixit: Ager est Africa; ipse dixit: Messis est finis saeculi, non dixit: Messis est tempus Donati; ipse dixit: Messores angeli sunt, non

2 Luc. 24, 44 et 47 12 Matth. 13, 24—30 15 Matth. 24, 12—13; 10, 22 21 Matth. 13, 30 23; 24; 25 Matth. 13, 38—39

1 iam euangelium *R* 3 complere *M* (*m. 2* compleri) *A* cumplere *F* 5 praedicare *M* (*m. 2* praedicari) *FAR a e* 6 per *om.*, *m. 1 add. M* 7 in psalmo *om. R* 9 gentes *om. MFA* exyon *A* 12 fugire *MF* 13 sola—permixta zizania *om. MFAR* 14 toleraretis] legeretis *MFAR* diuide|ritis *M* 15 abundabit *A a e m sec. Vulg.* (*Gr.* διὰ τὸ πληθυνθῆναι) 16 refrigescit *M* 17 usque in finem *FAR edd. sec. Vulg.* 18 creuisse* (t *eras.*) *P* 19 repleuisset *M* (*m. 2* repleuisse) *F* decreuisset, *m. 2* decreuisse *M* et *om. R* 25 tempus] pars *edd. praeter m* sunt angeli *R*

dixit: Messores principes Circumcellionum sunt. sed quia pro zizaniis triticum accusastis, uos esse zizania demonstrastis et, quod est grauius, ante tempus uos a tritico separastis. maiores enim uestri, in quorum sacrilega praecisione perseueratis, quidam gestis municipalibus codices sanctos et instrumenta ecclesiae persecutoribus tradiderunt, quidam eos fatentes dimiserunt et eis communicauerunt et utrique Carthaginem furiosa factione conuenerunt, de crimine traditionis, de quo ipsi inter se iam consenserant, inauditos damnauerunt, episcopum contra episcopum ordinauerunt, altare contra altare erexerunt. postea litteras ad imperatorem Constantinum, ut inter Afros episcopi transmarini iudicarent, miserunt; datis iudicibus, quos postulauerant, et Romae iudicantibus non obtemperauerunt; episcopos apud imperatorem, tamquam male iudicauerint, arguerunt; ab aliis rursus episcopis ad Arelatum missis ad ipsum imperatorem appellauerunt; ab ipso auditi et calumniatores inuenti in eodem scelere permanserunt. euigilate ad salutem, amate pacem, redite ad unitatem. haec uobis, quem ad modum gesta sint, quando uultis, omnia recitamus.

3 Ille communicat malis, qui consentit factis malorum, non qui tolerat in agro dominico zizania usque ad messem uel paleam usque ad ultimam uentilationem. si malos odistis, uos ipsi mutamini ab scelere schismatis; si malorum permixtionem timeretis, Optatum inter uos in apertissima iniquitate uiuentem per tot annos non teneretis. quem cum modo martyrem dicitis, superest, ut eum, propter quem mortuus est, Christum dicatis. postremo quid uos offendit orbis Christia-

1 sunt principes circuncellionum *R* cercicellionum *FA* cercillionum, *corr.* circellionum *M* circellionum *P* 2 accusatis *R* estis, *corr.* (*m. 2?*) esse *M* demonstratis *R* 3 est *om. M* 4 perseuera..tis (*parua ras.*) *F* perseuer.atis *P* 7 demiserunt *F* 8 de crimine autem traditionis *R* 13 postulauerunt *R* 16 audite, *m. 2* auditi *M* audiri, *corr. m. 1* auditi *P* 21 malis *om. P* 24 commixtionem *R* 25 optatum (um *ex corr. m. 1*) *P* 26 non per tot annos *R* 28 dicitis *A*

nus, a quo uos nefario furore praecidistis? et quid uos promeruerunt Maximianistae, quos a uobis damnatos et per iudicia publica de basilicis proturbatos in suo rursus honore recepistis? quid uos offendit pax Christi, contra quam uos diuiditis ab eis, quos infamatis? et quid uos promeruit pax Donati, pro qua suscipitis, quos damnatis? Felicianus Mustitanus modo uobiscum est. legimus eum prius in uestro concilio damnatum et a uobis postea in iudicio proconsulis accusatum et in Mustitana ciuitate gestis municipalibus oppugnatum.

4 Si traditio codicum scelerata est, quia deus in regem, qui Hieremiae librum incendit, morte bellica uindicauit, quanto sceleratius est sacrilegium schismatis, cuius auctores, quibus Maximianistas comparastis, aperta terra uiuos absorbuit! quo modo ergo crimen traditionis nobis obicitis, quod non probatis, et schismaticos uestros et damnatis et acceptatis? si propterea iusti estis, quia persecutionem per imperatores passi estis, iustiores uobis sunt ipsi Maximianistae, quos per iudices ab imperatoribus catholicis missos uos ipsi persecuti estis. si baptismum uos soli habetis, quid apud uos facit baptismus Maximianistarum in eis, quos baptizauit Felicianus damnatus, cum quibus est ad uos postea reuocatus? uel uobis laicis ad ista respondeant episcopi uestri, si nobiscum loqui nolunt, et cogitate pro salute uestra, quale sit hoc ipsum, quod nobiscum loqui nolunt. si lupi concilium fecerunt, ut pastoribus non respondeant, quare oues consilium perdiderunt, ut ad luporum speluncas accedant?

11 Hier. 36, 20—30 13 Num. 16, 31—33

1 promerunt *A* 3 pturbatos *R* 4 recipistis, *m. 2* recepistis *P* diuiditis uos *R* 5 uos, *m. 2* a uobis *M* pax] ut pax (ut *del. m. 2*) *P* pars *MA* 6 dampnastis *R* 7 legimus *om. M* 8 a *om. M* 11 quia] quam *edd.* 12 bellica] publica *P edd. praeter m* 13 sceleratus, *m. 2* sceleratius *M* 14 maxianistas, *m. 3* maximianistas *F* maxiministas *P* 16 si etiam propterea *R* 18 sunt uobis *R* 20 baptismus facit *R* 23 ad haec *R* 26 concilium *edd.* 27 explicit ad donatistas quibus catholicae (e *exp.*) ecclesia dicit *F* explicit ad donatistas catholica ecclesia dicit *P*

## LXXVII.

DOMINIS DILECTISSIMIS MERITOQUE HONORANDIS FRATRIBUS FELICI ET HILARINO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Non miror satanan fidelium animos perturbantem. cui resistite permanentes in spe promissorum dei, qui fallere non potest, qui non solum nobis in se credentibus et sperantibus et in eius caritate usque in finem perseuerantibus polliceri praemia aeterna dignatus est, uerum etiam temporalia scandala non defutura praedixit, quibus fidem nostram exerceri et probari oporteret; ait enim: Quoniam abundauit iniquitas, refrigescet caritas multorum; sed continuo subiecit: Qui autem perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. quid ergo mirum, si homines seruis dei detrahunt et, quia eorum uitam peruertere non possunt, famam decolorare conantur, cum ipsum deum et dominum eorum cotidie blasphemare non cessent, cum eis displicet, quicquid contra eorum uoluntatem iusto et occulto iudicio facit? unde exhortor prudentiam uestram, domini dilectissimi meritoque honorandi fratres, ut scripturam dei, qui nobis haec omnia futura praenuntiauit et aduersus ea nos firmos esse debere

10 Matth. 24, 12—13

*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*P¹* = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

2 meritoq; (; *in ras. 2 l.*) *P¹* honorandos, *corr. m. 1* honorandis *P* 3 hilario *R* 4 satanam *edd.* animas *P¹* ressistunt *P* 5 in spe *om. MFA* 8 aeterna praemia *M* 10 habundabit *PMA* abundabit *edd. sec. Vulg.* (*Gr.* διὰ τὸ πληθυνθῆναι); *cf. p. 332, 10* 11 refrigescit, *m. 2* refrigescet *P* 13 serui, *corr. m. 1* seruis *P* 14 uitam eorum *R* 15 deum] dn̄i *P¹* 16 cessant, *m. 2* cessent *M* dis**plicet (ci *eras.*) *P* dispicet, *m. 2* displicet *R* 17 iusto *om. A* 19 qui, *m. 2 supra* ł que *P¹* quae *AR m*

praemonuit, contra hominum maledica uaniloquia suspicionesque temerarias corde Christianissimo cogitetis.

2 Breuiter itaque dico caritati uestrae Bonifatium presbyterum in nullo crimine apud me fuisse detectum, nequaquam me de illo tale aliquid credidisse uel credere. quo modo ergo iuberem de numero presbyterorum nomen eius auferri uehementer terrente euangelio, ubi dominus ait: In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini? cum enim causa, quae inter illum et Spem exorta est, sub diuino examine pendeat secundum placitum eorum, quod uobis, si uolueritis, poterit recitari, quis ego sum, ut audeam dei praeuenire sententiam in delendo uel supprimendo eius nomine, de quo nec suspicari temere mali aliquid episcopus debui nec dilucide iudicare homo de occultis hominum potui, cum in ipsis causis saecularibus, quando ad maiorem potestatem refertur arbitrium iudicandi, manentibus, sicuti erant, omnibus rebus expectetur illa sententia, unde iam non liceat prouocari, ne superiori cognitori fiat iniuria, si eius pendente iudicio aliquid fuerit commutatum? et utique multum interest inter diuinam et humanam quamlibet excelsissimam potestatem. domini dei nostri misericordia numquam uos deserat, domini dilectissimi et honorandi fratres.

7 Matth. 7, 2

3 praesbiterium *P*¹ 4 criminum *A* fuisse apud me *M* detentum, *m. 2 supra* ł detectum *P* nequaquam, *m. 2* et nequaquam *P*¹ 5 me *om. M* aliquid tale *R* 6 uehenter *F* 9 exhorta *P* (h *eras.*) *P*¹ 11 audiam, *m. 2* audeam *P* sentiam, *m. 2* sententiam *P*¹ 12 inde lendo *A* nec *om. M* 13 mali] ali, *corr. m. 1* mali *F* alia *M* delucide *MFA* 14 hoccultis (h *exp.*) *F* in *om. P* causis *om. M* 16 secuti *M* 20 humanam* (q; *eras.*) *M* 21 domini *om. A*

## LXXVIII.

DILECTISSIMIS FRATRIBUS, CLERO, SENIORIBUS ET UNIVERSAE PLEBI ECCLESIAE HIPPONIENSIS, CUI SERVIO, IN DILECTIONE CHRISTI AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Utinam scripturae dei sollicita mente intendentes in quibusque scandalis adiutorio nostri sermonis non egeretis et ille uos potius consolaretur, qui consolatur et nos, qui non solum bona, quae sanctis et fidelibus suis est redditurus, uerum etiam mala, quibus erat hic mundus abundaturus, ante praedixit, ante conscribenda curauit, ut bona post saeculi finem secutura certiores expectaremus, quam mala similiter praenuntiata ante saeculi finem praecedentia sentiremus. unde et

*P* = *cod. Parisinus 12193 s. IX.*
$P^1$ = *cod. Parisinus 12226 s. IX.*
$P^2$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1672 s. IX.*
*S* = *cod. Sangallensis 174 s. IX.*
$P^3$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*I* = *cod. Escorialensis a II 3 s. X ex.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
$P^4$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
$P^5$ = *cod. Parisinus 1958 s. XI.*

*V* = *fragm. cod. Vindobonensis 322 s. VIII—IX. a p. 335, 5* (elegi) — *336, 13*

*Inscriptionem om.* $PP^5$ 2 clero] clero et $P^1S$ 3 ecclesiae *om.* $P^1S$ ipponiensis (*postr. l. exp. m. 2*) $P^1$ ipponiensi *S* ypponensis *I* ipponensis *A* Hipponensis *edd.* 4 salutem] aeternam salutem $P^1$ 5 scriptura *F* sollita, *corr.* sollicita *I* intenderetis $P^2$ 6 adiutorii $P^2I$ nostri sermonis nostri *M* sermones, *m. 2* sermonis $P^3$ in bonis $P^2$ 7 *uos (q *eras.*) $P^3$ potis $P^2$ consolatur et] consolaretur *I* 8 bona quae] beatis $P^2$ *redditurus, *m. 2* *redditurus $P^3$ uerum tam̄ etiam *A* 9 malis *I* ierat *F* abundanturus (*post.* n *ras. uid.*) *M* 10 ante *om. I* curabit *I* et $P^2$ 11 secura, *m. 2* secutura $P^1$ cum $PP^1SP^3IP^5$ mala] alia *I* 12 praecidentia $FP^4$ (*m. 2* praecedentia)

apostolus dicit: Quaecumque enim ante scripta sunt, ut nos doceremur, scripta sunt, ut per patientiam et consolationem scripturarum spem habeamus ad deum. quid autem opus erat, ut ipse dominus Iesus non solum diceret: Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui, quod post saeculi finem futurum est, uerum etiam exclamaret: Vae mundo ab scandalis, nisi ut nobis non blandiremur uenire nos posse ad sedes felicitatis aeternae, nisi temporalibus malis exerciti non defecerimus? quid opus fuit, ut diceret: Quoniam abundauit iniquitas, refrigescet caritas multorum, nisi ut illi, de quibus continuo locutus adiunxit: Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit, cum hac iniquitatis abundantia refrigescentem caritatem uiderent, non perturbarentur, non expauescerent, non quasi rebus insperatis et inopinatis contristati deficerent, sed potius uidentes accidere, quae futura praedicta sunt ante finem, patienter perseuerarent

1 Rom. 15, 4 5 Matth. 13, 43 7 Matth. 18, 7 10 Matth. 24, 12—13

1 ante *om.* *S* 2 ut nos doceremus *M* ad nostram exhortationem $PP^1SP^5$; *Gr.* εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν, *Vulg.* ad nostram doctrinam 3 abeamus, *corr.* habeamus *I* 4 dominum *I* ipsos (o *ex corr. m. 2*) *F* dominus *om.* *I* 6 sui] eorum *M* 8 ut *om.* $PP^4S$ (*add. m. 2*) $P^5$ blandemur *I* nos] non $MP^4$ (*m. 2* nos) sedes *ex corr. m. 2* (*fuitne* sedis?) *F* 9 exerciti, *m. 2* exercitati $P^4$ exercitati $PP^1SMP^5$ *a e l r* ex eadem $P^2$ deficerimus, *m. 2* deficeremus *F* defeceremus, *corr.* deficeremus $P^5$ deficeremus $PP^2MP^4$ *l r* deficere $P^3$ 10 quod $P^1$ (*corr. m. 1* quid) $P^3$ habundabit $P^1MI$ abundabit *edd. sec. Vulg.* (*Gr.* διὰ τὸ πληθυνθῆναι) habundat *A*; *cf. p. 329, 10* 11 refrigescet, *m. 2* refrigescit *P* refrigescit $P^1$ (*m. 2* refrigescet) $P^2P^3P^5$ (*corr.* refrigescet) et refrigescet *I* ille $P^3M$ e quibus $PP^1SP^5$ de quo *M* 12 perseuerabit *I* 13 salbus *I* hoc $PP^4$ (*m. 2* hac) $P^5$ haec, *m. 2* hac $P^2$ iniquitatis—uiderent non *om.* *I* iniquitas, *corr. m. 1* iniquitatis *P* 14 habundantiā (~ *del.*) $P^2$ perturbarentur] interentur *I* 15 insperatis (e *ex* i *facta uid. m. 2*) $P^2$ inspiratis, *corr. m. ut uid. 1* insperatis *F* 16 accedere, *m. 2* accidere $P^1P^2S$ accedere $PP^4P^5$; *cf. p. 339, 16* 17 predicata *I* ante finem] quae finem (*m. 2 del.*) $P^2$ patienter—in finem *om.* *I* perseuerent *FA*

usque in finem, ut securi mererentur regnare post finem in ea uita, quae non habet finem?

2 Proinde, carissimi, in isto scandalo, quo de Bonifatio presbytero nonnulli perturbantur, non uobis dico, ut non doleatis — qui enim ista non dolent, non est in eis caritas Christi; qui autem etiam de talibus gaudent, abundat in eis malignitas diaboli —, non quia in memorato presbytero apparuit aliquid, quod dignum damnatione iudicaretur, sed quia duo de domo nostra talem habent causam, ut unus eorum sine dubio perditus habeatur et sit alterius fama apud quosdam mala, apud quosdam dubia, etiam si non sit maculata conscientia. dolete ista, quoniam dolenda sunt, non tamen sic, ut eo dolore uestra caritas a bene uiuendo refrigescat, sed potius ad dominum deprecandum inardescat, ut, si innocens est presbyter uester, quod magis credo, quia, cum sensisset alterius motum inpudicum et inmundum, nec consentire uoluit nec tacere, cito eum sua diuina sententia manifestatum ministerio proprio repraesentet; si autem male sibi conscius, quod suspicari non audeo, uoluit alterius existimationem

1 ut securi—post finem *om.* $PP^5$ ut] et *I* regnare] audire, *m. 2* uiuere $P^2$ 3 proinde] de presbiteris (*del. m. 2*) proinde $P^1$ scandalao (*postr.* a *exp. m. 1*) $P^4$ quod $P^2MIFAP^4$ *a e* qui *P* quae $P^1$ (*m. 2* quo) *S* (*m. 2?* quo) $P^5$ (*corr.* quo) de *om.*, *m. 2 add.* $P^4$ bonifacio (*pr.* i *in ras.*) *F* bono facio *A* 4 nonnullo, *corr. m. 1* nunnulli *S* perturbentur *M* 5 quibus *I* 6 autem etiam] autem eiam *A* etiam *I* enim $PP^1SP^5$ abunda*t (n *eras.*) $P^3$ abundant (*post.* n *del.*) *F* 7 memorato *om.* $PP^1SP^5$ presbitero (o *in ras. m. 2*) $P^4$ 8 damnationis $P^3$ damnatio *I* 10 sit *ras. ex* fit *F* fit $PP^1P^2S$ (*m. 2?* sit) $P^3MAP^4P^5$ 11 mala apud quosdam *om. I* 12 sic ut] sicut ut $PP^5$ ut (*om.* sic) $P^3$ 13 eo *om.* $P^3$ eo—bene *om. I* odore, *m. 2* dolore $P^1S$ odore $PP^5$ caritatis *A* a *in fine u. om.* $P^3$ uibendo *I* refrigescat (t *ras. et corr. m. 2; ex* s?) $P^3$ 15 uester presbiter *M* presbyter noster *f l r* dum $PP^1SP^5$ 16 impudicum *ex* immudicum *m. 2* $P^3$ 17 eum] enim *I* sua *eras.* $P^1$, *del.* (*m. 2?*) *S*, *om. m* manifestum $PP^1SP^5$ 18 ministerium, *corr.* (*m. 1?*) ministerio $P^1$ mysterio, *m. 2* ministerio *F* 19 suspicare, *m. 2* suspicari $P^1P^3P^5$ suspirare, *m. 2* suspicari *S* audet, *m. 2* ł audeo $P^1$ extimationem *I*

laedere, cum eius pudicitiam contaminare non posset, sicut dicit ipse, cum quo habet causam, non eum permittat suam occultare nequitiam, ut, quod homines inuenire non possunt, de quolibet eorum diuino iudicio propaletur.

3 Cum enim me causa ista diu cruciasset nec inuenirem, quo modo unus e duobus conuinceretur, quamuis magis presbytero credidissem, cogitaueram primo sic ambos deo relinquere, donec in uno eorum, qui mihi suspectus erat, aliquid existeret, unde non sine iusta et manifesta causa de nostro habitaculo proiceretur. sed cum promoueri in clericatu siue illic per me siue alibi per litteras meas uehementissime conaretur, ego autem nullo modo adducerer ei homini, de quo tantum mali existimarem, manus ordinationis inponere aut per commendationem meam alicui fratri meo eum subintroducere, turbulentius agere coepit, ut, si ipse in clericatu non promoueretur, nec presbyter Bonifatius in suo gradu esse permitteretur. in qua eius prouocatione cum uiderem Bonifatium nolle quibuslibet infirmis et ad suspicionem propensis de suae uitae dubitatione scandalum fieri paratumque

1 laedere (laed *ex corr. m. 2*) $P^5$ delere *PS* dum $PP^1SP^5$ pudicitia $P^5$ contaminare, *m. 2* contaminari $P^5$ contaminari˙ *P* 2 qua *I* permittat eum *M* suam permittat $PP^1SP^5$ suum, *m. 2* suam *F* 3 nequitiam, *in marg. interpr.* malitiam *I* et $P^2$ 4 diuino *om.* $PP^1$ $SP^5$ (*in* $P^1S$ *m. 2 post* iudicio *add.* dei) propaletur, *in marg. interpr.* manifestetur *I* 5 ista me causa *edd. praeter a* obsecrauisset *I* 6 comodo *I* ex *I* 7 cogitaberam *I* dš *F* 8 in *om.* $PP^1S$ (*add. m. 1*) $P^5$ quia *S* 10 proicetur, *corr. m. 1* proiceretur $P^2$ proueri, *corr. m. 1* promoueri $P^2$ in clericatū (∼ *uix cerni potest*) *P* in clericatum $P^1SIP^5m$ 11 illac, *corr. m. 1* illic *P* per me] ferme $P^4$ 12 nullumodo $P^2$ adducerer ei (er ei *in ras. m. 2*) $P^4$ adducere rei $P^2MA$ adducerer eo $PP^5$ addicerer eo $P^1$ (*m. 2* adducerer eo) *S* (*m. 2* adducerer ei) adducerer (ei *in fine u. om.*) $P^3$ 13 tantum *om.* $P^2$ existimare *FA* inponerē $P^2$ inponere* $P^5$ 14 eum *m. 2 ex* cum $P^3$ subintroducere* (t *eras.*) $P^3$ 15 ipsi, *m. 2* ipse $P^1$ in clericatum *Im* 16 promoberetur *I* 17 proūocatione* $P^2$ dum $PP^1SP^5$ 18 propensis de suae ūitae dubitatione *om.* $P^3$ 19 de *om.* $P^1$ dubitatione* (m *eras.?*) *F* ** scandalum (*ras. 1—2 l.*) $P^2$ et scandalum $P^3$

esse honoris sui apud homines damnum perpeti potius quam in ea contentione, in qua non posset ignorantibus et dubitantibus uel ad male suspicandum procliuioribus suam demonstrare conscientiam, usque ad Ecclesiae perturbationem inaniter progredi, elegi aliquid medium, ut certo placito se ambo constringerent ad locum sanctum se pergituros, ubi terribiliora opera dei non sanam cuiusque conscientiam multo facilius aperirent et ad confessionem uel poena uel timore compellerent. ubique quidem deus est et nullo continetur uel includitur loco, qui condidit omnia, et eum a u e r i s a d o r a t o r i b u s i n s p i r i t u e t u e r i t a t e o p o r t e t a d o r a r i, ut in occulto exaudiens in occulto etiam iustificet et coronet. uerum tamen ad ista, quae hominibus uisibiliter nota sunt, quis potest eius consilium perscrutari, quare in aliis locis haec miracula fiant, in aliis non fiant? multis enim notissima est sanctitas loci, ubi beati Felicis Nolensis corpus conditum

10 Ioh. 4, 23—24

saluos se esse non posse. hoc enim contendebant Antiochiae, qui ex circumcisione crediderant, contra quos Paulus perseueranter acriterque confligit. ipsum uero Paulum non ad hoc id egisse, quod uel Timotheum circumcidit uel Cenchris uotum persoluit uel Hierosolymis a Iacobo admonitus cum eis, qui uouerant, legitima illa celebranda suscepit, ut putari uideretur per ea sacramenta etiam Christianam salutem dari, sed ne illa, quae prioribus, ut congruebat, temporibus in umbris rerum futurarum deus fieri iusserat, tamquam idolatriam gentilium damnare crederetur. hoc est enim, quod illi Iacobus ait auditum de illo esse, quod discissionem doceat a Moyse, quod utique nefas est, ut credentes in Christum discindantur a propheta Christi tamquam eius doctrinam detestantes atque damnantes, de quo ipse Christus dicit: Si crederetis Moysi, crederetis et mihi; de me enim ille scripsit.

9 Adtende enim, obsecro, ipsa uerba Iacobi: Vides, inquit, frater, quot milia sunt in Iudaea, qui crediderunt in Christum, et hi omnes aemulatores sunt legis. audierunt autem de te, quia discissionem doces a

4 Act. 16, 3 Act. 18, 18 5 Act. 21, 18—26 8 Col. 2, 17 10 Act. 21, 21 14 Ioh. 5, 46 17 Act. 21, 20—25

1 salbos *H* saluus *P* se *om.* *HPQMAE* contendebant] hos tendebant *I* antiocia *H* 2 crediderunt *E* gaudebant *H* perseuerante *H* 4 cencris *HQIE* Cenchreis *edd. praeter a* 5 a *om.* *H* 6 nouerant *IER l r m* legerant *H; cf. Act. 21, 23* putare *I* 7 dari *om.* *H* 8 in humeris rerum futurarum *Q* innumeris rerum futurarum, *m. 2* sub innumeris rerum futurarum figuris *E* 9 fieri] peri *QE* (*m. 2* celebrari) idololatriam *edd. praeter a* 10 credatur *H* ille *I* 11 *pro* Iacobus *ras. 6—7 l. A* discessionem *QE sec. Vulg.* dissensionem *HI* 12 nefas, *in marg.* scelus *I* 13 discendantur *P* descindantur *R* discedantur *Q* discedant *E* doctrinâ (~ *uid. m. 2*) *R* 14 detestante *H* si crederitis, *m. 2* si crederetis $P^1$ 15 moyse *A* et mihi crederetis *I* et mici crederetis *H* 18 quod *HPI* 19 in christo *HI* hi omnes] iohannes *P* emulatores, *in marg.* imitatores *I* 20 autem—eorum *om.* *HI* discessionem *QE sec. Vulg.* (*Gr.* ἀποστασίαν)

Moyse eorum, qui per gentes sunt, Iudaeorum dicens non debere circumcidere eos filios suos neque secundum consuetudinem ingredi. quid ergo est? utique oportet conuenire multitudinem; audient enim te superuenisse. hoc ergo fac, quod tibi dicimus. sunt nobis uiri quattuor uotum habentes super se. his adsumptis sanctifica te cum ipsis et inpende in eos, ut radant capita, et scient omnes, quia, quae de te audierunt, falsa sunt, sed sequeris et ipse custodiens legem. de gentibus autem, qui crediderunt, nos mandauimus iudicantes nihil eius modi seruare illos, nisi ut obseruent ab idolis immolato et a sanguine et a fornicatione. non, ut opinor, obscurum est et Iacobum hoc ideo monuisse, ut scirent falsa esse, quae de illo audierant hi, qui, cum in Christum ex Iudaeis credidissent, tamen aemulatores erant legis, ne per doctrinam Christi uelut sacrilega nec deo mandante conscripta damnari putarentur, quae per Moysen patribus fuerant ministrata. hoc enim de Paulo iactauerant non illi, qui intellegebant, quo animo a Iudaeis fidelibus obseruari tunc ista deberent propter commendandam

1 sunt *om.* *P* 2 dicens, *corr.* dicentes *I* eos circumcidere eos *H* eos circumcidere *E sec. Vulg.* 3 secundum consuetudine *P* 4 audient, *m. 2 supra* ł audierunt *P*[1] audierunt *R edd.* 5 enim superuenisse (*om.* te) *P* te enim superuenisse *M* enim superuenisse te *A* 6 sunt enim nobis *QE* IIII^or^ *R* 8 capita sua et sciant *QE* omnia *PMA* 9 audierant *QE* 10 queris *M* 11 mandabimus *HI* manducauimus *A* 12 huius modi *A* eis *H* ut] et *I* obseruent, *m. 2* obseruent se *P*[1] se obseruent *edd.* 13 *post* idolis *m. 2 s. u. add.* et *P*[1] immolatum *QE* (*m. 2* immolatis) a sanguine] sanguine *HI* a fornicatione] fornicatione *PI* 14 ut *om. l r m* et aia cobum *P* 16 cum in *om.* *R* in *om.* *PMAP*[1] (*m. 2 add.*) christo *HPQI* ex] et *QE* (*m. 2* ex) credissent *M* 17 emolatores *H* enulatores *A* legis erant *QE* ne: (*parua ras.*) *A* 18 damnari] dari *R* 19 mosum *H* 20 iactaberant *HI* iactauerant (iac *in ras. uix m. 1*) *Q* iactauerunt *PMA* non illi] nonnli *H* qui* *P*[1] quia *H* a *om.* *P* 21 deuerent *I* deberet *Q* dicebant *H* commendandum *Q* comendantem *H* conmendantem *I*

scilicet auctoritatem diuinam et sacramentorum illorum propheticam sanctitatem, non propter adipiscendam salutem. quae iam in Christo reuelabatur et per baptismi sacramentum ministrabatur, sed illi hoc de Paulo sparserant, qui sic ea uolebant obseruari, tamquam sine his in euangelio salus credentibus esse non posset. ipsum enim senserant uehementissimum gratiae praedicatorem et intentioni eorum maxime aduersum docentem non per illa hominem iustificari sed per gratiam Iesu Christi, cuius praenuntiandae causa illae umbrae in lege mandatae sunt. et ideo illi inuidiam et persecutionem concitare molientes tamquam inimicum legis mandatorumque diuinorum criminabantur, cuius falsae criminationis inuidiam congruentius deuitare non posset, quam ut ea ipse celebraret. quae damnare tamquam sacrilega putabatur, atque ita ostenderet nec Iudaeos tunc ab eis tamquam a nefariis prohibendos nec gentiles ad ea tamquam ad necessaria compellendos.

10 Nam si re uera sic ea reprobaret, quem ad modum de illo auditum erat, et ideo celebranda susciperet, ut actione simulata suam posset occultare sententiam, non ei diceret Iacobus: Et scient omnes, sed diceret 'et putabunt omnes', quo-

1 et *in fine u. om. A* 3 in christo iam *E* reuelebatur *M* sacramenta *H* 5 obseruare *QE* 6 credentibus *om. QE* possent. *corr. m. 1* possint *P* uehmentissimum *P* 8 aduersus *H* aduersa, *sed postrema l. fortasse ex corr. E* illa* (m *eras. ?*) *A* illam *PMP*[1]*R edd. praeter m* illo *Q* illū *E* homine *Q* 9 causa *om. E* cause *HI* 10 in *om. H* inuidam *M* (*corr. m. 1* inuidiam) *A* percutionem *P* 11 molientes concitare *edd.* inimicorum *E* 13 possit *E* ipsa *H* 14 quem *I* adque *H* ita ita *A* hostenderet *I* 15 iudaeis *QE* (*corr. m. 1* iudaeos) tamquam] tam *I* a *om. QIE* a nefarios (*sic !*) *H* perhibendos *Q* 16 necessarios, *corr. m. 1* necessaria *Q* compellen* (s *eras. uid.*) dos *P* conplendos *Q* com pellendos, *sed* pel *ex corr.* (*m. 1?*) *E* 17 re *om., m. 2 add. P*[1] auditum de illo.. (*ras. 5—6 l.*) *H* de illa auditum *R* 18 susceperat *A* ut] et *PM* 19 posse *H* sententia *I* ei] ei diei *I* dicere *H* 20 scirent *HM* set dicerit (*sic !*) *H* et dicent *I* et *om. Q* putabant *QE* (*m. ut uid. 1* putabunt) *R* (*corr. m. 1* putabunt)

niam. quae de te audierunt, falsa sunt, praesertim quia in ipsis Hierosolymis apostoli iam decreuerant, ne quisquam gentes cogeret iudaizare, non autem decreuerant, ne quisquam tunc Iudaeos iudaizare prohiberet, quamuis etiam ipsos iam doctrina Christiana non cogeret. proinde si post hoc apostolorum decretum Petrus habuit illam in Antiochia simulationem, qua gentes cogeret iudaizare, quoniam nec ipse cogebatur, quamuis propter commendanda eloquia dei, quae Iudaeis sunt credita, non prohibebatur, quid mirum si constringebat eum Paulus libere adserere, quod cum ceteris apostolis se Hierosolymis decreuisse meminerat?

11 Si autem hoc, quod magis arbitror, ante illud Hierosolymitanum concilium Petrus fecit, nec sic mirum est, quod eum uolebat Paulus non timide obtegere, sed fidenter adserere, quod eum pariter sentire iam nouerat, siue quod cum eo contulerat euangelium siue quod in Cornelii centurionis uocatione etiam diuinitus eum de hac re admonitum acceperat siue quod ante, quam illi, quos timuerat, uenissent Antiochiam, cum gentibus eum conuesci uiderat. neque enim negamus in hac sententia fuisse iam Petrum, in qua et Paulus fuit. non itaque tunc eum, quid in ea re uerum esset, docebat, sed eius simulationem, qua gentes iudaizare

2 Act. 15, 28  8 Rom. 3, 2  15 Gal. 2, 2  16 Act. 10, 9—16  18 Gal. 2, 12

1 audierant *QE* audierint *A*  2 decreberant *I*  3 cogeret] crederet *H* decreberant *I*  4 Iudaeos] gentes iudeos cogeret *M*  5 iã* (~ *m. 2; in ras. non fuit* m) *P*[1]  si *om. QE*  6 hoc *om. m*  anthiocia *cum ras. super postr. l. M* antiociam *HI*  7 quae *R*  quoniam] quod iam *R m* quo iam *IP*[1] *cett. edd.* coiam *H*  nec *om. A*  9 quae *om. QE* (*add. m.2*) quod *I*  10 libere] libere debere *I*  asseri *Q*  11 se *om. I* si *P*  12 hierosolimitantum *P* hierosolimitarum *QE* (*corr.* hierosolimitanum)  13 concilium *om. H*  14 non] nec *I*  15 pariter] pater *A*  noberat *H*  16 eugelium, *m. 2* euangelium *P*[1]  17 acciperat *Q*  18 antiquam (i *in ras. m. ut uid. 1*) *Q* antequam (equam *ex ras. et corr. m. 2*) *E*  timueras *H*  19 eum] cum *Q*  uesci *I*  20 petrum (etrum *in ras. m. 2*) *E* purum *Q*  21 utique *E*  quod *IE*  re *om. HI*  22 que *P*  iudaizare] iudaizare dicebat *E*

cogebantur, arguebat non ob aliud, nisi quia sic illa omnia simulatoria gerebantur, tamquam uerum esset, quod dicebant illi, qui sine circumcisione praeputii atque aliis obseruationibus umbrae futurorum putabant credentes saluos esse non posse.

12 Ergo et Timotheum propterea circumcidit, ne Iudaeis et maxime cognationi eius maternae sic uiderentur, qui ex gentibus in Christum crediderant, detestari circumcisionem, sicut idolatria detestanda est, cum illam deus fieri praeceperit, hanc satanas persuaserit; et Titum propterea non circumcidit, ne occasionem daret eis, qui sine illa circumcisione dicebant credentes saluos esse non posse, et ad deceptionem gentium hoc etiam Paulum sentire iactarent. quod ipse satis significat, ubi ait: Sed neque Titus, qui mecum erat, cum esset Graecus, compulsus est circumcidi propter subintroductos autem falsos fratres, qui subintroierant perscrutari libertatem nostram, ut nos in seruitutem redigerent, quibus nec ad horam cessimus subiectione, ut ueritas euangelii permaneat ad uos. hic apparet, quid eos captare intellexerit, ut non faceret, quod in Timotheo fecerat, quod ea libertate facere poterat, qua ostenderet illa

4 Col. 2, 17  14 Gal. 2, 3—5

1 cogebantur—*p. 368, 7* obseruationes ab *lacuna m. 1 in marg. significata om. QE*  cogebatur *I*  2 simulatorie *HIP*[1]  agebantur *HI*  illi dicebant *edd.*  3 sine] ne *I*  4 umbrae] quae erant umbrae *l r m*  salbos *H*  6 circumcidit propterea *edd.*  7 cognatione (*super* e *add.* i) *I*  qui *om. A*  8 circumcisione *P*  9 idololatria *edd. praeter a*  illud *I*  praeceperit] esse ceperit *I*  10 sanatas *A*  persuauerit, *m. 2* persuaserit *M*  11 mandaret *H*  sine] se *P*  12 salbos *H*  ad deceptione *H*  13 etiam *om. I*  iacerent *A*  significabit *I*  14 neque Titus] nec intus *H*  15 est *in fine u. om. A*  sub intraductos *A*  16 perscrutati *M* prescrutare *I*  18 redigerant *I*  oram *PAP*[1] (*m. 2* horam)  subiectione (*super post.* e *add.* i) *I* subiectioni *R edd. praeter m sec. Vulg.; Gr.* τῇ ὑποταγῇ  19 permanet, *m. 2* permaneat *M*  20 capitare *PM*  *post* faceret *m. 2 add.* in tito *P*[1]  in *om. H*  21 fecerat] facerat *P* fecerat et *HI edd.*  hostenderet *I*  ostenderat *edd.*

sacramenta nec tamquam necessaria debere appeti nec tamquam sacrilega debere damnari.

13 Sed cauendum est uidelicet in hac disputatione, ne sicut philosophi quaedam facta hominum media dicamus inter recte factum et peccatum, quae neque in recte factis neque in peccatis numerentur, et urgeamur eo, quod obseruare legis caeremonias non potest esse indifferens sed aut bonum aut malum, ut, si bonum dixerimus, eas nos quoque obseruare cogamur, si autem malum, non uere sed simulate ab apostolis obseruatas esse credamus. ego uero apostolis non tam exemplum philosophorum timeo, quando et illi in sua disputatione ueri aliquid dicunt, quam forensium aduocatorum, quando in alienarum causarum actione mentiuntur. quorum similitudo si in ipsa expositione epistulae ad Galatas ad confirmandam simulationem Petri et Pauli putata est decenter induci, quid ego apud te timeam nomen philosophorum, qui non propterea uani sunt, quia omnia falsa dicunt, sed quia et falsis plerisque confidunt et, ubi uera inueniuntur dicere, a Christi gratia, qui est ipsa ueritas, alieni sunt?

14 Cur autem non dicam praecepta illa ueterum sacramentorum nec bona esse, quia non eis homines iustificantur, umbrae sunt enim praenuntiantes gratiam, qua iustificamur, nec tamen mala, quia diuinitus praecepta sunt tempori perso-

3—8 cf. p. 311, 1—8  13—15 cf. Hieron. in Pauli ep. ad Gal. II 11 sqq. (Migne patrol. lat. XXVI p. 340, 24—38)

1 tamquam] tamen *H*  debere—damnari *om.* *H*  3 cabendum *I*  4 homini *A*  inter recte *om.* *PMA*  5 in rectis *P*  facta *I*  6 urguemur *HPIAR* (u *med. eras.*) urgemur *MP*[1] urgeamur *edd.*  eo] et *I*  9 ad apostolis (*sic!*) *P*  10 obseruates, *corr. m. 1* obseruatas *M* obseruata *I*  12 uere *PMA*  quando] quam *PM* (*m. 1? corr.* qui) qui *A*  13 causare *I*  15 quid] quem *H* quem et *I*  16 nomen *om.* *P*  17 dicunt] sunt *I*  plerique *H*  18 dicere] dicere qui *I* dicit qui *H*  a *om.* *PMA*  christiana *R*  19 que *I*  20—p. 364, 15 *uix legi possunt* *H*  21 nec] non *I*  non in eis *MI*  22 umbra *M* (*m. 1 corr.* umbrae) *A*  enim sunt *edd.*  prenuntiante *P*  23 temporibus *P*[1]

nisque congruentia, cum me adiuuet etiam prophetica sententia, qua dicit deus se illi populo dedisse praecepta non bona? forte enim propterea non dixit mala sed tantum non bona, id est non talia, ut illis homines boni fiant aut sine illis boni non fiant. uellem me doceret benigna sinceritas tua, utrum simulate quisquam sanctus orientalis, cum Romam uenerit, ieiunet sabbato excepto illo die paschalis uigiliae. quod si malum esse dixerimus, non solum Romanam ecclesiam sed etiam multa ei uicina et aliquanto remotiora damnabimus, ubi mos idem tenetur et manet. si autem non ieiunare sabbato malum putauerimus, tot ecclesias orientis et multo maiorem orbis Christiani partem qua temeritate criminabimur! placetne tibi, ut medium quiddam esse dicamus, quod tamen acceptabile sit ei, qui hoc non simulate sed congruenti societate atque obseruantia fecerit? et tamen nihil inde legimus in canonicis libris praeceptum esse Christianis. quanto magis illud malum dicere non audeo, quod deum praecepisse ipsa Christiana fide negare non possum, qua didici non eo me iustificari sed gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum!

15 Dico ergo circumcisionem praeputii et cetera huius modi priori populo per testamentum, quod uetus dicitur, diuinitus data ad significationem futurorum, quae per Christum oportebat impleri. quibus aduenientibus remansisse illa Christianis legenda tantum ad intellegentiam praemissae prophetiae, non

2 Ezech. 20, 25 19 Rom. 3, 24

1 adiubet *HI* adiuuent (n *exp.*) *M* etiam *om.* *M* 2 quia *I* 4 aut—fiant *om.* *A* 5 uelle *I* docere *H* 6 utrum simulate] uerum simulat *I* 8 mulum *P* esse *om.* *H* 9 uicina] prouincia *I* aliquando *I* *post* remotiora *m. 2 s. u.* loca *P*[1] remotiore *P* 11 putaberimus *HI* 13 ut *om.* *R* 14 qui] quo *P* hoc *om.* *HI* simulate (e *ex* a *m. 1*) *A* 15 congruentis *I* adque *H* 16 legi *H* 17 audebo *HI* 18 ipse *A* possumus *H* quia *A* didici] dicitur *P*[1] 19 eo] ego *I* me] meo *M* dei *om.* *I* christum *om.* *PMA* 21 ergo] enim *HI* circumcisione *I* 23 datum *HI* 25 premis sae (is *eras.?*) *A*

autem necessario facienda, quasi adhuc expectandum esset, ut ueniret fidei reuelatio, quae his significabatur esse uentura. sed quamuis gentibus inponenda non essent, non tamen sic debuisse auferri a consuetudine Iudaeorum tamquam detestanda atque damnanda. sensim proinde atque paulatim feruente sane praedicatione gratiae Christi, qua sola nossent credentes se iustificari saluosque fieri, non illis umbris rerum ante futurarum tunc iam uenientium atque praesentium, ut in illorum Iudaeorum uocatione, quos praesentia carnis domini et apostolica tempora sic inuenerant, omnis illa actio consumeretur umbrarum, hoc ei suffecisse ad commendationem, ut non tamquam detestanda et similis idolatriae uitaretur, ultra uero non haberet progressum, ne putaretur necessaria, tamquam uel ab illa salus esset uel sine illa esse non posset, quod putauerunt haeretici, qui dum uolunt et Iudaei esse et Christiani, nec Iudaei nec Christiani esse potuerunt. quorum sententiam mihi cauendam, quamuis in ea numquam fuerim, tamen beniuolentissime admonere dignatus es. in cuius sententiae non consensionem sed simulationem timore Petrus inciderat, ut de illo Paulus uerissime scriberet, quod eum uidisset non recte ingredientem ad ueritatem euangelii, eique

15—18 cf. p. 303, 7—304, 10

1 expec***tandum *I* esse *PMAP*[1]*R* 2 fidei *om. H* hic *H* 5. 8 adque *H* damnanda sensim (a sensim *in ras. m. 2*) *P*[1] damnanda] damnum *HI* paulatim] prolam *H* ferbente *I* 6 sane *om. P*[1] sana *l r m* qua] que *P* 7 salbosque *H* *post* ante *l.* a *detrita aut erasa uid. P* antea *HI edd.* 8 in *om. H* illorum, *corr. m. 1* illarum *M* illarum *PAR* 9 presentię *H* 10 apostolicę *H* sic (s *eras.*) *A* inuenerant, *supra* (*m. 1?*) ł runt *R* hactio consumerentur *H* 11 eis *HMR edd.* sufficisse *HPI* 12 non tamquam] nota quam *H* detestandam *H* idololatriae *edd. praeter a* 13 progressu* (*fuit* s) sum *A* 14 illa *ex ras.*, *fuit* ulla *R* 15 putaberunt *HI* 17 cabendam *I* cauandam, *corr.* (*m. 1?*) cauendam *M* in eam *P* numquam fuerim] non fuerint *H* 18 boniuolentissime ammoneri *A* 19 simulationum *A* Petrus timore *edd. praeter a* 20 eum *ex corr. m. 2 P*[1] cum *PMA* 21 uidisse *H* eiq; (q; *in ras. 1 l. m. 2*) *P*[1] ei qui *P* ei qu[illegible] *A*

uerissime diceret, quod gentes iudaizare cogebat. quod Paulus utique non cogebat ob hoc illa uetera ueraciter, ubi opus esset, obseruans, ut damnanda non esse monstraret, praedicans tamen instanter non eis sed reuelata gratia fidei saluos fieri fideles, ne ad ea quemquam uelut necessaria suscipienda compelleret. sic autem credo apostolum Paulum ueraciter cuncta illa gessisse nec tamen nunc quemquam factum ex Iudaeo Christianum uel cogo uel sino talia ueraciter celebrare. sicut nec tu, cui uidetur Paulus ea simulasse, cogis istum uel sinis talia simulare.

16 An uis, ut etiam ego dicam hanc esse summam quaestionis, immo sententiae tuae, ut post euangelium Christi bene faciant credentes Iudaei, si sacrificia offerant, quae obtulit Paulus, si filios circumcidant, si sabbatum obseruent, ut Paulus in Timotheo et omnes obseruauere Iudaei, dum modo haec simulate ac fallaciter agant? hoc si ita est, non iam in haeresin Hebionis uel eorum, quos uulgo Nazaraeos nuncupant, uel quamlibet aliam ueterem sed in nescio quam nouam delabimur, quae sit eo perniciosior, quo non errore sed proposito est ac uoluntate fallaci. quod si respondes, ut te ab hac purges sententia, tunc apostolos ista laudabiliter simulasse,

11—15 = p. 303, 3—7

2 hoc] ho *I* uetera *om. I* 3 esse *M* damna *P* 4 instanter. *in marg.* perseberanter *I* reuelante gratię *H* fideles saluos fieri *edd.* salbos *H* 5 fieri *om. H* quamquam *PMA* tanquam $P^1$ (tan *in ras. m. 2*) *R* uelut *del. a. m.* $P^1$ uel *H* 6 sic] si *I* 9 sim•lasse (i *eras.; supra ras. add.* u) *I* istum] secum *H* 10 talia] similia *H* 11 an uis, *supra m. ut uid. 1* ł annuis *R* annuis, *in marg.* consentis *I* 14 circidant *I* obserbent *I* obseruant *A*; *p. 303. 6* seruent 15 obseruare *HPMIA* 16 simulare, *m. 2* simulate $P^1$ •ac (h *eras.*) *R* hęc *H* si *om. H* 17 heresim *HIP¹R edd. praeter r* hebeonis *R* ebionis *HP¹m* nuncupant, *in marg.* nominant *I* 18 qualibet *P* nescio in *edd.* nobam *H* 19 dilabemur *HI* eo] et *H* qui *I* preposito *HI* 20 hac *ex* haec *H* si *om. A* si• (s *eras. uid.*) *M* respondeas *edd.* 21 apostolus *P*

ne scandalizarentur infirmi, qui ex Iudaeis multi crediderant et ea respuenda nondum intellegebant, nunc uero confirmata per tot gentes doctrina gratiae Christianae, confirmata etiam per omnes Christi ecclesias lectione legis et prophetarum, quo modo haec intellegenda, non obseruanda recitentur, quisquis ea simulando agere uoluerit, insanire, cur mihi non licet dicere apostolum Paulum et alios rectae fidei Christianos tunc illa uetera sacramenta paululum obseruando ueraciter commendare debuisse, ne putarentur illae propheticae significationis obseruationes a piissimis patribus custoditae tamquam sacrilegia diabolica a posteris detestatae? iam enim cum uenisset fides, quae prius illis obseruationibus praenuntiata post mortem et resurrectionem domini reuelata est, amiserant tamquam uitam officii sui. uerum tamen sicut defuncta corpora necessariorum deducenda erant quodam modo ad sepulturam nec simulate sed religiose, non autem deserenda continuo uel inimicorum obtrectationibus tamquam canum morsibus proicienda. proinde nunc quisquis Christianorum, quamuis sit ex Iudaeis, similiter ea celebrare uoluerit, tamquam sopitos cineres eruens non erit pius deductor uel baiulus corporis sed impius sepulturae uiolator.

1 crediderant (*m. 2 s. u.* minus adhuc tunc) per tot gentes doctrina gratiae christianae confirmata et ea respuenda nondum intellegebant nunc uero confirmata •iam per omnes *P*[1] 3 tot, *in marg.* tantas *I* doctrine, *corr. m. 1* doctrina *M* christiana *P* 5 quo modo] quia (uia *in ras. m. 2*) •••• *P*[1] obserbanda *H* recitentur, *m. 2* recitantur *P*[1] recitantur *HI* 6 uoluerit uideatur insanire *R edd. praeter m* 7 christianes *P* 8 uetera] uera *I* paulum *HPI* 9 prophetiae *M* 10 significationes *MP*[1] (*m. 2* significationes et) pientissimis *H* custodientę *P* 11 detestate *PP*[1] detestante *I* detestande *HR* detestandae *l r m* 12 illius *PM* illi•s *A* (u *eras. uid.*) *P*[1] obseruationis *I* 13 domini *om. HI* amministrant, *corr.* (*m. 1?*) amiserant *M* 14 uitam (ta *ex ras. et corr.*) *P*[1] tamen] tam *P* 15 necessariorum officiis deducenda *edd.* 16 continuo, *in marg.* statim *I* 18 quisque *H* christianum *I* 19 iudaeis (*post.* i *in ras. m. 2*) *P*[1] 20 sopita *A* cineres eruet *H* cinere seruens *PM* (*m. 1? corr.* cinere seruans) cineri seruiens *A* cinere seruans *R* cineres seruans *a* erit nota pius *H*

17 Fateor sane in eo, quod epistula mea continet, quod ideo sacramenta Iudaeorum Paulus celebranda susceperat, cum iam Christi esset apostolus, ut doceret non esse perniciosa his, qui ea uellent, sicut a parentibus per legem acceperant, custodire, minus me posuisse 'illo dum taxat tempore, quo primum fidei gratia reuelata est', tunc enim hoc non erat perniciosum. progressu uero temporis illae obseruationes ab omnibus Christianis desererentur, ne, si tunc fierent, non discerneretur, quod deus populo suo per Moysen praecepit, ab eo, quod in templis daemoniorum spiritus inmundus instituit. proinde potius culpanda est neglegentia mea, quia hoc non addidi, quam obiurgatio tua. uerum tamen longe ante, quam tuas litteras accepissem, scribens contra Faustum Manichaeum quo modo eundem locum quamuis breuiter explicauerim et hoc illic non praetermiserim, et legere poterit, si non dedignetur, benignitas tua et a carissimis nostris, per quos haec scripta nunc misi, quo modo uolueris, tibi fides fiat illud me ante dictasse. mihique de animo meo crede, quod coram deo loquens iure caritatis exposco, numquam mihi uisum fuisse etiam nunc Christianos ex Iudaeis factos sacramenta illa uetera quolibet affectu, quolibet animo cele-

1—5 = p. 74, 1—4 13 cf. August. contra Faustum l. XIX c. 17

1 sane] nane *P* in eo quod] in eo quod in eo *A* mea *om.* *AP*[1] continet mea *edd.* ideo] in eo *R* 2 sacramento, *m. 2* sacramenta *M* 3 iam *om.* *HI* 4 sicut] ut sicut *PMA* 5 custore, *corr. m. 1* custodire *P* minimus *I* potuisse *P* qui *P* 6 fide *PM* erit *A* 7 temporis erat perniciosrm nisi illae *edd.* *praeter m* 8 deserentur *PQMAE* ne si *an* ni si *scriptum sit, incertum* *R* nisi *QE* quod nisi *HI* fieret *HPQMIAP*[1]*Em* 10 templo *A* i dae | moniorum *P* inmundos *QE* 13 litteras tuas *R edd.* litteras (*om.* tuas) *QE* 14 brebiter explicaberim *HI* 15 illi *HI* et *om.* *HI* potuerit *PQ* (u *exp.*) *MR* 16 et a *om.* *HI* a *om.* *P* 17 nunc haec scripta *edd.* nunc] non *PM* non.. (*parua ras.*) *A* nisi *Q* (n *ex ras.*, *fuisse uid.* m) *E* (*m. 2* misi) 18 fiat, *m. 2* fiet *P*[1] fiet *Em* me, *m. 2* a me *E* dicta esse *Q* dictum esse *E* 19 loques *H* iure, *corr.* (*m. 1?*) iura *M* 21 quelibet *H* affectui *Q*

brare debere aut eis ullo modo licere, cum illud de Paulo semper ita senserim, ex quo illius mihi litterae innotuerunt, sicut nec tibi uidetur hoc tempore cuiquam ista esse simulanda, cum hoc fecisse apostolos credas.

18 Proinde, sicut tu e contrario loqueris et licet reclamante, sicut scribis, mundo libera uoce pronuntias caeremonias Iudaeorum et perniciosas esse et mortiferas Christianis et, quicumque eas obseruauerit siue ex Iudaeis siue ex gentibus, eum in barathrum diaboli deuolutum, ita ego hanc uocem tuam omnino confirmo et addo: quicumque eas obseruauerit non solum ueraciter uerum etiam simulate, eum in barathrum diaboli deuolutum. quid quaeris amplius? sed sicut tu simulationem apostolorum ab huius temporis ratione secernis, ita ego Pauli apostoli ueracem tunc in his omnibus conuersationem ab huius temporis quamuis minime simulata caeremoniarum Iudaicarum obseruatione secerno, quoniam tunc fuit adprobanda nunc detestanda. ita quamuis legerimus: Lex et prophetae usque ad Iohannem Baptistam et quia propterea quaerebant Iudaei Christum interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed et patrem suum dicebat deum aequalem se faciens deo, et quia gratiam pro gratia accepimus et quoniam lex per Moysen

5—9 = p. 305, 7—11 17—p. 370, 4 = p. 305, 14—306, 17

1 aut] an *P* dicere *P* illo *HI* 2 semper *om. H* it|senserim *A* nillius (*sic!*) *P* 3 hoc tempore uidetur *I* esse simulanda ista *edd.* ista] ita *H* 4 apostolum *E* 5 tu] tua *P* e *om. A* 7 esse et] esset *P* 8 obseruaberit *HI* 9 baratro *H* inuolutum *H* 10 omnino (no *in ras. m. 2*) *M* obseruaberit *HI* obseruauerit siue ex Iudaeis siue ex gentibus non solum *edd.* 12 quic *H* 13 ab *om. PMA* rations decernis *H* secernis, *in marg.* separas *I* 14 ueracim *Q* tunc *om. I* 15 simulate, *corr. m. 1* simulata *M* 16 iudaicorum *H* secerno, *in marg.* separo *I* secerto *P* quoniam] quo *Q* tum *P* fuit ad adprobanda *Q* 17 ita *om. M* itaque *QE* et *HI* tam *P* tamen *A* 18 us (*om.* que) *P* 19 interfecere *A* 20 solum non *A* solum] hic *H* solbebat *HI* et *om. PMIA* sū, *m. 2* suū *M* 21 aqualem *A* gratiam pro gratiam *H* 22 accipimus *QE*

data est, gratia autem et ueritas per Iesum Christum facta est et per Hieremiam promissum est daturum deum testamentum nouum domui Iuda non secundum testamentum, quod disposuit patribus eorum, non tamen arbitror ipsum dominum fallaciter a parentibus circumcisum aut, si hoc propter aetatem minime prohibebat, nec illud arbitror eum dixisse fallaciter leproso, quem certe non illa per Moysen praecepta obseruatio sed ipse mundauerat: Vade et offer pro te sacrificium, quod praecepit Moyses in testimonium illis; nec fallaciter ascendit ad diem festum usque adeo non causa ostentationis coram hominibus, ut non euidenter ascenderit sed latenter.

19 At enim dixit idem apostolus: Ecce ego Paulus dico uobis, quia, si circumcidamini, Christus uobis nihil proderit. decepit ergo Timotheum et fecit ei nihil prodesse Christum. an quia hoc fallaciter factum est, ideo non offuit? at ipse hoc non posuit nec ait 'si circumcidamini ueraciter' sicut nec 'fallaciter', sed sine ulla exceptione dixit: Si circumcidamini, Christus uobis nihil proderit. sicut ergo tu uis hic locum dare sententiae tuae, ut uelis subintellegi 'nisi fallaciter', ita non inpudenter flagito, ut etiam nos illic intellegere sinas eis dictum 'si circumcidamini', qui propterea uolebant circumcidi, quod aliter se putabant in Christo saluos esse non posse. hoc ergo animo, hac uoluntate, ista

7 Marc. 1, 40—44; Leuit. 14, 2—32 10 Ioh. 7, 10 13 Gal. 5, 2

1 autem *om. M; cf. p. 306, 7* 2 deum et per testamentum *H* 3 domum *H* domus *P* dom, *m. 2* domui *P*¹ iude *H* iudae *P*¹ 4 disposuit *m. 2 in ras. E* 5 dm̄ *PQMAP¹E* circumcidi *H* 7 leprosum *H* illę *H* 8 ꝑcepta *M* mandauerat *PQIEm* mandaberat *H* 9 pro] propter *H* precepi *H* moysi *Q* 11 ostensionis *QE* quoram *H* omnibus *QE* non *om. I* 12 ascenderet *QIAE* 13 at] ad *H* aut *I* dico uobis *om. QE* 14 qui' *P* si *om. I* circumcidimini *H* 15 prodeerit *H* decipit *Q* 16 han *I* hoc *om. H* 17 ad *HI* hoc *om. H* si *om. HI* 19 uobis *bis A* tu uis] tus (*sic!*) *H* 20 hoc *P* hunc *E* tuae *om. HP* uellis *Q* uelles *M* 21 non ita *A* inprudenter *H* ut *om. QE* 23 se *om. PQMAE* christo* (s *eras.*) *P*¹ 24 salbos *H* esse, *m. 2* se esse *E* hac] ac *QE*

intentione quisquis tunc circumcidebatur, Christus ei omnino nihil proderat, sicut alibi aperte dicit: Nam si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. hoc declarat et quod ipse commemorasti: Euacuati estis a Christo, qui in lege iustificamini; a gratia excidistis. illos itaque arguit, qui se iustificari in lege credebant, non qui legitima illa in eius honore, a quo mandata sunt, obseruabant intellegentes, et quia praenuntiandae ueritatis ratione mandata sint et quousque debeant perdurare. unde est illud, quod ait: Si spiritu ducimini, non adhuc estis sub lege, unde, uelut colligis, apparere, qui sub lege est, non dispensatiue, ut nostros putas uoluisse maiores, sed uere, ut ego intellego, eum sanctum spiritum non habere.

20 Magna mihi uidetur quaestio, quid sit esse sub lege sic, quem ad modum apostolus culpat. neque enim hoc eum propter circumcisionem arbitror dicere aut illa sacrificia, quae tunc facta a patribus nunc a Christianis non fiunt, et cetera eius modi, sed hoc ipsum etiam, quod lex dicit: Non concupisces, quod fatemur certe Christianos obseruare debere atque euangelica maxime inlustratione praedicare. legem dicit

2 Gal. 2, 21 4—5 cf. p. 307, 8—10 Gal. 5, 4 10 Gal. 5, 18 10—13 cf. p. 307, 10—13 18 Rom. 7, 7; 13, 9; Exod. 20, 17; Deut. 5, 21 20 Rom. 7, 12

1 quis, *H* ei *om. I* nihil omnino *edd.* 2 prodeerat *H* proderit *Q* profuit *E* 3 iustitię *H* 6 arguet *QE* se *om. HI* iustificare *QE* quia *P* 7 honorem *HIm* a quo] atq; *M* 8 et] ex *E* quia] qua *HQIEaem* mandata, *corr. m. 1* mandati *P* mandati *M* 9 sunt *QIER* (*add. m. ut uid. 1* ł sint) est] et *QE* 11 uelut collegis apparere *PQ* uelit colligi sapere *HI* (*in marg.* ostendi) apparet *m* 12 nostro *H* putare *QE* (re *exp.*) uero *A* ut ego *om. P* 13 spiritum sanctum *QE edd.* 14 quis *H* sit *om., m. 1 add. M* 15 *ante* apostolus *ras. 1—2 l. Q* 16 aut si illa *R* 17 facta *om. I* a *post* nunc *om. PMAP*[1] (*add. m. 2*) *R* 18 huius modi *HQE edd.* sed propter hoc *P*[1] etiam *om. PMA* dicitur *Q* concupiscis *HI* cupisces *R* concupisci *QE* (*m. 2* concupiscere) 19 certe *om. P* debere obseruare *edd.* 20 adque *I* praedicari *HIP*[1]*R edd.* esse dicit *M*

esse sanctam et mandatum sanctum et iustum et bonum: deinde subiungit: Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? absit. sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem, ut fiat supra modum peccator aut peccatum per mandatum. quod autem hic dicit peccatum per mandatum fieri supra modum, hoc alibi: Lex subintrauit, ut abundaret delictum: ubi autem abundauit delictum, superabundauit gratia; et alibi, cum superius de dispensatione gratiae loqueretur, quod ipsa iustificet, uelut interrogans ait: Quid ergo lex? atque huic interrogationi continuo respondit: Praeuaricationis gratia posita est, donec ueniret semen, cui promissum est. hos ergo damnabiliter dicit esse sub lege, quos reos facit lex non implentes legem, dum non intellegendo gratiae beneficium ad facienda dei praecepta quasi de suis uiribus superba elatione praesumunt. plenitudo enim legis caritas; caritas uero dei diffusa est in cordibus nostris non per nos ipsos sed per spiritum sanctum, qui datus est nobis. sed huic rei, quantum satis est, explicandae prolixus fortasse et sui proprii uoluminis sermo debetur. si ergo illud, quod lex ait: Non concupisces, si humana infirmitas gratia dei adiuta non fuerit, sub se reum tenet et praeuaricatorem potius damnat, quam liberat pecca-

2 Rom. 7, 13 7 Rom. 5, 20 10 Gal. 3, 19 16 Rom. 13, 10; 5, 5

2 quid *H* 4 super *I* 5 peccator aut *om. HI* peccator] peccatum *QE* aut̃ (*∼ eras.*) *M* 6 super *HMIAP*[1] 7 alibi] alibi ait *edd.* lex *om. H* subintrabit *HI* 8 habundabit *HI* delictum, *in marg.* peccatum *I* superhabundabit *H* super et habundauit *Q* superabundauit et *E edd.* gratiam *I* 10 quid] quod *QE* (*corr.* quid) 11 interrogatione *Q* 12 uenires *H* cui *om. P* 13 repromissum *QME* hos (s *in ras. m. 2*) *E* hoc *PQMAP*[1] 14 quod *P*[1] reo *I* 15 ad| et *H* dei *om. HI* 16 superua *H* 17 uero *om. H* 18 nr̃is (n *ex ras. et corr. m. 2*) *M* 19 huic rei] hic regi *H* explanandae *QE* 20 prolixius *HQMIA* prolixior *E edd.* et *om. QE* 21 concupiscis *H* 22 huma (*sic!*) *P* reum] eum *QE*

torem, quanto magis illa, quae significationis causa praecepta sunt, circumcisio et cetera, quae gratiae reuelatione latius innotescente necesse fuerat aboleri, iustificare neminem poterant! non tamen ideo fuerant tamquam diabolica gentium sacrilegia fugienda, etiam cum ipsa gratia iam coeperit reuelari, quae umbris talibus fuerat praenuntiata, sed permittenda paululum eis maxime, qui ex illo populo, cui data sunt, uenerant. postea uero tamquam cum honore sepulta sint a Christianis omnibus inreparabiliter deserenda.

21 Hoc autem, quod dicis 'non dispensatiue, ut nostri uoluere maiores'. quid sibi uult? oro te. aut enim hoc est, quod ego appello officiosum mendacium, ut haec dispensatio sit officium uelut honeste mentiendi, aut, quid aliud sit, omnino non uideo, nisi forte addito nomine dispensationis fit, ut mendacium non sit mendacium. quod si absurdum est, cur ergo non aperte dicis officiosum mendacium defendendum? nisi forte nomen te mouet, quia non tam usitatum est in ecclesiasticis libris uocabulum officii, quod Ambrosius noster non timuit, qui suos quosdam libros utilium praeceptionum plenos de officiis uoluit appellare. an, si officiose mentiatur quisque, culpandus est, si dispensatiue, adprobandus? rogo te. mentiatur, ubi legerit, qui hoc putat — quia et haec

10—11 = p. 307, 12 12 cf. ep. XXVIII p. 108, 6—7

1 quanto*magis *H* 2 qua *P* reuelatione gratiae *edd.* latius] gratius *H* 3 innotescere *QE* fuerant *P*[1] aboli, *corr. m. 1* diaboli *Q* abolitioni *E* iustificari *H* poterat *PI* 4 tamquam] tam *QE* (*m. 2* tamquam) 5 facienda *HI* ceperit *P* cęperit *A* ceperat *M* inceperat *P*[1]*E* inciperat *HQ* inciperet *IR* coeperat *edd.* 6 mittenda *P* 7 pau|lum *Q* qui *om. QE* 8 ueneran*, *super ras. m. ut uid. 1* da *E* 9 sunt *I edd.* a *om. I* inseparabiliter *QE* deren|da *P* reserenda *Q* 12 ego *om. QE* haec] hen *P* 14 non *om. P* sit *QE* 15 non sit mendacium *om. H* fit *P* est *om. PMA* 16 offiosum *M* 17 nomen *om. R* mobet *I* tam] si tam *I* est hęcclesiasticis *A* est ecclesiasticis *H* in eclesiasticis (*om.* est) *I* 19 libros *om. P* 20 appellari *H* officise *P* mentiatu (*sic!*) *H* 22 elegerit *HQE m; cf. p. 374, 5* et ** haec *A* et in haec *PMR* et in hoc *P*[1] *edd.; fortasse* etiam haec

magna quaestio est, sitne aliquando mentiri uiri boni, immo uiri Christiani, qualibus dictum est: Sit in ore uestro 'est est', 'non non' et qui cum fide audiunt: Perdes omnes.
22 qui loquuntur mendacium; sed, ut dixi, et alia et magna quaestio est — eligat, quod uoluerit, qui hoc existimat, ubi mentiatur, dum tamen ab scribentibus auctoribus sanctarum scripturarum et maxime canonicarum inconcusse credatur et defendatur abesse omnino mendacium, ne dispensatores Christi, de quibus dictum est: Hic iam quaeritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur, tamquam magnum aliquid sibi fideliter didicisse uideantur pro ueritatis dispensatione mentiri, cum ipsa fides in Latino sermone ab eo dicatur appellata, quia fit, quod dicitur. ubi autem fit, quod dicitur, mentiendi utique non est locus. fidelis igitur dispensator apostolus Paulus procul dubio nobis exhibet in scribendo fidem, quia ueritatis dispensator erat, non falsitatis. ac per hoc uerum scripsit uidisse se Petrum non recte ingredientem ad ueritatem euangelii eique in faciem restitisse, quod gentes cogeret iudaizare. ipse uero Petrus, quod a Paulo fiebat utiliter libertate caritatis, sanctae ac benignae pietate

2 Matth. 5, 37; Iac. 5, 12   3 Ps. 5, 7   9 I Cor. 4, 2   12 cf. Cic. de off. I 7, 23   17 Gal. 2, 14; 11

1 mentire *Q*   boni uiri *E*   2 ueri *R*   est *ante* sit *in fine pag. om. I*   3 non non ut non sub iudicio decidatis et qui *edd. sec. ep. Iac.*   qui cum] quicunque *R*   4 sed haec ut dixi *HQIElrm*   et *post* alia *om. PER*   5 extimat *H*   6 hab scribentibus *H* a scribentibus *R edd.* adscribentibus *Q* asscribentibus *ME*   8 omnino abesse *l edd.*   habesse *H*   mendacio *H*   9 dictum *om. PMA*   in *H*   dispentores, *corr. m. 1* dispensatores *P*   10 fideles *I*   11 per ueritatis dispensationem *QE*   12 mentiri—sermone *om. A*   ab *bis, alterum eras. Q*   13 *post* appellata *spatium 11 fere l. Q*   appellari *H*   quod dī dicitur *QE*   ubi—dicitur *om. QE*   14 *post* mentiendi *ras. 7—8 l. I*   itaque *E*   non ** locus (*in ras. fuit* lo) *P*   dispensatur *H*   15 exhibet, *in marg.* ostendet *I*   exhibere uidetur in *QE*   16 ueritas *P*   ac] hac *H*   17 scripsit] dixit *E*   se *om. HI*   20 sancta ac benigna *R edd. praeter m*   hac *H*

humilitatis accepit atque ita rarius et sanctius exemplum posteris praebuit, quo non dedignarentur, sicubi forte recti tramitem reliquissent, etiam a posterioribus corrigi, quam Paulus. quo fidenter auderent etiam minores maioribus pro defendenda euangelica ueritate salua fraterna caritate resistere. nam cum satius sit a tenendo itinere in nullo quam in aliquo declinare, multo est tamen mirabilius et laudabilius libenter accipere corrigentem quam audacter corrigere deuiantem. laus itaque iustae libertatis in Paulo et sanctae humilitatis in Petro, quantum mihi pro modulo meo uidetur, magis fuerat aduersus calumniantem Porphyrium defendenda, quam ut ei daretur obtrectandi maior occasio, qua multo mordacius criminaretur Christianos fallaciter uel suas litteras scribere uel dei sui sacramenta portare.

I 23 Flagitas a me, ut aliquem saltem unum ostendam, cuius in hac re sententiam sim secutus, cum tu tam plures nominatim commemoraueris, qui te in eo, quod adstruis, praecesserunt, petens, ut in eo si te reprehendo errantem, patiar te errare cum talibus, quorum ego, fateor, neminem legi. sed cum sint ferme sex uel septem, horum quattuor auctoritatem

15—19 cf. p. 290, 2—5 20—p. 376, 6 cf. p. 286, 2—11

1 adque *HI* ita] tam *R* exem (*om.* plum) *H* 2 praebebant *QE* quo—*p. 382, 1* epistula *om. QE* quod *I* forte (*super* e *add.* i) *I* recti *om. I* recte *H* 3 tramitam, *corr. m. 1* tramitem *A* a *om. H* quam] quod *P*¹ 4 Paulus] paulus hoc egit *P*¹ quod fidenter *I* quo fideliter *A* confidenter (*om.* quo) *H* quo confidenter *edd.* audirent *H* maioribus] maiores *I* 5 salba *H* 6 cum *in fine u. om. A* in nullo—declinare *om. I* alico *H* 7 multo enim est tamen *PMA* 8 audaciter *H* 9 laus] est laus *P*¹ *edd.* iuste *I* iust (*sic!*) *H* 10 quanto *H* quae quantum *edd.* meo] me *P* magnis *I* 11 *post* Porphyrium *m. 2 add.* ueritas *P*¹ 12 quã *M* (~ *eras.*) *A* quam *P* 13 christianas *H* christianis *PMA* 14 dei] de *I* sui (i *in ras. m. ut uid. 1*) *P*¹ sua *PM* portare] tractare *HI* 15 flagis *P* hostendam *I* 16 in hac re] in hac (*om.* re) *I* in agri *PM* magistri *A* sim *om. I* sum *H* 17 cummemoraueris *M* commemoraberis *H* 18 ut] quod *PMA* in eo *om. HI* si te reprehendo] sic reprehendendo *I* 20 ferme] firmer *I*

tu quoque infringis. nam Laodicenum, cuius nomen taces, de ecclesia dicis nuper egressum, Alexandrum autem ueterem haereticum, Origenem uero ac Didymum reprehensos abs te lego in recentioribus opusculis tuis et non mediocriter nec de mediocribus quaestionibus, quamuis Origenem mirabiliter ante laudaueris. cum his ergo errare puto quia nec te ipse patieris, quamuis hoc perinde dicatur, ac si in hac sententia non errauerint. nam quis est, qui se uelit cum quolibet errare? tres igitur restant, Eusebius Emisenus, Theodorus Heracleotes et, quem paulo post commemoras, Iohannes, qui dudum in pontificali gradu Constantinopolitanam rexit ecclesiam.

24 Porro si quaeras uel recolas, quid hinc senserit noster Ambrosius, quid noster itidem Cyprianus, inuenies fortasse nec nobis defuisse, quos in eo, quod adserimus, sequeremur. quamquam, sicut paulo ante dixi, tantum modo scripturis canonicis hanc ingenuam debeam seruitutem, qua eas solas ita sequar, ut conscriptores earum nihil in eis omnino errasse, nihil fallaciter posuisse non dubitem. proinde cum quaero tertium, ut tres etiam ego tribus opponam, possem quidem, ut arbitror, facile reperire, si multa legissem. uerum tamen ipse mihi pro his omnibus, immo supra hos omnes apostolus

9—12 cf. p. 286, 9—10; 289, 15—16  13 cf. Ambros. in Pauli ep. ad Gal. II 11—14 (Migne patrol. lat. XVII p. 349, 50—350, 59); Cyprian. epist. LXXI, 3 (ed. Hartel. p. 773, 10—22)

1 tu *om.* *A*  nam] non *A*  2 dicis *om.* *HI*  autem *om.* *HI*  ueterē (*postr.* e *ex ras. et corr. m. 2*) *M*  3 hac *H*  re (*ras. super* e) prehensos *M*  ab *I*  5 originem *A*  6 laudaberis *H*  iis *lrm* ergo] eum ego *A*  putes *H*  te *om.* *I*  7 ac] hac *H*  8 erraberint *H*  quis] qui *I*  qualibet *I*  9 errari *H*  emesenus *HI*  10 quam *I*  post paulo, post *H*  13 quaeris uel recolis *P*[1]  hic *HPI*  14 Ambrosius quid noster *om.* *PMAP*[1]*R*  itidem] idem *H*  inuenias, *corr. m. 1* inuenies *M* inueniens *H*  15 quod] quos *H* quo *I*  16 quamquam, *in marg.* quantum *I*  dixisti *I*  17 *post* qua *s. u. ras.* *M* que *H*  eas] hes *H*  19 porro inde *A*  20 ud *I*  etiam *om.* *H*  ego] ergo *H*  possim *A*  21 mul.ta *P*[1]  legisse *P*  22 uos *H*

Paulus occurrit. ad ipsum confugio, ad ipsum ab omnibus, qui aliud sentiunt,. litterarum eius tractatoribus prouoco, ipsum interrogans interpello et requiro in eo, quod scripsit ad Galatas uidisse se Petrum non recte ingredientem ad ueritatem euangelii eique in faciem propterea restitisse, quod illa simulatione gentes iudaizare cogebat, utrum uerum scripserit, an forte nescio qua dispensatiua falsitate mentitus sit. et audio paulo superius in eiusdem narrationis exordio religiosa uoce mihi clamantem: Quae autem scribo uobis, ecce coram deo, quia non mentior.

25 Dent ueniam quilibet aliud opinantes; ego magis credo tanto apostolo in suis et pro suis litteris iuranti quam cuique doctissimo de alienis litteris disputanti. nec dici timeo sic Paulum defendere, quod non simularit errorem Iudaeorum, sed uere fuerit in errore, quoniam neque simulabat errorem, qui libertate apostolica, sicut illi tempori congruebat, uetera illa sacramenta, ubi opus erat, agendo commendabat ea non satanae uersutia decipiendis hominibus sed dei prouidentia praenuntiandis rebus futuris prophetice constituta, nec uere fuerat in errore Iudaeorum, qui non solum nouerat, sed etiam instanter et acriter praedicabat eos errare, qui putabant gentibus inponenda uel iustificationi quorumque fidelium necessaria.

4 Gal. 2, 14; 11   9 Gal. 1, 20   13 cf. p. 313, 1—2

1 confugio ad ipsum *om. A*   ad] a *I*   2 quid aliud *MR* quia illud *A*   sentiant *HI*   3 scribit *H*   6 cogebat̄ *M* (~ *eras.*) *A* cogebatur *P*   uero *I*   7 an] ante *A*   dispensatiue *P*   8 audio] audio eum *edd.*   exordio, *in marg.* initio *I*   9 mihi uoce *HI*   clamantē (~ *m. 2 add. aut inductum*) *P*[1]   scribo uobis *om. A*   12 cuiquam *edd. praeter a*   13 doctissime *PMA*   deputanti *H*   dicit *HA*   timeo] timeo me *m*   sic] si *I*   15 simulabit *I*   16 liuertatem apostolicam *I*   19 pronuntiandis *I* ab renuntiandis *R*   consconstituta (*pr.* cons *eras.*) *I*·   uera *H*   20 qui n'*ñ solum no*erat (' *et* ~ *et* — *m. ut uid. 2*; *fuit* qui non solum nouerat) *P*[1]   qui] quia *HI*   noberat *H*   21 putarent *HI*   22 coramque *H* quorumcumque *P*[1] *edd.*

26 Quod autem dixi eum factum Iudaeis tamquam Iudaeum et tamquam gentilem gentilibus non mentientis astu sed compatientis affectu, quem ad modum dixerim, parum mihi uisus es adtendisse, immo ego fortasse non satis hoc explanare potuerim. neque enim hoc ideo dixi, quod misericorditer illa simulauerit, sed quia sic ea non simulauit, quae faciebat similia Iudaeis, quem ad modum nec illa, quae faciebat similia gentibus, quae tu quoque commemorasti atque in eo me, quod non ingrate fateor, adiuuisti. cum enim abs te quaesissem in epistula mea, quo modo putetur ideo factus Iudaeis tamquam Iudaeus, quia fallaciter suscepit sacramenta Iudaeorum, cum et gentibus tamquam gentilis factus sit nec tamen susceperit fallaciter sacrificia gentium, tu respondisti in eo factum gentibus tamquam gentilem, quod praeputium receperit, quod indifferenter permiserit uesci cibis, quos damnant Iudaei. ubi ego quaero, utrum et hoc simulate fecerit, quod si absurdissimum atque falsissimum est, sic ergo et illa, in quibus Iudaeorum consuetudini congruebat, libertate prudenti, non necessitate seruili aut, quod est indignius, dispensatione fallaci potius quam fideli.

27 Fidelibus enim et his, qui cognouerunt ueritatem, sicut ipse testatur, nisi forte et hic fallit, omnis creatura dei bona est et nihil abiciendum, quod cum gratiarum actione accipitur. ergo et ipsi Paulo, non solum uiro

1—3 cf. p. 77. 2—6 3—5 cf. p. 313, 14—314, 2 9—13 cf. p. 76, 12—77, 2 13—16 cf. p. 314, 7—9 22 I Tim. 4, 4

2 gentibus *M* actu *P* 5 neque enim *om.* *P*[1] dixi, *m. 2* non dixi *P*[1] 6 simulaberit *H* quia] quasi *M* non ea *Pflrm* simulabit *H* 7 Iudaeis—similia *om.* *HI* 8 adque *H* 9 adiubisti *HI* 11 Iudaeus] iudeis *M* sacramenta suscepit *M* sacramento *H* 12 iudeum *H* 13 suscepit *edd.* fallaciter *om.* *A* 15 reciperit *P* acceperit *H* fecerit *I* 16 ego *om.* *R* 17 adque *H* est atque *I* est *om.* *HI* sic] si *I* 18 et in illa in quibus *P* 19 *post* prudenti *m. 2 add.* celebrabat *P*[1] 20 *post* fallaci *ras.* *2—3 l.* *P* 21 hi *PM* (*m. 2* his) *A* iis *lrm* cognoberunt *H* cognoue|rum (*sic!*) *P* 24 hactione *H* precipitur *H* percipitur *I* uiro] uero *HI*

uerum etiam dispensatori maxime fideli, non solum cognitori uerum etiam doctori ueritatis, omnis utique in cibis creatura dei non simulate sed uere bona erat. cur igitur nihil simulate suscipiendo sacrorum caerenoniarumque gentilium sed de cibis et praeputio uerum sentiendo ac docendo tamen tamquam gentilis factus est gentibus et non potuit fieri tamquam Iudaeus Iudaeis nisi fallaciter suscipiendo sacramenta Iudaeorum? cur oleastro inserto seruauit dispensationis ueracem fidem et naturalibus ramis non extra sed in arbore constitutis nescio quod dispensatoriae simulationis uelamen obtendit? cur factus tamquam gentilis gentibus, quod sentit, docet, quod agit, sentit; factus autem tamquam Iudaeus Iudaeis aliud claudit in pectore, aliud promit in uerbis, in factis, in scriptis? sed absit hoc sapere. utrisque enim debebat caritatem de corde puro et conscientia bona et fide non ficta. ac per hoc omnibus omnia factus est, ut omnes lucrifaceret non mentientis astu sed compatientis affectu, id est non omnia mala hominum fallaciter agendo sed aliorum omnium malis omnibus, tamquam si sua essent, misericordis medicinae diligentiam procurando.

28 Cum itaque illa testamenti ueteris sacramenta etiam sibi agenda minime recusabat, non misericorditer fallebat, sed omnino non fallens atque hoc modo a domino deo illa usque ad certi temporis dispensationem iussa esse commendans a

8 Rom. 11, 17 14 I Tim. 1, 5 16 I Cor. 9, 22

1 fideli—nihil *om.* *P* non] nec *HI* 2 doctori ueritatis] doctoritatis *I* creatura] caritate *A* 4 suscipiendum *I* cerimoniaque *H* 5 preputium *H* hac *H* tamen *om.* *H* 6 et *in ras. m. 2* *P*[1] 8 seruabit *HIP*[1] (*m. 2* ł seruauit) 10 quid *I* ostendit *H* 12 ait *P*[1] *edd.* autem] autem, est *M* iudaeis iudaeus *punctis corr.* *M* 13 claudit—aliud *om.* *I* in pectore claudit *edd.* promittit *P*[1] 14 utriusque *MA* (*med.* u *semirasa*) debeat *I* caritatē (~ *m. 2 ut uid.*) *R* 16 fincta, *in marg.* falsa ut adsimulata *I* hac *H* 17 lucrificaret *A* mentis *HI* (*m. 2* mentientis) astus sed cum patientis *P* 18 hominum—malis *om.* *P* 19 omnium] hominum *H* ominū, *corr.* ominiū (*sic!*) *I* omnibus] hominibus *P* 22 recusabat, *in marg.* negabat *I* sed *om.* *I*

sacrilegis sacris gentium distinguebat. tunc autem non mentientis astu sed compatientis affectu Iudaeis tamquam Iudaeus fiebat, quando eos ab illo errore, quo uel in Christum credere nolebant uel per uetera sacerdotia sua caeremoniarumque obseruationes se a peccatis posse mundari fierique saluos existimabant, sic liberare cupiebat, tamquam ipse illo errore teneretur, diligens utique proximum tamquam se ipsum et haec aliis faciens, quae sibi ab aliis fieri uellet, si hoc illi opus esset. quod cum dominus monuisset, adiunxit: Haec est enim lex et prophetae.

29 Hunc compatientis affectum in eadem epistula ad Galatas praecipit dicens: Si praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos, qui spiritales estis, instruite huius modi in spiritu lenitatis intendens te ipsum, ne et tu tempteris. uide, si non dixit fieri tamquam ille, ut illum lucrifacias, non utique ut ipsum delictum fallaciter ageret aut se id habere simularet, sed ut in alterius delicto, quid etiam sibi accidere posset, adtenderet atque ita alteri, tamquam sibi ab altero uellet, misericorditer subueniret, hoc est non mentientis astu sed compatientis affectu. sic Iudaeo, sic gentili, sic cuilibet homini Paulus in errore uel peccato aliquo constituto non simulando, quod non erat, sed compatiendo.

7 Matth. 22, 39—40 12 Gal. 6, 1

1 distinguebat, *in marg* separabat *I* mentis *H* 2 cum patientis *P* 3 quo] quod *HI* in christo *HI* 4 nolebat *P* caerimoniarum quo *P* caerimoniarum (*om.* que) *AR* 5 munda *I* salbos *H* 6 errore] errare *A* 8 alius *M* quam *PA* quod $P^1$ ab *om. P* 9 nouisset *A* hoc *R* 10 enim est *M* 11 hunc *ex* hinc *m. 2* $P^1$ 12 praecepit *HA* si (i *eras.*) *M* alico *H* 15 uidete *HI* dixerit *H* fiere *MI a e m*; *cf. ep. CLIII, 11 extr.* 16 lucrum facias *I* 17 habere* (t *eras.*) $P^1$ simularet (t *m. 2 facta aut inducta*) *M* ut *om. I* 18 accedere *P* possit *H* adque *H* ita *om. HI* altari, *corr. m. 1* alteri *M* tamquam] tam *H* 19 ab *om. HI* subuenire *I* subueniri *A* 20 mentis *HI* cum patientis *P* sic] si *H* iudeos *H* 21 si (*corr. m. 1* sic) cuilibet $P^1$ sic uidelicet *A* in errore—quod *om., m. 1 s. u. add. M* 22 non *om. HI* simulando quod non erat *om. H*

quia esse potuisset, tamquam qui se hominem cogitaret, omnibus omnia factus est, ut omnes lucrifaceret.

30 Te ipsum, si placet, obsecro te, paulisper intuere, te ipsum, inquam, erga me ipsum et recole uel, si habes conscripta, relege uerba tua in illa epistula, quam mihi per fratrem nostrum iam collegam meum Cyprianum breuiorem misisti, quam ueraci, quam germano, quam pleno caritatis affectu, cum quaedam me in te commisisse expostulasses, grauiter subiunxisti: 'In hoc laeditur amicitia, in hoc necessitudinis iura uiolantur; ne uideamur certare pueriliter et fautoribus inuicem uel detractoribus nostris tribuere materiam contendendi'. haec abs te uerba non solum ex animo dicta sentio uerum etiam benigno animo ad consulendum mihi. denique addis, quod, etiam si non adderes, appareret, et dicis: 'Haec scribo, quia te pure et Christiane diligere cupio nec quicquam in mea mente retinere, quod distet a labiis'. o uir sancte mihique, ut deus uidet animam meam, ueraci corde dilecte, hoc ipsum, quod posuisti in litteris tuis, quod te mihi exhibuisse non dubito, hoc ipsum omnino Paulum apostolum credo exhibuisse in litteris suis non uni cuilibet homini sed Iudaeis et Graecis et omnibus gentibus filiis suis, quos in euangelio genuerat et quos pariendos parturiebat, et deinde posterorum tot milibus fidelium Christianorum, propter quos

2 I Cor. 9, 22 9—12 et 14—16 = p. 260. 2—7 21 Gal. 4, 19

1 esset potuisset *P* 2 lucrificaret *AP*[1] 3 te ipsum] et ipsum *H* obsecro te] obsecro ut *H* 4 erga me ipsum *om. HI* me] memet *edd.* 5 epistula *om. HI* 6 nostrum] meum *H* brebiorem *I* brebiorem meum *H* 8 grabiter *I* 10 ne—pueriliter *om. I* fauctoribus *HI* fauuoribus *P* 11 contendi *A* 13 animo *om. I* 14 appararet *H* 15 qui, *corr. m. 1* quia *M* quia pure et christiane diligere te *edd.* quisquam *HI* 16 mente mea *R* distet, *in marg.* separet *I* distat *H* ab aliis *I* sanctissime *A* 17 mihi (*om.* que) *I* 19 apostolum Paulum *edd.* 20 non—suis *om., m. 1 s. u. add. M* unicuiquelibet *H* 22 tenuerat *H* pariendos] parturiendos *HPM* 23 posteorum *I* quod *H*

illa memoriae mandabatur epistula, ut nihil in sua mente retineret, quod distaret a labiis.

31 Certe factus es etiam tu tamquam ego non mentientis astu sed compatientis affectu, cum cogitares tam me non relinquendum in ea culpa, in quam me prolapsum existimasti, quam nec te uelles, si eo modo prolapsus esses. unde agens gratias beniuolae menti erga me tuae simul posco, ut etiam mihi non suscenseas, quod, cum in opusculis tuis aliqua me mouerent, motum meum intimaui tibi hoc erga me ab omnibus seruari uolens, quod erga te ipse seruaui, ut, quicquid inprobandum putant in scriptis meis, nec claudant subdolo pectore nec ita reprehendant apud alios, ut taceant apud me, hinc potius existimans laedi amicitiam et necessitudinis iura uiolari. nescio enim, utrum Christianae amicitiae putandae sint, in quibus magis ualet uulgare prouerbium: 'Obsequium amicos, ueritas odium parit', quam ecclesiasticum: Fideliora sunt uulnera amici quam uoluntaria oscula inimici.

32 Proinde carissimos nostros, qui nostris laboribus sincerissime fauent, hoc potius, quanta possumus instantia, doceamus,

15 Terent. Andr. 68 16 Prou. 27, 6

1 illam *I* memoriter *H* 2 retinerent *E* quos *I* dictaret *P* ab aliis *PI* 3 est *QE* etiam *om. H* tu *om. E* ut *Q* tamquam] tametiam *H* mentientes, *supra* mentientis *I* 4 tam me] tamen *HQME* (*m. 2? in marg.* me) 5 derelinquendum *A* in ea] mea *QE* (*m. 2* in mea) in qua *HI* existimasti prolapsum *M* 6 uellis *Q* uelis *E* si] in *QE* prolapsurus es *Q* prolapsuru .. (*ras. 1—2 l.*) *E* gratias agens *Q* 7 beniuolae menti] beneuolenti *I* beniuolenter *H* tuae *om. HI* poposco *I* ut *om. HI* 8 in *om. HM* (*m. 1 add.*) 9 moberent *HI* intimabi *HI* tibi *om. H* hęc *HI* ergo *QAE* (*corr.* erga) hominibus *H* omninibus (*alterum* ni *m. 1 exp.*) *P* 10 seruare *QE* serbabi *H* seruabi *I* quicquid] si quid *HI* 11 scripturis *HI* claudant, *ras. et corr.* laudent *E* laudant *P* laudent *HIP*[1] *edd.* 13 hinc (n *exp.*) *M* hoc *P* hic *IA* extimans *H* necessitatis *E* 14 putandi *QE* 15 sunt *HI* 16 amicis *Q* parat *P* paret *Q* 20 fabent *HI* possimus *QE* instantia, *in marg.* perseuerantia *I* docemus *P*

quo sciant fieri posse, ut inter carissimos aliquid alterutro sermone contra dicatur nec tamen caritas ipsa minuatur nec ueritas odium pariat, quae debetur amicitiae, siue illud uerum sit, quod contra dicitur, siue corde ueraci, qualecumque sit, dicitur non retinendo in mente, quod distet a labiis. credant itaque fratres nostri, familiares tui, quibus testimonium perhibes, quod sint uasa Christi, me inuito factum nec mediocrem de hac re dolorem inesse cordi meo, quod litterae meae prius in multorum manus uenerunt, quam ad te, ad quem scriptae sunt, peruenire potuerunt. quo autem modo id acciderit, et longum est narrare et, nisi fallor, superfluum, cum sufficiat, si quid mihi in hoc creditur, non eo factum animo, quo putatur, nec omnino meae fuisse uoluntatis aut dispositionis aut consensionis aut saltem cogitationis, ut fieret. haec si non credunt, quod teste deo loquor, quid amplius faciam, non habeo. ego tamen absit, ut eos credam haec tuae sanctitati maliuola mente suggerere ad excitandas inter nos inimicitias, quas misericordia domini dei nostri auertat a nobis, sed sine ullo nocendi animo facile de homine humana uitia suspicari. hoc enim me de illis aequum est

6—7 cf. p. 256, 9—10

1 quod *H* 2 sermone contra sermone contradicatur *I* mentiatur *QE* nec (c *eras.*) *E* 3 parat *H* debebatur *P* amicitia *I* 4 contradicatur *E* qualicumque *A* sit *om. PMA* 5 distat *HQIE* credent *HI* 6 familiares, *in marg.* amicos *I* 7 peribes, *in marg.* dices *I* inuito (o *ex* ū) *E* inuite *H* facto *Q* ne *H* mediocre *Q* 8 de] in *QE* cordi] in corde *QE* 10 scripta *H* quo, *sed* uo *in ras.* (*m. 1?*) *E* qu *ras. ex* qđ *ut uid. M* quod *QI* accederit *Q* accideret *E* 11 et *om. E* e *Q* enarrare *E* ni uallor *H* 12 quid] cut *H* eo] ego *I* 13 portatur *H* omnino meae] omnimo me *H* esse *E* 14 aut saltem] ut saltim *PMA* ut saltem *P*¹*R* cogitationis *om. QE* (*m. 2* conscientiae) cogitationi *R* cognitionis *HI* cognitioni *PMAP*¹ ut fieret] sufficeret *PMAP*¹*R* 15 hac *P* hoc *edd.* si non] sin *PM* creduntur *E* quod] quae *E* locor *H* 16 habeo] habeam *H* eos] eo *I* 17 surgere *Q* 18 quas] quur *HI* misericordie *H* dei *om. HI* 19 docendi *H* 20 suspicare *QE* (*corr. m. 1* suspicari) ecuum *H*

credere, si uasa sunt Christi non in contumeliam sed in honorem facta et disposita in domo magna a deo in opus bonum. quod si post hanc adtestationem meam, si in notitiam eorum uenerit, facere uoluerint, quam non recte faciant, et tu uides.

33 Quod sane scripseram nullum me librum aduersus te Romam misisse, ideo scripseram, quia et libri nomen ab illa epistula discernebam, unde omnino nescio quid aliud te audisse existimaueram, et Romam nec ipsam epistulam sed tibi miseram et aduersus te non esse arbitrabar, quod sinceritate amicitiae siue ad admonendum siue ad te uel me abs te corrigendum fecisse me noueram. exceptis autem familiaribus tuis te ipsum obsecro per gratiam, qua redempti sumus, ut, quaecumque tua bona, quae tibi domini bonitate concessa sunt, in litteris meis posui, non me existimes insidioso blandiloquio posuisse, si quid autem in te peccaui, dimittas mihi. nec illud, quod de nescio cuius poetae fato ineptius fortasse quam litteratius a me commemoratum est, amplius, quam dixi, ad te trahas, cum continuo subiecerim non hoc ideo me dixisse, ut oculos cordis reciperes, 'quos absit', inquam, 'ut amiseris', sed ut aduerteres, quos sanos ac uigiles haberes. propter solam ergo παλινῳδίαν, si aliquid

1 II Tim. 2, 20—21 6—7 cf. p. 238, 4—6 17—22 cf. p. 78, 1—7

1 crededere *A* christi sunt *E* 2 a deo in] a domne *H* a domine *I* ad omne *QE* 3 quo *PM* testationem *QE* si *om.* *E* in notitiam] innocentiam *PIA* 4 uoluerit *P* quod *E* 6 mullum *A* 9 existimaberam *H* 11 ad (*eras.*)| admonendum *E* siue te uel (te *in ras. m. 2 addito s. u.* a me) *E* 12 me *om.* *Q* me non *PMAR* noberam *H* familiaribus, *in marg.* amicis *I* 14 bonitate domini *f l r m* pietate domini *a e* 16 peccabi *HI* 17 de *om.* *HQIE* de te *PMAP¹R* facto *HQMIAP¹E* (*corr.* factum) *l r m* factum *R a e f* 18 quam *om.* *I* 19 tracas *H* subicerim *Q* 21 umquam *HI* (*in marg.* aliquando) *edd.* sed ut] sed illut *H* auerteres *QE* quos anos *Q* quo (*m. 2* quos) sanos *E* 22 ac uigiles] hac uiles *H* palinodian *PMAP¹R* palinodiam *QE* pa•linodiam *H* paynolam *I*

scripserimus, quod scripto posteriore destruere debeamus, imitandam, non propter Stesichori caecitatem, quam cordi tuo nec tribui nec timui, adtingendum illud existimaui. atque identidem rogo, ut me fidenter corrigas, ubi mihi hoc opus esse perspexeris. quamquam enim secundum honorum uocabula, quae iam ecclesiae usus obtinuit, episcopatus presbyterio maior sit, tamen in multis rebus Augustinus Hieronymo minor est, licet etiam a minore quolibet non sit refugienda uel dedignanda correctio.

734 De interpretatione tua iam mihi persuasisti, qua utilitate scripturas uolueris transferre de Hebraeis, ut scilicet ea, quae a Iudaeis praetermissa uel corrupta sunt, proferres in medium. sed peto insinuare digneris, a quibus Iudaeis, utrum ab eis ipsis, qui ante aduentum domini interpretati sunt, et, si ita est, quibus uel quonam eorum, an ab istis posterius, qui propterea putari possunt aliqua de codicibus Graecis uel subtraxisse uel in eis corrupisse, ne illis testimoniis de Christiana fide conuincerentur. illi autem anteriores cur hoc facere uoluerint, non inuenio. deinde nobis mittas, obsecro, interpretationem tuam de septuaginta, quam te edidisse nesciebam.

10—12 cf. p. 316, 3—14

2 imitandam—timui *om.* *Q* (*spatio 70 fere l. relicto*) *E* (*in marg.* hd *m. ut uid. 2*) imitendam *P* immitandam *I* te sichori *PMP*[1] (*m. 2* stesichori) istesicori *I* in stesicori *H* corde *P*[1] 3 adtingendum] et attingendum *E* attendum *A* extimabi *H* (*corr.* existimabi) *I* atque *om.*, *m. 1 add.* *M* adque *H* 4 idemtibidem *I* id est idem *Q* idem *E* confidenter *R*; *cf. p. 375, 4* 5 prespexeris *I* prospexeris *QE* enim *om.* *R* honorem, *corr.* (*m. 1?*) honorum *M* 6 iam *om.* *P* etiam *M* 7 maius *HI* 8 quodlibet *H* sit *om.* *I* 9 uel dedignanda *om.* *A* uel] nec *H* correptio *QE* 10 de interpretationē tua *H* persuasti *QE* quia *QE* (i *eras.*) 11 uolueris *om.* *I* hebriis *A* 12 a *om.* *HPI* proferes *QAE* (*m. 2* proferres) 13 insinuare digneris peto *edd.* peto] peto ut *E* 14 ante *om.* *A* 15 quonam] quō *Q* quinam *HI* quorum *E* posterius] su ./. posterius *H* posterioribus *E* 16 aliquid *QE* quodicibus *H* 17 corruisse *QE* (*m. 2* correxisse) de] deum de *I* 18 illos *E* quur *HI* quos *Q* qui *E* noluerint *PM* 20 LXX *E* edidisse, *in marg.* scripsisse *I*

librum quoque tuum, cuius mentionem fecisti, de optimo genere interpretandi cupio legere et adhuc nosse, quo modo coaequanda sit in interprete peritia linguarum coniecturis eorum, qui scripturas disserendo pertractant, quos necesse est, etiam si rectae atque unius fidei fuerint, uarias parere in multorum locorum obscuritate sententias, quamuis nequaquam ipsa uarietas ab eiusdem fidei unitate discordet, sicut etiam unus tractator secundum eandem fidem aliter atque aliter eundem locum potest exponere, quia hoc eius obscuritas patitur.

35 Ideo autem desidero interpretationem tuam de septuaginta, ut et tanta Latinorum interpretum, qui qualescumque hoc ausi sunt, quantum possumus, inperitia careamus et hi, qui me inuidere putant utilibus laboribus tuis, tandem aliquando, si fieri potest, intellegant propterea me nolle tuam ex Hebraeo interpretationem in ecclesiis legi, ne contra septuaginta auctoritatem tamquam nouum aliquid proferentes magno scandalo perturbemus plebes Christi, quarum aures et corda illam interpretationem audire consuerunt, quae etiam ab apostolis adprobata est. unde illud apud Ionam uirgultum si in Hebraeo nec hedera est nec cucurbita sed nescio quid aliud, quod

1—2 cf. p. 320, 2—3   20—p. 387, 4 cf. p. 322, 6—323, 6

3 quoequanda *HI* aequanda *QE*   sint *QE* (n *exp.*)   in interprete] interpretis *QE*   4 edisserendo *edd.*   quod *HQIE*   5 adque *H*   fide *H*   parere—uarietas *om. A*   6 in multorum] mulorum *P*   7 eiusdem (dem *in ras. m. 2*) *E* eius id est *Q*   8 unus tractor *QE* (*corr. m. 1* unus tractator) unius tractatores *H*   eadem *H*   adque *I*   9 potest] putet *MA*   expore, *corr. m. 1* exponere *P*   10 patetur, *corr. m. 1* patitur *Q*   11 autem] aut *M*   LXX *PQMP*¹*E*   12 ut et tanta *om. A*   quia *I*   qualiscumque *Q*   13 possimus *QE*   careamus (s *ex* r *m. 1*) *A*   14 potant, *corr.* putant *I*   15 nolle (le *ex corr. m. 2*) *P*¹   tua *Q*   16 *post* interpretationem *ras. 1—2 l. Q*   nec *QE*   LXX *PQMP*¹*E*   17 nobum *H*   18 preturbemus *H*   plebs *H*   quorum *HI*   aures—quae *om., m. 1 in marg. add. M*   illorum *Q*   19 consueuerunt *HI edd.*   apostolis (i *ex ras.*) *Q*   20 approbatę, *corr. m. 1* approbata *M*   illud] et illud *HQIE lrm*   si *om. H*   21 nec nec (*alterum del. m. 1*) *M*   edera *H* edra *I*   cucurbitas *P*

trunco suo nixum nullis sustentandum adminiculis erigatur, mallem iam in omnibus Latinis cucurbitam legi; non enim frustra hoc puto septuaginta posuisse, nisi quia et huic simile sciebant.

36 Satis me, immo fortasse plus quam satis tribus epistulis tuis respondisse arbitror, quarum duas per Cyprianum accepi, unam per Firmum. rescribe, quod uisum fuerit, ad nos uel alios instruendos. dabo autem operam diligentiorem, quantum me adiuuat dominus, ut litterae, quas ad te scribo, prius ad te perueniant quam ad quemquam, a quo latius dispergantur. fateor enim nec mihi hoc fieri uelle de tuis ad me, quod de meis ad te factum iustissime expostulas. tamen placeat nobis inuicem non tantum caritas uerum etiam libertas amicitiae, ne apud me taceas uel ego apud te, quod in nostris litteris uicissim nos mouet, eo scilicet animo, qui oculis dei in fraterna dilectione non displicet. quod si inter nos fieri posse sine ipsius dilectionis perniciosa offensione non putas, non fiat. illa enim caritas, quam tecum habere uellem, profecto maior est, sed melius haec minor quam nulla est.

8—12 cf. p. 262, 8—9

1 n·/·xum (*sic!*) *H* nullum *Q* 2 in nominibus *H* hominibus (*om.* in) *A* 3 pacto, *corr. m. 1* puto *M* LXX *PQMP*¹*E* potuisse *Q* nisi—fortasse *om. I* et *om. QE* 7 uisum tibi fuerit *I* uel ad alios *QE* 9 adiubat *HI* adiuuet, *corr. m. 1* adiuuat *M* te *in fine u. om. P* 10 ueniant *I* a *om. QE* dispargantur *I* 11 nec] hęc *H* hoc *om. QE* uellem (m *exp.*) *Q* 13 uerum etiam libertas *om. A* amicitiae libertas *R* 14 taceas eas uel *I* in *om. QE* 15 mobet *HI* quo *A* 16 dispicet, *m. 2* displicet *R* displiceat *E* si inter] sint̄ *M* 17 dilectionis his perniciosa *H* perniciosa, *in marg.* ualde nociba *I* 18 uellim *Q* 19 melior *E edd. praeter m* quamquam *H*

## LXXXIII.

DOMINO BEATISSIMO ET VENERABILITER CARISSIMO AC DESIDERANTISSIMO FRATRI ET COEPISCOPO ALYPIO ET QUI TECUM SUNT FRATRIBUS AUGUSTINUS ET QUI MECUM SUNT FRATRES IN DOMINO SALUTEM.

1 Tristitia Thiauensis ecclesiae cor meum conquiescere non permittit, donec eos tecum audiam in pristinum animum restitutos, quod cito faciendum est. si enim de homine uno tantum sategit apostolus dicens: Ne maiore tristitia absorbeatur, qui eius modi est, ubi etiam ait: Ut non possideamur a satana, non enim ignoramus mentes eius, quanto magis nos oportet uigilanter agere, ne hoc in toto grege plangamus et maxime in eis, qui nunc catholicae paci accesserunt et quos nullo modo relinquere possum. sed quia temporis non siuit angustia, ut simul inde nobis diligenter deliberatam liceret eliquare sententiam, quid mihi post digressum nostrum diu cogitanti placuerit, accipiat sanctitas tua et, si tibi quoque placet, iam litterae, quas ad eos communi nomine scripsi, sine dilatione mittantur.

2 Dixisti, ut dimidium habeant et alterum dimidium eis a me undecumque prouideretur. ego autem puto, quia, si totum eis auferretur, esset, quod diceremur non de pecunia nos sed de iustitia tantopere laborasse. cum uero dimidium eis concedimus et eo modo cum eis pacem quandoque componimus, satis apparebit nostram curam nihil aliud quam pecuniariam

9 II Cor. 2, 7 10 II Cor. 2, 11

*T* = *cod. Trecensis 40 s. XIII.*
*H* = *cod. Mus. Brit. Harl. 3107 s. XIII.*
*R* = *cod. Vaticanus 494 s. XIII ex.*
*V* = *cod. Vaticanus 495 s. XV.*
*U* = *cod. Vaticanus 499 s. XV.*

5 fratres *om. R* 6 thianensis *VU edd. praeter m* 11 possideantur *HR* (*corr. m. 1* possideamur) 12 nos *ex* uos *V* 13 nunc] iam *edd praeter m* 15 sinit *VU* nobis inde *edd.* 20 a me] ante *T* 21 puto (u *in ras. m. 1*) *T* 22 auferetur (*sic!*) *ex* prouideretur *U* 24 pacem *om. m*

fuisse et uides, quae pernicies consequatur. et illis enim uidebimur alienam rem dimidiam tulisse et illi nobis uidebuntur inhoneste et inique se passos fuisse, ut adiuuarentur de dimidio, quod totum pauperum fuerat. nam quod dixisti: 'Cauendum est, ne, cum rem dubiam emendari uolumus, maiora uulnera faciamus', tantundem ualebit, si eis dimidium concedatur. propter ipsum quippe dimidium illi, quorum conuersioni consulere uolumus, ut hoc exemplo secum agatur, rerum suarum uenditionem per moras illas excusatorias dilaturi sunt. deinde mirum, si de re dubia est totius plebis tam grande scandalum, cum episcopos suos, quos pro magno habent, sordida auaritia maculatos putant, dum maligna species non uitatur?

3 Nam cum quisque ad monasterium conuertitur, si ueraci corde conuertitur, illud non cogitat maxime admonitus, quantum malum sit. si autem fallax est et sua quaerit, non quae Iesu Christi, non habet utique caritatem et quid ei prodest, si distribuerit omnia sua pauperibus et tradiderit corpus suum, ut ardeat? huc accedit, quia illud, sicut iam conlocuti sumus, deinceps uitari potest et agi cum eo, qui conuertitur, si non potest admitti ad societatem fratrum, antequam se omnibus illis impedimentis exuerit et ex otio tendatur, cum eius res iam esse destiterit. haec autem mors infirmorum et tantum impedimentum salutis eorum, pro quibus tantopere laboramus, ut eos catholicae paci lucremur, aliter uitari non potest, nisi ut apertissime intellegant nullo modo nos de pecunia satagere in talibus

16 Phil. 2, 21 17 I Cor. 13, 3

2 retulisse (re *del.*) *R* uidebuntur nobis *edd.* 3 adiuuaretur *T* 5 nec *V* (c *eras.*) *U* dubi•am (t *eras.?*) *R* uoluimus *V* (i *eras.*) *U* 7 quippe] enim *H* conuersationi *T* 8 consulere *om. edd. praeter m* ut *in ras. m.1* (*fuitne* non?) *R* exemplum *TU* 9 delaturi *U* 10 de hac re *T* 13 mutatur *VU* 16 non quae] et non quae *V* et quae non, *signis corr.* et non quae *U* 22 frm̄ *R* 23 iam *om. T* 25 liberamus *U*

causis, quod nullo modo intellecturi sunt, nisi illam rem, quam semper presbyteri esse putauerunt, eorum usibus relinquamus, quia et, si eius non erat,* hoc ab initio scire debuerant.

4 Videtur itaque mihi haec regula esse in rebus huiusce modi retinenda, ut, quicquid eo iure, quo talia possidentur, eius fuerit, qui alicubi clericus ordinatur, ad eam pertineat ecclesiam, in qua ordinatur. usque adeo autem eodem iure presbyteri Honorati est illud, unde agitur, ut non solum alibi ordinatus sed adhuc in Tagastensi monasterio constitutus si re sua non uendita nec per manifestam donationem in quempiam translata moreretur, non nisi heredes eius in eam succederent, sicut frater Aemilianus in illos triginta solidos fratri Priuato successit. haec ergo ante praecauenda sunt; si autem praecauta non fuerint, ea iura eis seruare oportet, quae talibus habendis uel non habendis secundum ciuilem societatem sunt instituta, ut ab omni non solum re sed etiam specie maligna, quantum possumus, nos abstineamus et bonam famam custodiamus dispensationi nostrae multum necessariam. quam uero species maligna sit, aduertat sancta prudentia tua. excepta illorum tristitia, quam experti sumus, ne quid forte ipse fallerer, sicut fieri solet, dum in sententiam meam procliuior erro, narraui causam fratri et collegae nostro Samsucio nondum dicens, quod mihi modo uidetur, sed illud potius adiungens, quod utrique nostrum uisum sit, cum illis resisteremus. uehementer exhorruit et nobis hoc uisum esse miratus est nulla re alia permotus nisi ipsa

17 I Thess. 5, 22

2 semper *om.* *U* 3 erãt *VU* 6 possident *VU* 7 ordinatur] fuerit (*exp.*) ordinatur *U* ad—ordinatur *om.* *VU* 11 donationem] tra (*exp.*) donationem *U* 13 XXXta *T* 20 speties (*postr. l. m. 2 in ras.*) *V* 22 quid (q *ex* f) *U* fallerer (*postr. l. in ras. m. 1*) *V* 23 erro (*post.* r *ex* o *m. 1*) *R* 24 nostro] meo *H* samsutio *H* sansutio *TRVU* modo *om.* *TH* 26 hoc nobis *U*

specie foeda, non nostra sed cuiuslibet uita ac moribus indignissima.

5 Proinde obsecro, ut epistulam, quam eis communi nomine scripsi, subscriptam non differas mittere. et si forte illic illud iustum acutissime peruides, non cogantur infirmi modo discere, quod ego nondum intellego, ut hoc circa eos in hac causa seruetur, quod dominus ait: Multa habeo uobis dicere, sed non potestis illa portare modo. tali quippe infirmitati parcens etiam illud de tributo soluendo ait: Ergo liberi sunt filii; sed ne scandalizemus eos et cetera, quando Petrum misit, ut didrachmas, quae tunc exigebantur, soluerent. nouerat enim aliud ius, quo nihil tale debebat; sed eo iure tributum ei ille soluebat, quo iure diximus heredem presbyteri Honorati successurum fuisse, si, antequam rem suam uel donaret uel uenderet, moreretur. quamquam in ipso ecclesiae iure Paulus apostolus parcit infirmis et debitum stipendium non exigit certus conscientia, quod rectissime exigeret, sed nihil aliud quam suspicionem deuitans bonum odorem Christi turbantem et ab illa maligna specie sese abstinens in eis regionibus, ubi hoc nouerat oportere, et forte antequam tristitiam hominum fuisset expertus. sed nos tardiores uel experti corrigamus, quod praeuidere debuimus.

6 Postremo, quia omnia timeo et memini, in digressu nostro quid proposueris, quod me fratres Tagastenses teneant debitorem in dimidio illius pretii, si hoc iustum esse liquido perspicis, ea dum taxat condicione non abnuo, ut, cum habuero, reddam, id est cum aliquid tantum obuenerit Hippo-

7 Ioh. 16, 12 9 Matth. 17, 26—27 15 I Cor. 9, 1—15

3 obsecro te ut *edd.* 5 apertissime *edd.* modo] u *T* 6 causa non potestis seruetur (non potestis *exp.*) *U* 11 didragmas *THR* digrammas *VU* 12 solueret (t *in ras.*) *V* quod *T* 14 successurum *ex* succensurum *U* 15 quamquam (*pr.* a *in ras. m. 1; fuitne* e ?) *R* 16 apostolus *om.* *TVU* 19 Christi odorem *edd.* 20 ubi hoc *in ras. m. 1; fuit* ubi (*om.* hoc) *R* 23 nemini *TR* (*corr. m. 1* memini) 24 quid] quod *VU* 27 Hipponensi *edd.*

niensi monasterio, ubi hoc sine angustia fieri possit, ut tanta ibi summa detracta non minus quam aequalis pro numero cohabitantium pars ad nostros perueniat.

## LXXXIV.

DOMINO BEATISSIMO ET VENERABILI AC DESIDERABILI FRATRI ET CONSACERDOTI NOVATO ET QUI TECUM SUNT FRATRIBUS AUGUSTINUS ET QUI MECUM SUNT FRATRES IN DOMINO SALUTEM.

1 Et ego sentio, quam durus uidear, et me ipse uix fero, quod filium meum diaconum Lucillum germanum tuum sanctitati tuae non mitto atque permitto. sed cum ipse quoque aliquos ex tuis nutrimentis ualde carissimos atque dulcissimos necessitatibus ecclesiarum longe abs te positarum concedere coeperis, tunc senties, quibus desideriorum stimulis fodiar, quod quidam mihi maxima et dulcissima familiaritate coniuncti non sunt etiam corporaliter mecum. nam ut longe mittam cognationem tuam, quantum libet ualeat germanitas tui sanguinis, non uincit amicitiae uinculum, quo nobis inuicem ego et frater Seuerus inhaeremus; et tamen nosti, quam raro mihi eum uidere contingat. atque hoc fecit non utique uoluntas uel mea uel illius, sed dum matris ecclesiae necessitates propter futurum saeculum, quo nobiscum inseparabiliter conuiuemus, nostri temporis necessitatibus anteponimus. quanto ergo aequius te tolerare oportet pro utilitate ipsius matris ecclesiae eius fratris absentiam, cum quo non tam diu cibum dominicum ruminas, quam diu ego cum dulcissimo conciue meo Seuero, qui mecum tamen nunc uix et

*Idem codices, qui in ep. LXXXIII.*

9 quam] quamquam *TVU edd. praeter m* ipsum *edd.* 13 positarum abs te *T edd.* 14 ceperis *in ras. m. 1 (fuitne* pereris*?) R* 15 quidem *T* et] atque *T* 17 cogitationem *codd. edd.;* cognationem *scripsi ex coniectura Maurinorum* 18 uicit *T* 20 eum mihi *edd.* utique *om. R* 21 necessitatem *VU* 22 uobiscum *U* 27 consciue (s *exp.*) *R* ciue, *corr. m. 1* conciue *U* uix nunc *U* et] est et *VU*

interdum per exiguas chartulas loquitur et eas quidem plures aliarum curarum et negotiorum refertas quam portantes aliquid nostrorum in Christi suauitate pratorum!

2 Hic forsitan dicas: 'Quid enim? et apud nos germanus meus ecclesiae non erit utilis aut propter aliud eum mecum habere desidero?' plane si tantum ibi, quantum hic mihi eius praesentia lucrandis uel regendis ouibus domini utilis uideretur, non dico duritiam sed iniquitatem meam nemo non iure culparet. sed cum Latina lingua, cuius inopia in nostris regionibus euangelica dispensatio multum laborat, illic autem eiusdem linguae usus omnino sit, — itane censes nos saluti plebium domini oportere consulere, ut hanc facultatem illuc mittamus et hinc auferamus, ubi eam magno cordis aestu requirimus? da itaque ueniam, quod non solum contra tuum desiderium sed etiam contra sensum meum facio, quod me facere sarcinae nostrae cura constringit. dabit tibi dominus, in quo posuisti cor tuum, ut tales sint labores tui, ut pro isto beneficio remunereris; sic enim regionum nostrarum ardentissimae siti diaconum Lucillum tu potius concessisti; neque enim parum praestabis, cum de hac re nulla petitione me ulterius onerabis, ne nihil aliud quam durior appaream uenerabili mihi et sanctae beniuolentiae tuae.

2 negiorum *T* 3 suauite *T* 4 uos *U* 6 desidero *ex* desideras *m. 1 R* ibi] tibi *f l r m* 7 uideatur *VU* 9 *anacoluthon remouere conabantur Maurini coniectantes* sed cum calleat Latinam linguam Latina lingua cuius] *Ant. Arnoldus (de la lecture de l' ecriture sainte, Paris. 1680 l. II c. 10) coniecit* Punicae linguae 11 itane* (c *eras.*) *R* 12 d'm *H* illic *codd. edd. praeter m* 17 laboris *H* 18 si *T* 19 ne, *corr. m. 1* neque *U* 20 praestabis *ex* praestabitis *m. 1 R* prestabit *VU*

## LXXXV.

DOMINO SINCERITER DILECTISSIMO ET VOTIS OMNIBUS BEATIFICANDO FRATRI ET CONSACERDOTI PAULO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Tam inexorabilem me non uocares, nisi etiam mendacem putares. quid enim aliud de animo meo credis, quando talia mihi scribis, nisi teneri aduersus te naeuum discordiae et odium detestandum, quasi in re manifesta non caueam, ne aliis praedicans ipse reprobus inueniar, aut ita uelim eicere stipulam de oculo tuo, ut in meo trabem nutriam? non est, quod putas. ecce iterum dico et testor deum, quia. si tu tibi ea uelles, quae tibi ego uolo, iam olim securus in Christo uiueres et in nominis eius gloria totam eius ecclesiam laetificares. ecce iam scripsi non tantum te esse fratrem meum sed etiam collegam meum; neque enim fieri potest, ut non sit collega meus quilibet episcopus ecclesiae catholicae, qualiscumque sit, nullo ecclesiastico iudicio damnatus. sed ut tibi non communicem, nulla causa est, nisi quia tibi adulari non possum. tibi enim maxime debeo, quia in Christo Iesu per euangelium ego te genui salubrem mordacitatem caritatis ueraciter obiurgando. et ita gaudeo multos in ecclesiam catholicam adiuuante domino per te esse collectos. ut non debeam plangere plures inde dispergi. sic enim uulnerasti ecclesiam Hipponiensem, ut, nisi te dominus omnibus curis et sarcinis saecularibus expeditum ad ueram episcopalem uitam uictumque reuocauerit, tale uulnus sanari non possit.

8 I Cor. 9, 27 9 Matth. 7, 4; Luc. 6, 41—42

*Idem codices, qui in ep. LXXXIII et LXXXIV; in H desunt p. 395, 8* autem *usque ad finem ep.*

5 tam] iam *T* 6 mihi talia *T edd.* 7 tenere *VU* me tenere *edd.* aduersum *VU* naeuum] uenenum *U* 13 nominis *ex* nomines *m. 1 R* 18 est *om. VU* nisi] ñ *T* 21 ueritatraciter (ritat *exp.*) *U* et] nec *edd.* 23 uulnerati, *corr. m. 1* uulnerasti *R* 24 Hipponensem *edd.* 25 sarcinis (is *in ras. m. 1; fuitne* ari *?*) *R*

2 Cum autem tu magis magisque te implicare non cesses, ut etiam rebus, quibus renuntiasti, te post renuntiationem inserueris, quod nec apud ipsas humanas leges ullo modo defendi potest, et in ea professione uiuere dicaris, cui frugalitas ecclesiae tuae sufficere non possit, ut quid quaeris communionem meam, cum audire numquam uolueris admonitionem meam? an ut, quicquid facis, mihi inputent homines, quorum querelas sustinere non possum? frustra autem suspicaris eos esse obtrectatores tuos, qui tibi semper et in uita priore aduersati sunt. non est ita nec mirum, quod multa te latent. sed etiam si hoc uerum esset, nihil in tuis moribus inuenire debuerunt, quod recte reprehenderent et unde ecclesiam blasphemarent. adhuc me putas fortasse ideo ista dicere, quia non accepi satisfactionem tuam. immo propterea dico, ne ipse non possim satis deo facere de peccatis meis, si haec tibi tacuero. noui, quia cor habes, sed et tardum securum est, quando in caelo est, et acutum cor nihil est, quando in terra est. non est episcopatus artificium transigendae uitae fallacis. docebit te, quod dico, dominus deus, qui tibi interclusit omnes uias, ad quas illo uti uoluisti, ut dirigat te, si intellegas, in illam uiam, propter quam ambulandam tibi tam sancta sarcina inposita est.

1 implicare te *T edd.* te multiplicare *U* 3 humanas ipsas *T edd.* hu*manas (m *eras.*) *R* 4 dicatis *T* 8 quereles, *corr. m. 1* querelas *H* autem suspicaris—*u. 22* imposita est *deperdito codicis folio desunt in H* 12 potuerunt *V* (pot *in ras. m. 1*) *U* 17 quando in caelo est *om. codd. edd. praeter m* quandiu in terra est *s*

## LXXXVI.

DOMINO EXIMIO ET IN CHRISTI CARITATE VERE MERITOQUE HONORABILI AC SUSPICIENDO FILIO CAECILIANO AUGUSTINUS EPISCOPUS IN DOMINO SALUTEM.

Administrationis tuae castitas et fama uirtutum, pietatis quoque Christianae laudanda diligentia et fida sinceritas, quae tibi diuina munera eo donante gaudes tributa, a quo speras promittente potiora, excitauerunt me, ut hoc epistulari alloquio aestus causarum mearum excellentia parti*cip*aret tua. quantum enim per alias Africae terras te unitati catholicae mirabili efficacia consuluisse gaudemus, tantum dolemus regionem Hipponiensium-Regiorum et ei uicinas partes confines Numidiae praesidali edicti tui uigore nondum adiuuari meruisse, domine eximie et in Christi caritate uere meritoque honorabilis ac suspiciende fili. quod ne meae potius neglegentiae deputetur, qui episcopalem sarcinam Hippone sustineo, tuae magnificentiae non tacendum putaui. quantum etiam in campo Hipponiensi haeretica praesumat audacia, si ex fratri-

*P* = *cod. Parisinus 12193 s. IX.*
*P*[1] = *cod. Parisinus 12226 s. IX.*
*S* = *cod. Sangallensis 174 s. IX.*
*H* = *cod. Palatinus 209 s. X.*
*P*[2] = *cod. Parisinus 1958 s. XI.*

*Inscriptio om., m. 1 in marg. add. P* 2 christo *P* merito (*om.* que) *codd. a e; cf. u. 14* 3 ac suspiciendo *om. P* ac suspiciendo, *corr.* (*m. 2 ?*) ac suscipiendo *S* ac suscipiendo *P*[1] *a e f* 5 claritas *H edd.; cf. Macrob. Sat. VII 3, 15* 6 lauda *PP*[2] 9 mearum *om. P* excellentia, *m. 2* cum excellentia *P*[1]*S* cum excellentia *m* excellentiae .... tuae *cett. edd.* partiarer *P*[1] (a *exp. m. 2*) *SHP*[2] pa*tiaret (*postr. l. m. 2*) *P* partirer *m* aperirem *cett. edd.; scripsi* participaret (*cf. p. 402, 7*) 10 unitatis *codd.* (s *del. in S*) 12 ipponiensium regionum *codd.* (*m. 2* regiorum *S; m. 2 del.* regionum *P*[1]) Hipponensium *a e f* Hipponensium-Regiorum *l r m* 13 praesidiali *r m* 15 suspiciende, *corr.* (*m. 1 ?*) suscipiende *S* suspiciende, *m. 2* suscipiende *PP*[1] suscipiende *a e f* quod meae *PS* (*m. 2* quod id meae) *H* quod meę* (, *m. 2*) *P*[2] quod me. *m. 2* quod ne meae *P*[1] 18 ipponensi *S* Hipponensi *edd.*

bus et collegis meis, qui haec tuae sublimitati narrare potuerint, uel ex presbytero, quem cum litteris misi, fueris audire dignatus, adiuuante domino deo nostro procul dubio prouidebis, ut tumor sacrilegae uanitatis terrendo sanetur potius, quam ulciscendo resecetur.

## LXXXVII.

DESIDERABILI ET DILECTO FRATRI EMERITO AUGUSTINUS.

1 Ego cum audio quemquam bono ingenio praeditum doctrinisque liberalibus eruditum, quamquam non ibi salus animae constituta sit, tamen in quaestione facillima sentire aliud, quam ueritas postulat, quo magis miror, eo magis exardesco nosse hominem et cum eo conloqui uel, si id non possim, saltem litteris, quae longissime uolant, adtingere mentem eius atque ab eo uicissim adtingi desidero, sicut te esse audio talem uirum et ab ecclesia catholica, quae, sicut sancto spiritu praenuntiata est, toto orbe diffunditur, discerptum doleo atque seclusum. quam ob causam, nescio. nam certum est magnae parti Romani orbis, ne dicam etiam barbaris gentibus, quibus quoque debitorem se dicebat apostolus, quorum Christianae fidei communio nostra contexitur, ignotam esse partem Donati nec eos omnino scire, uel quando uel quibus causis exorta sit ista dissensio. quos utique omnes Christianos ab eis criminibus, quae Afris obicitis, nisi inno-

15 Ps. 2, 8  19 Rom. 1, 14

1 collegiis *PP*²  poterint *PP*¹ *efl* poterunt *Sm*  2 missi (*altera s exp.*) *P*¹

*M = cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F = cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A = cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*P = cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R = cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

9 quamquam ibi salus animae constituta non sit *R*  11 minor *MA*  12 cumloqui, *corr.* conloqui *F*  14 desiderio *M*  18 romanae urbis *R*  22 causis *om.* *R*  23 innocentis *A*

centes esse fatearis, cogeris dicere omnium malis factis obnoxios, cum apud uos perditi, ut mitius dixerim, latent, uos omnes esse pollutos. non enim neminem de uestra communione pellitis aut tunc primum pellitis, cum primum illud, unde pellendus est, fecerit. an non aliquanto tempore latentem et postea proditum conuictumque damnatis? quaero igitur, utrum uos contaminauerit eo tempore, quo latebat. respondebis: 'Nullo modo'. nullo ergo tempore contaminaret, etiam si semper id lateret; nam et mortuorum nonnulla saepe commissa produntur nec fraudi est Christianis, qui eis communicauere uiuentibus. cur ergo uos tam temeraria atque sacrilega diremptione praecidistis a communione innumerabilium ecclesiarum orientalium, quas semper latuit et adhuc latet, quod in Africa gestum esse aut docetis aut fingitis?

2 Alia enim quaestio est, utrum illa uera dicatis, quae quidem nos multo probabilioribus documentis falsa esse conuincimus et in uestris magis ea ipsa, quae obicitis, tunc probata declaramus. sed haec, ut dixi, alia quaestio est tunc adgredienda et discutienda, cum opus fuerit. illud nunc adtendat uigilantia mentis tuae neminem contaminari posse ignotorum ignotisque criminibus. unde manifestum est a communione orbis, cui seu falsa seu uera crimina, quae Afris intenditis, prorsus ignota sunt et ignota semper fuerunt, sacrilego schismate uos esse separatos. quamquam et illud non est tacendum etiam cognitos malos bonis non obesse in ecclesia, si eos a communione prohibendi aut potestas desit aut aliqua ratio conseruandae pacis impediat. qui sunt enim,

7 nos *R* 8 respondebitis *A* respondebit *R* 9 id *in ras. m. 1 M* 10 cummissa *FA* commucauere, *m. 2* communicauere *P* 11 cur] cum *P* 12 dirēptione (p *ex corr. m. 2*) *M* direptione *A* praecidi-tis *P* 15 enim *om. A* 16 uos, *corr. m. ut uid. 1* nos *F* conuincimur, *m. 2* conuincimus *R* 20 contaminare, *corr. m. 1* contaminari *M* 21 que *om. m* 24 paratos *F* 27 aut *ex corr. m. 2; fuisse uid.* ut *M* ut *F* ali*qua *F* impedia, *corr. m 1* impediat *P* enim *om., m. 1 add. P*

qui apud prophetam Ezechielem et ante uastationem perditorum signari meruerunt et, cum illi uastarentur, euadere inlaesi, nisi, ut ibi manifestissime ostenditur, qui maerent et gemunt peccata et iniquitates populi dei, quae fiunt in medio eorum? quis autem, quod ignorat, gemit et maeret? ex eadem ratione etiam Paulus apostolus falsos fratres tolerat; non enim de incognitis ait: Omnes enim sua quaerunt, non quae Iesu Christi, quos tamen secum fuisse manifestat. ex quo autem genere sunt, qui uel turificare idolis uel codices diuinos tradere quam mori maluerunt, nisi ex eorum, qui sua quaerunt, non quae Iesu Christi?

3 Multa testimonia scripturarum praetereo, ne longiorem, quam necesse est, epistulam faciam, et eruditioni tuae plura per te ipsum consideranda permitto. quod tamen satis est, uide, obsecro. si tam multi iniqui in uno populo dei eos, qui eos contestabantur, non fecerunt tales, quales ipsi erant, si multitudo illa falsorum fratrum apostolum Paulum in una cum eis ecclesia constitutum non fecit sua quaerentem, non quae Iesu Christi, manifestum est non hoc effici hominem, quod est malus quisquam, cum quo ad altare Christi acceditur, etiam si non sit incognitus, si tantum non adprobetur et a bona conscientia displicendo separetur. manifestum est igitur non esse aliud cum fure concurrere nisi uel furari cum eo uel furtum eius cordis placito accipere. hoc nos

1 Ezech. 9, 4—6  7 Phil. 2, 21  15 II Esdr. 9, 26  17 Gal. 2, 4; II Cor. 11, 26  23 Ps. 49, 18

3 ut ibi] ubi *MFAPa* quod ibi *R*  5 gemitet et *MF* gemet et *A*  6 non enim—manifestat *om. A*  11 quae *om. m*  14 per *om., m. 1 add. F*  es, *m. 2* esse *P*  15 uideo *MFAP*  eos qui eos contestabantur *scripsi cl. II Esdr. 9, 26;* eos contestabantur *codd.* eos quos contestabantur *a e* eos qui se contestabantur *f l r* eos qui secum uersabantur *m*  17 erant] fuerunt *M*  18 sua querentem fecit *signis corr. M*  19 non quae] sed quae *MR*  hominem, *m. 2* hominem malum *M*  22 conscien..tia (*ras. 1—2 l.*) *P*  23 non esse igitur *A*  fure] furore (ro *exp.*) *M*  24 furtum] tum *A*

dicimus, ut quaestiones infinitas atque superfluas de factis hominum, quae rationem nostram nihil impediunt, auferamus.

4 Sed et uos, nisi hoc sentiatis, tales eritis omnes, qualis Optatus in uestra communione uobis non ignorantibus fuit, quod absit ab Emeriti moribus aliorumque talium, quales apud uos esse non dubito longe a factis illius alienos. neque enim uobis obicimus nisi schismatis crimen, quam etiam haeresem male perseuerando fecistis. quanti autem diuino iudicio pendatur hoc facinus, lege, quod te legisse non ambigo. inuenies Dathan et Abiron hiatu terrae deuoratos ceterosque omnes, qui eis consenserant, igne de medio eorum existente consumptos. illud ergo scelus ad exemplum deuitandi dominus deus praesenti supplicio denotauit, ut, cum talibus patientissime parcit, quali ultimo iudicio reseruet, ostenderet. neque enim reprehendimus rationes uestras, si eo tempore, quo uesana potentia furere iactabatur Optatus, cum eius accusator esset totius Africae gemitus congemescentibus uobis, si tamen talis es, qualem te praedicat fama, quod scit deus me et credere et uelle, — non ergo reprehendimus, si eo tempore, ne multos secum excommunicatos traheret et communionem uestram schismatis furore praecideret, eum excommunicare noluistis. sed hoc ipsum est, quod uos arguit in iudicio dei, frater Emerite, quia, cum uideretis tam magnum malum esse diuidi partem Donati, ut Optatus potius in communione tolerandus existimaretur, quam illud admitteretur,

10 Num. 16, 27—35

2 autferamus (t *exp. m. 2*) *M* 6 uos * (n *eras.*) *M* 8 heresim *R* *edd.* 9 facimus, *ras.* facinus *P* legesse, *corr. m. 1* legisse *M* 12 existente, *m. 2* exeunte *P* scelus] celerius *A* 14 patientissime *in fine u. om.*, *m. 1 in marg. add.* *M* quale *P m* reseruet et *M* 16 potentia] iactantia *R* 17 accusatores sed totius *MFA* cum gemiscentibus *R* 18 qualem] qualis *M* 20 ne *in fine u. om.* *P* excommunicatos, *corr. m. 1* excommunicatus *R* excommunicatus *P f l r m* 21 uestram (m *in ras. m. 1*) *F* 23 dei *in fine u. om.* *R* quod *f l r m* uideritis *R* 24 communionem *codd. a e* 25 ammitteretur *MFA* amitteretur *P*

permanetis in eo malo, quod in diuidenda ecclesia Christi a uestris maioribus perpetratum est.

5 Hic fortasse respondendi angustia temptabis defendere Optatum. noli, frater, noli, obsecro; non te decet et, si alium aliquem forte deceat, si tamen quicquam decet malos, Emeritum certe non decet defendere Optatum. sed fortasse nec accusare. ita sit sane. utere uoce media et dic: Unusquisque sarcinam suam portat. tu quis es, qui iudices seruum alienum? si ergo ad testimonium totius Africae, immo uero terrarum omnium, quaqua uersum Gildonis fama feruebat, simul enim et ille notus erat, non ausi estis umquam de Optato iudicare, ne temere de incognitis iudicaretis, nos tandem possumus aut debemus de his, qui ante nos uixerunt, ad uestrum tantum modo testimonium temerariam de incognitis ferre sententiam, ut parum sit, quod uos ignota criminamini, nisi et nos ignota iudicemus? non enim Optatum. etiam si forte falsa periclitatur inuidia, sed te defendis, cum dicis: 'Ignoro, qualis ille fuerit'. quanto magis ergo, quales fuerint Afri, quos ignotiores arguis, orientalis orbis ignorat! a quibus tamen ecclesiis, quarum nomina in libris habes et recitas, nefaria dissensione disiungeris. si Tamugadensem episcopum uestrum famosissimum et pessime diffamatum non dico Caesariensis sed Sitifensis collega eius eiusdemque temporis ignorabat, quo modo traditores Afros, quicumque illi fuerint, ecclesia Corinthiorum, Ephesiorum, Colossensium, Philippensium, Thessalonicensium,

7 Gal. 6, 5  8 Rom. 14, 4

3 hinc *P*  respondendi] temptandi *R*  4 aliquem alium *edd.*  7 fit *MP* (*ras.* sit)  unusque, *corr. m. 1* unusquisque *M*  8 portate *P* portabit *A sec. sacr. litt.*  quis] qui *FA*  iudicas *R edd. praeter a*  9 alienum seruum *R*  10 omnia, *m. 2* omnium *P*  11 simul enim et] simulent met *M* (*m. 1? del.* ent m) *F*  erat notus *P*  12 de incognitis *om. M*  13 iis *f l r m*  15 ut] cum *MFA a e*  17 iste *f l r m*  19 orientales *M*  20 habes in libris *edd.*  21 si Tamugadensem] sitā uagadensem *M* si tamen ugadensem *R*  23 modo (*postr. l. ex corr. m. 2*; *fuisse uid.* ū) *M*  24 illi *om. MFA a e*  Corinthiorum] catholicorum *M*

Antiochenorum, Ponti, Galatiae, Cappadociae ceterarumque orbis partium ab apostolis in Christo aedificatarum aut nosse potuit aut damnari a uobis meruit, quia non potuit? et tamen eis non communicatis et dicitis non esse Christianos et eos rebaptizare conamini. quid dicam? quid querar? aut quid exclamem? si cum homine cordato loquor, indignationis huius aculeos tecum participo; nam uides profecto, quae dicerem, si uellem dicere.

6 An forte fecerunt inter se maiores uestri concilium et damnauerunt praeter se totum orbem Christianum? itane ad hoc perducta est rerum existimatio, ut concilium Maximianensium, qui de uestra praecisione praecisi sunt, quia uobis comparati paucissimi sunt, non ualeat aduersus uos et uestrum concilium ualeat aduersus gentes hereditatem Christi et possessionem eius terminos terrae? miror, si habet in corpore sanguinem, qui de hac re non erubescit. rescribe ad ista, quaeso; a nonnullis enim, quibus non potui non credere, audiui te rescripturum, si tibi scriberem. iam etiam pridem misi unam epistulam, quam utrum acceperis uel ei responderis et forte ego tuam non acceperim, nescio. nunc interim peto, ad haec respondere ne graueris, quod tibi uidetur. sed noli te in alias tollere quaestiones; hinc enim caput est ordinatissimae inquisitionis, cur schisma factum sit.

7 Nam et terrenae potestates cum schismaticos persequuntur, ea regula se defendunt, qua dicit apostolus: Qui resistit potestati, dei ordinationi resistit; qui autem resistunt, ipsi sibi iudicium adquirunt; principes enim non sunt timori bono operi sed malo. uis

14 Ps. 2, 8  25 Rom. 13, 2—4

4 et *ante* dicitis *del. m. 2 P*  5 dicam quid] dicam aut quid *M*  6 hominē (~ *eras.*) *P*  8 dicere uellem *R*  13 uos—aduersus *om. P*  14 hereditatemque *R*  15 minor *A*  17 rescribat ista *A*  18 non *om. R*  19 etiam] enim *P*  pridem] quidem *R*  acciperis *F*  22 nolite in *A*  25 quia (i *exp.*) *P*  potestati resistit *edd.*  26 ordinationi *ras.* (*ex* ordinatione?) *F*  28 boni operis *P*  malo, *m. 2* mali *P*

autem non timere potestatem, bonum fac et habebis laudem ex illa; dei enim minister est tibi in bonum. quod si malum feceris, time; non enim frustra gladium portat; dei enim minister est, uindex in iram ei, qui male agit. tota igitur quaestio est, utrum nihil mali sit schisma aut utrum schisma non feceritis, ut pro bono opere potestatibus resistatis, non pro malo, unde uobis adquiratis iudicium. propterea prouidentissime dominus non ait: Beati, qui persecutionem patiuntur tantum, sed addidit: Propter iustitiam. si ergo iustitia est, quam operati estis in illa dissensione, in qua etiam permanetis, secundum ea, quae supra dixi, nosse abs te cupio; si autem iniquitas est orbem Christianum damnare inauditum, uel quia non audiuit, quae uos audistis, uel quia non ei probatum est, quod temere credidistis aut sine certo documento accusastis, et ideo rebaptizare uelle tot ecclesias ipsius domini, cum hic adhuc esset in carne, et apostolorum eius praedicatione ac labore fundatas, quia uobis licet aut nescire Afros collegas uestros malos simul uiuentes simul sacramenta tractantes aut etiam scire sed tolerare, ne pars Donati diuidatur, illis autem in orbe remotissimo constitutis non licet nescire, quod uos de Afris aut nostis aut creditis aut audistis aut fingitis, quae tanta est peruersitas amplecti suam iniquitatem et potestatum accusare seueritatem?

8 'At enim et malos Christianis non licet persequi'. esto, non liceat; sed numquid hoc potestatibus ad hoc ipsum ordinatis fas est obicere? an apostolum delebimus? aut non habent codices uestri, quae paulo ante commemoraui? 'sed uos', inquies, 'talibus communicare non debetis'. quid ergo? uos

9 Matth. 5, 10

2 ex ea *R* 8 iudicium adquiratis *R* atqui|ratis *F* 11 in illa] nulla *R* 14 uos] uobis *F* 15 certo (o *ex corr. m. 2*) *P* 16 accusatis *P* 17 apłm *F* apłi *ras.* (*ex* apłm *?*) *R* 20 pars, *corr. m. 1* phars *F* 21 dona (*spatium 3—4 l. uacuum*) uidatur *F* autem] tamen *M* 22 crediditis *F* 25 christianos *MA* 29 in*quies *F* commucare *F*

Flauiano quondam uicario, partis uestrae homini, quia legibus seruiens nocentes, quos inuenerat, occidebat, non communicastis? 'sed a uobis', inquies, 'Romani principes aduersum nos prouocantur'. immo a uobis aduersum uos ipsos, qui ecclesiam, cuius illi, sicut tanto ante praedictum est, iam membra sunt — de Christo enim dictum est: Et adorabunt eum omnes reges terrae —, et praecisione laniare ausi estis et rebaptizare pertinaciter audetis. nostri autem aduersus inlicitas et priuatas uestrorum uiolentias, quas et uos ibi, qui talia non facitis, doletis et gemitis, a potestatibus ordinatis tuitionem petunt, non qua uos persequantur, sed qua se defendant, sicut apostolus Paulus aduersus Iudaeos coniurantes, ut eum necarent, antequam esset Romanum imperium Christianum, egit, ut sibi tuitio etiam armatorum daretur. sed illi principes qualibet occasione cognoscentes uestri schismatis nefas constituunt aduersus uos pro sua sollicitudine ac potestate, quod uolunt. non enim frustra gladium portant; dei enim ministri sunt, uindices in iram in eos, qui male agunt. postremo etiam si aliqui nostrorum non Christiana moderatione ista faciunt, displicet nobis; sed tamen non propter eos relinquimus catholicam ecclesiam, si eam ante ultimum tempus uentilationis palea purgare non possumus, quando et uos propter Optatum, cum eum pellere non audebatis, partem Donati non reliquistis.

9 'At enim quare nos adiungi uobis uultis, si scelerati sumus?' quia uiuitis adhuc et corrigi potestis, si uelitis. cum enim

6 Ps. 71, 11 12 Act. 23, 12—24 17—19 cf. p. 403, 3—5
21 Matth. 3, 12

5 illic *m* 11 sed quia (i *exp.*) *F* 12 Iudaeos] eos *P* 14 etiam *om.* *R* 15 uestris (*postr. l. exp. m. 2*) *M* 16 eos. *m. 2* uos *R* *post* sollicitudine *supra u.* ne *add. m. 1, del. m. 2* *R* 17 a, *m. 2* ac *M* quod (d *in ras. et incerta*) *M* 18 enim *om.* *P* 19 christiana (∼ *super post.* a *eras.*) *R* 20 iste, *corr. m. 1* ista *M* non propter *bis, alterum del.* *M* 22 ultimum] ultionum *A* a palea *Pflrm* 24 relinquistis *MA* 25 ad *M* enim dicitis quare *flrm* quare *om.* *M* 26 corrigi *om. codd.*

nobis coniungimini, hoc est ecclesiae dei, hereditati Christi, cuius possessio sunt termini terrae, uos corrigimini, ut in radice uiuatis. de ramis enim fractis sic ait apostolus: Potens est enim deus iterum inserere illos. uos ergo mutamini ex ea parte, qua dissentiebatis, quamuis sacramenta, quae habebatis, cum eadem sint in omnibus, sancta sint. quapropter uos mutari uolumus a peruersitate, id est ut denuo radicetur uestra praecisio. nam sacramenta, quae non mutastis, sicut habetis, adprobantur a nobis, ne forte, cum uestram prauitatem corrigere uolumus, illis mysteriis Christi, quae in uestra prauitate deprauata non sunt, sacrilegam faciamus iniuriam. neque enim et Saul deprauauerat unctionem, quam acceperat, cui unctioni tantum honorem rex Dauid, pius dei seruus, exhibuit. propterea ergo uos non rebaptizamus, qui radicem uobis reddere cupimus, formam tamen praecisi sarmenti, si non mutata est, adprobamus, quae tamen quamuis integra nullo modo est sine radice fructuosa. alia quaestio est de persecutionibus, quas uos dicitis pati in tanta mansuetudine et lenitate nostrorum. cum uere inlicite ac priuatim uestri faciant grauiora, alia de baptismate, quod non quaerimus ubi sit, sed ubi prosit. nam ubicumque est, ipsum est; sed non etiam ille, qui hoc accipit, ubicumque est, ipse est. itaque priuatam hominum impietatem detestamur in schismate, baptismum uero Christi ubique ueneramur, quia, si desertores secum imperatoris signa traducant, illis uel damnatione punitis uel indulgentia correctis salua signa recipiuntur, si salua manserunt. et si quid de hac re diligentius quaerendum est, alia est, ut dixi, quaestio.

1 Ps. 2, 8  4 Rom. 11, 23  12 II Reg. 1, 1—16

1 uobis *F*  coniungemini *FA*  4 potens est] potest *P*  7 sint *ras.* (*ex* sunt?) *F*  8 precisio (sic *in ras. incertum*) *M*  14 proptere, *m. 2* propterea *P*  15 quia *Pflrm*  16 praecisis armenti *M*  18 alio, *corr. m. ut uid. 1* alia *F*  quos *A*  20 prauatim, *m. 2* priuatim *M*  23 hominem impietatem in scismate detestamur *R*  25 quia si] quasi *R*  si *om., m. 1 add.* *F*  producant *R*  28 ac, *corr. m. 1* hac *F*

hoc enim obseruandum est in his rebus, quod obseruat ecclesia dei.

10 Quaeritur autem, utrum uestra an nostra sit ecclesia dei. quapropter illud quaerendum est a capite, cur schisma feceritis. si non rescripseris, ego apud deum, quantum credo. facilem causam habeo, quia uiro, quem audiui excepto schismate bonum et liberaliter instructum, pacificantes litteras misi. tu uideris, quid illi respondeas, cuius nunc laudanda patientia, in fine uero timenda sententia est. si autem rescripseris ea cura, qua tibi scriptum uides, aderit misericordia dei, ut aliquando error, qui nos dirimit, et amore pacis et ratione ueritatis intereat. memento, quod de Rogatensibus non dixerim, qui uos Firmianos appellare dicuntur, sicut nos Macarianos appellatis, neque de Rusicazensi episcopo uestro, qui cum Firmo pactus perhibetur incolumitatem suorum, ut ei portae aperirentur et in uastationem darentur catholici, et alia innumerabilia. desine ergo locis communibus exaggerare facta hominum uel audita uel cognita. uides enim, quae de uestris taceam, ut de origine schismatis, ubi tota causa est, res agatur. dominus deus inspiret tibi cogitationem pacificam, desiderabilis et dilecte frater. amen.

1 est *om.* *M* in his *om.* *A* 3 dei *om.* *A* 4 quia propter *FPR* 5 ego] ergo *A* quantum credo *in fine u. om.* *R* 6 uero *A* 7 infructum *m. 2* instructum *M* 8 quod *A* 10 aderit *bis* *MFA* 12 interreat *MFA* Rucatensibus *f l r* 13 nos *A* firmanos *R* sicuti *F* 14 rufatensi *R* Rucatensi *f l r m* uestrorum *A* 15 factus *A* 17 et *ex* ut *m. 1* *M* 21 paci* (s *eras.*) | ficam *A* amen *om.* *R* *edd.*

## LXXXVIII.

### IANUARIO CLERICI CATHOLICI REGIONIS HIPPONIENSIUM REGIORUM.

1 Clerici et Circumcelliones uestri noui generis et inauditae crudelitatis persecutione in nos saeuiunt. qui si malum pro malo redderent, etiam sic contra legem facerent Christi; nunc uero consideratis omnibus factis uestris et nostris inuenimur hoc pati, quod scriptum est: **Retribuebant mihi mala pro bonis** et in alio psalmo: **Cum his, qui oderant pacem, eram pacificus; cum loquebar illis, debellabant me gratis.** nam cum sis in tam grandi constitutus aetate, arbitramur te optime nosse, quod pars Donati, quae primo apud Carthaginem pars Maiorini dicebatur, ultro accusauit Caecilianum tunc episcopum ecclesiae Carthaginiensis apud imperatorem illum antiquum Constantinum. sed ne forte aut oblita hoc sit grauitas tua aut te nosse dissimules aut etiam, quod non putamus, forsitan nescias, exemplum relationis tunc Anulini proconsulis, quem pars Maiorini tunc interpellauit, ut ea crimina, quae obiciebat Caeciliano, ad memoratum imperatorem ab eodem proconsule mitterentur, his nostris litteris inseruimus.

8 Ps. 34, 12 9 Ps. 119, 7

*Idem codices, qui in ep. LXXXVII; in R desunt p. 411, 18* maioris — *417, 10* lateat.

2 ianuariano *MFAP* catholicę *ex corr. m. 1; fuisse uid.* catholici *F* catholicę *A* regionis *del. m. 2 P* religionis *A* ipponensium *R* Hipponensium *edd.* 3 regionum *FPR* 4 uestri• *F* noui generis] non ueneris *M* (*m. 1? del.* neris) *FR* (*m. 2* non ueteris) nouę res *A* 5 saeuiunt] se ueniunt (en *exp.*) *M* eueniunt *R* qui si] quasi *M* (*m. 2* qui si) *A* 6 facerent Christi] dei facerent *R* 7 nostris et uestris *edd.* uestri, *m. 2* uestris *P* 8 hoc *om., m. 1 (?) add. P* 9 oderant, *m. 2* oderunt *M* oderunt *AR* 10 cum loquebar *ex* colloquebar (*m. 1?*) *P* inpugnabant. *m. 1 supra* debellabant *R; Vulg.* impugnabant 14 Carthaginiensis *om. A* chartaginensis *F* Carthaginensis *edd.* 16 nos sedes simules, *corr.* (*m. 1?*) nosse dissimules *F* nosse dissimulas *M* (*m. 1? corr.* nosse dissimules) *R* 18 anulini. *m. 2* anolini *P* anolini *R* 20 proconsulē (~ *eras.*) *M* 21 nostris *om. P* inserimus *m*

2 A. GGG. NNN. ANULINUS VC. PRO CONSULE AFRICAE.

Scripta caelestia maiestatis uestrae accepta atque adorata Caeciliano et his, qui sub eodem agunt quique clerici appellantur, deuotio mea apud acta paruitatis meae insinuare curauit eosdemque hortata est, ut unitate consensu omnium facta, cum omni omnino munere indulgentiae maiestatis uestrae liberati esse uideantur, catholicae custodita sanctitate legis debita reuerentia ac diuinis rebus inseruiant. uerum post paucos dies extiterunt quidam adunata secum populi multitudine, qui Caeciliano contradicendum putarent quique fasciculum in aluta signatum et libellum sine signo obtulerunt dicationi meae atque impendio postularunt, ut ad sacrum ac uenerabilem comitatum numinis uestri dirigerem, quae manente Caeciliano in statu suo subiectis eorundem actis, quo cuncta maiestas uestra possit dinoscere, paruitas mea dirigere curauit. transmissi libelli duo, unus in aluta suprascriptus ita: 'Libellus ecclesiae catholicae criminum Caeciliani traditus a parte Maiorini', item alius sine sigillo cohaerens eidem alutae, datus die XVII Kalendas Maias Carthagine domino nostro Constantino Augusto III.

3 Post hanc relationem ad se missam iussit imperator uenire partes ad episcopale iudicium in urbe Roma faciendum. ubi

1 A. GGG. NNN. *om. edd. praeter m* anolinus *R* uc (*m. 2* o *pro* c) *R* tunc *a e* nunc *f l r* proconsule (e *eras.*) *F* proconsulẹ *A* proconsul *PR edd.* 2 ador*ata *P* 4 mea apud acta *om. edd. praeter m* 5 eosdem qui orta est *M* 6 indulgentia *m* maiestati *A* 7 catholica* *F* catholi *A* catholica *P m* catholici *M cett. edd.* sanctitati *P r m* 8 debitae reuerentiae *a e f* ac *om. l r* 11 ulata *M* libellium (i *post. del. m. 2*) *R* 12 postularent *MFAR* sac||||rum (*ras. 1—2 l.*) *P* ac] et *edd.* 13 nominis *MFAR edd. praeter m* diriginem *R* 15 maiestatis *A* ma, *corr.* (*m. 1?*) mea *F* 16 transmisi libellos duos unum *m ex coniectura Louaniensium* superscriptus *A* suprascriptum *m* subscriptus *cett. edd.* 18 a partē *M* alium sine sigillo cohaerentem *m* idem *codd.* 19 datum *m* decimo septimo *l r m* Kł *APR* maius *MF* mai̅ *R* domno *MFAP* 20 constantina *A* III̊ *MA* · I · *P* · IIII · *R* tertius *a e* tertium cos. *ex coniectura Erasmi cett. edd.* 22 in urbem Romam *R*

quem ad modum causa dicta atque finita sit et Caecilianus innocens iudicatus sit, indicant gesta ecclesiastica. iam utique post pacificum moderamen episcopalis iudicii omnis contentionis et animositatis pertinacia debebat extingui. sed rursus maiores uestri ad imperatorem redierunt. non recte iudicatum neque omnem causam auditam esse conquesti sunt. unde ille alterum episcopale iudicium dedit habendum in Arelatensi Galliae ciuitate, ubi multi uestri uana et diabolica dissensione damnata cum Caeciliano in concordiam redierunt, alii uero pertinacissimi et litigiosissimi ad eundem imperatorem appellauerunt. postea et ipse coactus episcopalem causam inter partes cognitam terminauit et primus contra uestram partem legem constituit, ut loca congregationum uestrarum fisco uindicarentur. quarum omnium rerum documenta si uellemus inserere, nimium longas litteras faceremus. illud tamen nullo modo praetermittendum est, quo modo Felicis Aptungensis, quem fontem omnium malorum in concilio Carthaginiensi ab Secundo Tigisitano primate *habito* patres uestri fuisse dixerunt, urgentibus apud imperatorem uestris publico iudicio causa discussa atque finita sit. nam memoratus imperator in hac ipsa causa uestros apud se accusatores et assiduos interpellatores litteris suis fuisse testatur, quarum exemplum infra scripsimus.

3 iudicii episcopalis *edd.* contentiones, *m. 2* contentionis *M* 5 non] et non *P edd.* 6 omnem] enim *M* questi *R* illu, *m. 2* ille *M* 8 uestrorum *A* 9 damnati *A* in concordia *M* 10 ab eundem *MP* (*corr.* ad eundem) 12 partem uestram *R* 14 si uł limus (*corr.* lemus) *M* si uelimus *R* siue limus *A* 15 longa litteris *F* 17 omnium *om.* *A* carthaginensi *M* (*m. 1? corr.* carthaginiensi) *FAP edd.* kartaginensi* (s *eras.*) *A* 18 primati *M* habito *ex coniectura addidi* patris *MF* (*m. 1 corr.* patres) *AR* 20 nam] ne *A* 22 testatus *A* 23 infras *A*

4 IMPERATORES CAESARES FLAVII CONSTANTINUS MAXIMUS ET VALERIUS LICINIANUS LICINIUS AD PROBIANUM PROCONSULEM AFRICAE.

Aelianus praedecessor tuus merito, dum uir perfectissimus Verus, uicarius praefectorum tunc per Africam nostram, incommoda ualitudine teneretur, eiusdem partibus functus inter cetera etiam id negotium uel inuidiam, quae de Caeciliano episcopo ecclesiae catholicae uidetur esse commota, ad examen suum atque iussionem credidit esse reuocandam. etenim cum iam Superium centurionem et Caecilianum magistratum Aptungitanorum et Saturninum excuratorem et Calibium iuniorem, eiusdem ciuitatis curatorem, atque Solum seruum publicum supra scriptae ciuitatis praesentes esse fecisset, audientiam praebuit competentem, adeo ut, cum Caeciliano fuisset obiectum, quod a Felice eidem episcopatus uideretur esse delatus, cui diuinarum scripturarum proditio atque exustio uideretur obiecta, innocentem de eo Felicem fuisse constiterit. denique cum Maximus Ingentium decurionem Ziquensium ciuitatis epistulam Caeciliani exduumuiri falsasse contenderet, eundem ipsum Ingentium suspensum actis, quae suberant, peruidimus et ideo minime tortum, quod se decurionem Ziquensium ciuitatis esse adseuerauerit. unde uolumus, ut eundem ipsum Ingentium sub idonea prosecutione ad comitatum meum Constantini Augusti mittas,

1 caesaris *M* Flauius *f l r m* 2 ualerius lucinianus et licinius *R* Valerianus Licinius *a e* Valerius Licinius *cett. edd.* 3 africęs (s *exp.*) sor tuus merito dū uir helianus prodeces perfect|issimus *M* 4 helianus *codd. edd. praeter m* prodecessor *MFAR* ꝑcessor, *ras. et corr.* p̃cessor *P* 5 per *om. A* uestram *edd. praeter m* 6 incommoda' (*parua ras.*) *F* 9 credit *MFAR* 10 iam] tam *codd. a* magistratuum *MFAR a* 11 aptugnitanorum *M* (*ex* aptugnitatorum *m. 1*) *FA* aptugitanorum *P* appungitanorum *R* excuratore *MFAP* et *om. F* 12 Solonem *l r m* 13 praesentes] p̃essent *P* 14 cum *om. codd. a* 15 caecilianum *A* 17 exustio] excusatio *R* 18 maximianus *A* Vigentium *edd. praeter m* 19 ziquinsium *A* ex duumuiris *codd.* exduumuiri *m* ex diuino iure *cett. edd.* 20 falsisse *A* 21 actes *MFAR* 22 ziquinsium *A* esse *om. edd.* 23 persecutione *A*

ut illis, qui in praesentiarum agunt atque diurnis diebus interpellare non desinunt, audientibus et coram adsistentibus apparere et intimare possit frustra eos Caeciliano episcopo inuidiam comparare atque aduersus eum uiolenter insurgere uoluisse. ita enim fiet, ut omissis, sicuti oportet, eius modi contentionibus populus sine dissensione aliqua religioni propriae cum debita ueneratione deseruiat.

5 Haec cum uideas ita se habere, quid est quod nobis de imperatorum iussionibus, quae contra uos constituuntur, inuidiam concitatis, cum hoc totum uos potius antea feceritis? si nihil debent in his causis imperatores iubere, si ad imperatores Christianos haec cura pertinere non debet, quis urguebat maiores uestros causam Caeciliani ad imperatorem per proconsulem mittere et episcopum, contra quem absentem iam sententias quoquo modo dixeratis, iterum apud imperatorem accusare, quo innocente pronuntiato ordinatori eius Felici alias apud eundem imperatorem calumnias machinari? et nunc quid aliud quam ipsius maioris Constantini iudicium contra uestram partem uiuit, quod maiores uestri elegerunt, quod assiduis interpellationibus extorserunt, quod episcopali iudicio praetulerunt? si displicent imperialia iudicia, qui primitus imperatores ad ea uobis excitanda coegerunt? sic enim modo contra catholicam clamatis in his, quae contra uos ab imperatoribus decernuntur, quem ad modum si uellent aduersus Danihelem clamare, qui liberato illo eisdem leonibus consumendi missi sunt, a quibus eum ipsi primitus consumi uoluerunt; scriptum est enim: N i h i l i n t e r e s t i n t e r

25 Dan. 6, 16—24 27 Prou. 19, 12

1 atque] atque qui *P* 3 intimari *P edd.* 5 sicut *edd.* 6 populis, *corr. m. 1* populus *P* dissensine *F* religione *MAR* propria *M* 7 ueratione *FA* 9 imperatoribus, *m. 2* imperatorum *P* 10 conscitatis (*pr.* s *exp. m. 2*) *M* uobis *R* 11 si *om. M* sed *P* uerbis, *corr. m. 1* causis *M* iubere debeant si ad *R* 13 per *om. A* 14 adsentem *F* 15 quoquo] quo *M* 16 qui *F* 18 maioris—*p. 417, 10* lateat *om. R* maiores *M* (*m. 2* maioris) *A* 21 imperalia *P* quae *A*

minas regis et iram leonis. Danihelem calumniosi inimici in lacum leonum mitti coegerunt; uicit innocentia eius illorum malitiam; inlaesus inde leuatus est; ipsi illuc missi perierunt. similiter maiores uestri Caecilianum et eius societatem regiae irae consumendam obiecerunt, cuius innocentia liberata ab eisdem regibus eadem uos patimini, quae illos uestri pati uoluerunt, quoniam scriptum est: Qui parat proximo foueam, ipse incidet in eam.

6 De nobis ergo quid queramini, non habes et tamen ecclesiae mansuetudo etiam ab his imperatorum iussionibus omnino conquieuerat, nisi uestri clerici et Circumcelliones per suas immanissimas inprobitates furiosasque uiolentias quietem nostram perturbantes atque uastantes haec in uos recoli et moueri coegissent. nam prius quam recentiores leges istae, de quibus modo querimini, uenissent in Africam, insidias in itineribus nostris episcopis tetenderunt, conclericos nostros plagis immanissimis quassauerunt, laicis quoque et plagas grauissimas inflixerunt et intulerunt eorum aedificiis incendia. presbyterum etiam quendam, quia propria et libera uoluntate unitatem nostrae communionis elegit, de domo sua raptum et pro arbitrio immaniter caesum, in gurgite etiam caenoso uolutatum, buda uestitum cum quibusdam dolendum, quibusdam ridendum in pompa sui facinoris ostentassent, abductum inde, quo uoluerunt, uix post dies XII dimiserunt. unde conuentus municipalibus gestis a nostro episcopo Procu-

7 Eccli. 27, 29

2 mitte, *m. 2* mittere *M* 3 malitia, *m. 2* malitiâ *P* 4 ieus, *corr. m. 1* eius *M* 5 abiecerunt *M* 6 patemini *M* paciemini *A* 8 incidit *MF* 9 quod *edd. praeter a* habetis *P edd.* ecclesiae] ecclesiae catholicae *P edd.* 10 ab his] albis *A* 11 circumcellionis *MA* 14 moneri *a e f* renouari *m* 16 cumclericos *A* 17 et *exp. P* 18 influxerunt *M* 19 qua, *m. 2* quia *M* 22 uolu*tatum *P* uoluntatum (n *exp.*) *F* uoluptatum *M* buda uestitum *in fine u. om. A* 23 *ante* ridendum *ras. 2—3 l. F* im pompa *P* 24 quo *om. A* duodecim *edd.* demiserunt *F* 25 nostrorum *A* Proculeianus *m*

lianus, cum ab inquirenda causa dissimulassent et iterum continuo conuentus esset, nihil se dicturum amplius gestis expressit. et hodie illi, qui hoc fecerunt, presbyteri uestri sunt adhuc nos insuper territantes et, sicut potuerunt, persequentes.

7 Nec tamen de his iniuriis et persecutionibus, quas ecclesia catholica in regione nostra tunc pertulit, imperatoribus questus est episcopus noster. sed facto concilio placuit, ut pacifice conueniremini, quo, si fieri posset, haberetis inter uos conlationem et errore sublato fraterna caritas pacis in uinculo laetaretur. et in ipsa conuentione quid Proculianus primo responderit, quod concilium facturi essetis et illic uisuri, quid respondere deberetis, deinde quid postea, cum propter suam promissionem denuo conuentus esset, actis expresserit recusans pacificam conlationem, ipsa gesta instruant grauitatem tuam. deinde cum uestrorum clericorum et Circumcellionum notissima omnibus non cessaret immanitas, dicta causa est cum Crispino iudicatus haereticus nec poena decem librarum auri, quae in haereticos ab imperatoribus fuerat constituta, per mansuetudinem catholicam feriri permissus est et tamen ad imperatores appellandum putauit. cuius appellationi quod ita responsum est, nonne uestrorum praecedens inprobitas et eadem ipsius appellatio extorsit, ut fieret? nec tamen etiam post ipsum rescriptum intercedentibus apud imperatorem nostris episcopis eadem auri condemnatione

10 Eph. 4, 3

1 dissimulasset *P edd.* iterum—expressit et *om. A* 2 se* *F* 4 potuerunt (e *ex ras. et corr. m. 1*) *P* potuerint *m* 8 conquestus *edd.* 9 conuenirem iniquo *M* conuenerem iniquo *F* conuenirem in quo *A* possit, *m. 2* posset *M* in uos *MF* inter nos *edd. praeter m* 10 consolationem, *m. 2* collationem *P* in *om. P* (*in fine u.*) *m* 11 lateretur *M* Proculeianus *m* 12 et illic] et alias et illic *edd. praeter m* 13 uisuri quid] uisuri qui *FA* 14 actus *A* 15 recusas *MFA* 16 uro *M* et] ex *A* 18 Crispinus *edd.* dece|lebrarum *F* decelebratum *M* 19 auriq; in ereticos *M* 22 quod *om. A* praedecedeus (de *eras.*) *M*

multatus est. ex consilio autem nostri episcopi legatos ad comitatum miserunt, qui impetrarent, ut non omnes episcopi et clerici partis uestrae ad eandem condemnationem X librarum auri, quae in omnes haereticos constituta est, tenerentur sed hi soli, in quorum locis aliquas a uestris uiolentias ecclesia catholica pateretur. sed sic cum legati Romam uenerunt, iam cicatrices episcopi catholici Bagaitani horrendae ac recentissimae imperatorem commouerant, ut leges tales mitterentur, quales et missae sunt. quibus in Africam uenientibus cum utique non ad malum sed ad bonum coepissetis urgueri, quid facere debebatis nisi et uos mittere ad episcopos nostros, ut, quo modo uos ipsi conuenerant, sic conuenirentur a uobis et potius conlatione ueritas appareret?

8 Non solum autem non fecistis, sed peiora mala nobis uestri nunc faciunt. non tantum nos fustibus quassant ferroque concidunt, uerum etiam in oculos extinguendos calcem mixto aceto incredibili excogitatione sceleris mittunt. domus nostras insuper compilantes arma sibi ingentia et terribilia fabricarunt, quibus armati per diuersa discurrunt comminantes atque anhelantes caedes, rapinas, incendia, caecitates. quibus rebus compulsi sumus tibi primitus conqueri, ut consideret grauitas tua, quam multi uestrum, immo uos omnes, qui uos pati dicitis persecutionem, sub ipsis quasi terribilibus imperatorum catholicorum legibus in possessionibus uestris et alienis securi sedeatis et nos a uestris tam inaudita mala patiamur. uos dicitis pati persecutionem et nos ab armatis uestris fustibus et ferro concidimur; uos dicitis

1 ex concilio *edd.* legatus *FA* 3 decem *A edd.* 5 aliquas (s *eras.*) *F* uiolentiis *F* 6 sic *om. edd.* cum *om. codd.* 7 bacaitani *MFA a* Vagitani *cett. edd. praeter m* horrenda ea cretentissime *A* 9 et missae] emisse *M* 10 urguere *MFA* 12 conuenerentur *M* a nobis *A* 17 excogitationes (s *eras.*) *F* 18 insuper nostras *edd.* 19 communicantes *A* 21 conquiri *A* ut *om. edd. praeter m* 22 tua] uestra *m* 23 qui nos, *corr. m. 1* qui uos *A* 25 tamen audita, *corr.* (*m. 1??*) tam inaudita *F* 26 dicitis * (*fuit* $q_2$) *A* pati *om. F* 27 nris, *corr. m. 1* uris *M* fructibus *A*

pati persecutionem et nostrae domus ab armatis uestris compilando uastantur; uos dicitis pati persecutionem et nostri oculi ab armatis uestris calce et aceto extinguntur; insuper, etiam si quas mortes sibi ultro ingerunt, nobis uolunt esse inuidiosas, uobis gloriosas. quod nobis faciunt, sibi non inputant et, quod sibi faciunt, nobis inputant. uiuunt ut latrones, moriuntur ut Circumcelliones, honorantur ut martyres et tamen nec latrones aliquando audiuimus eos, quos depraedati sunt, excaecasse: occisos auferunt luci, non uiuis auferunt lucem.

9 Nos interim si quando uestros tenemus, cum magna dilectione seruamus inlaesos, loquimur eis et legimus omnia, quibus error ipse conuincitur, qui fratres a fratribus separat; facimus, quod dominus per Esaiam prophetam praecepit dicens: Audite, qui pauetis, uerbum domini; dicite: 'Fratres nostri estis' his, qui uos oderunt et qui uos execrantur, ut nomen domini honorificetur et appareat illis in iucunditate, ipsi autem erubescant. ac sic aliquos eorum considerantes euidentiam ueritatis et pulchritudinem pacis non baptismo, quem iam sicut regalem characterem tamquam desertores acceperant, sed fidei, quae illis defuit, et spiritus sancti caritati et Christi corpori sociamus. scriptum est enim: Fide mundans corda eorum itemque scriptum est: Caritas cooperit multitudinem peccatorum. si autem uel nimia duritia uel pudore non ferentes eorum insultationem, cum quibus contra nos tam multa falsa iactabant et tam multa mala excogitabant, uel magis timore, ne, qualia nobis ante faciebant, talia nobiscum iam patiantur, unitati Christi consentire noluerunt, sicut inlaesi retenti sunt, sic a nobis dimittuntur inlaesi. hoc,

15 Es. 66, 5 23 Act. 15, 9 24 I Petr. 4, 8

9 non *om. edd. praeter m* 12 illis *edd.* 13 separant *M* (n *exp. m. 2*) *FA* 20 ueritates, *corr. m. 1* ueritatis *F* 21 regulam *M* acciperant *A* 22 caritate *MA* 26 exultationem *FA* 28 antea *edd.* 29 noluerint *Fm*

quantum possumus, monemus etiam laicos nostros, ut eos inlaesos teneant et nobis corripiendos instruendosque perducant. sed aliqui nos audiunt et, si possunt, faciunt; alii cum illis quem ad modum cum latronibus agunt, quia eos re uera tales patiuntur; aliqui ictus eorum suis corporibus imminentes feriendo repellunt, ne ab eis ante feriantur; aliqui adprehensos iudicibus offerunt nec nobis intercedentibus eis parcunt, dum ab eis pati mala immania pertimescunt. in quibus omnibus illi non deponunt facta latronum et honorem sibi exigunt martyrum.

10 Hoc est ergo desiderium nostrum, quod tuae grauitati per has litteras et per fratres, quos misimus, allegamus: primum, si fieri potest, ut cum episcopis nostris pacifice conferatis, ut, in quibus fuerit inuentus, non homines sed error ipse tollatur; ut homines non puniantur, sed corrigantur; ut uos modo conueniatis, quia eorum conuentionem antea contempsistis. quanto melius enim hoc inter uos facitis. ut, quod egeritis, conscriptum et subscriptum imperatori mittatis, quam ut hoc apud terrenas potestates fiat, quae non possunt nisi iam datis contra uos legibus inseruire! uestri enim collegae, qui nauigauerant, apud praefectos dixerunt se audiri uenisse et nominauerunt sanctum patrem nostrum catholicum episcopum Valentinum, qui tunc in comitatu erat. dicentes cum illo se uelle audiri, quod eis non poterat iudex concedere, qui iam secundum leges, quae contra uos constitutae sunt, iudicabat; nec ille episcopus ita uenerat aut aliquod tale mandatum a suis episcopis acceperat. quanto

2 corporipiendos *M* 3 sed aliqui—patiuntur *om.* *A* 5 aliqui] alii *M* 9 depromunt *A* 12 litteris *A* alligamus *MF* 13 ut] et *M* 14 homines (e *ex corr.*) *F* 16 conuentionum, *m. 2* conuentionem *P* 17 contempsisti, *corr.* (*m. 1?*) contempsistis *P* 20 dictis, *m. 2* dicatis *P* insaeuire *a* saeuire *cett. edd. praeter m* 21 collega (*m. 2* collegae) | * qui (e *eras.*) *P* 22 audire *MFA* 24 audire *MFA* quod eis non poterat *bis, alterum del. m. ut uid. 1 P* 26 auenerat *A* aduenerat *MF* 27 coepiscopis *A*

ergo melius ipse imperator, qui non est eisdem legibus subditus et qui habet in potestate alias leges ferre, cum ei conlatio uestra fuerit recitata, de tota ipsa causa poterit iudicare, quamuis iam olim dicta fuerit terminata! sed ideo uos conferre uolumus, non ut causa iterum finiatur, sed ut eis, qui nesciunt, iam finita monstretur. quod si hoc facere nostri episcopi noluerint, quid inde perditis et non potius adquiritis, quia uoluntas uestra innotescit, ne diffidentia merito reprehendatur? an forte putatis non licere fieri, cum non uos lateat, quod dominus Christus etiam cum diabolo de lege locutus est, quod cum Paulo non solum Iudaei sed etiam de haeresi Stoicorum et Epicureorum philosophi gentium contulerunt? an forte istae leges imperatoris uos non permittunt nostros episcopos conuenire? ecce interim episcopos nostros, qui sunt in regione Hipponiensi, ubi a uestris tanta mala patimur, conuenite. quanto enim licentius et liberius ad nos per uestros uestra scripta quam eorum arma perueniunt!

11 Postremo per istos ipsos fratres nostros, quos ad uos misimus, talia rescribite. si autem et hoc non uultis, saltem cum uestris, a quibus talia patimur, nos audite. ostendite nobis ueritatem, pro qua uos pati dicitis persecutionem, cum patiamur nos uestrorum tantam crudelitatem. si enim nos esse in errore conuiceritis, forte concedetis nobis, ut non rebaptizemur a uobis, iustum existimantes, ut nobis hoc praestetis, qui baptizati sumus ab eis, quos nullo iudicio damnastis, quod praestitistis eis, quos Felicianus Mustitanus

10 Matth. 4, 1—10 11 Act. 17, 17—18

1 subditis, *corr. m. 1* subditus *M* 5 nos *edd. praeter m* 6 quod] quos *M* 7 uestri episcopi uoluerint *edd.* noluerunt *M* 8 innotescet *A* 11 Paulo] paulo apostolo *Pm* 13 ipsae, *m. 1 supra ł* iste *R* 14 uros *P* uestros *m* 15 ippoliensi *M* ipponensi *R* Hipponensi *edd.* 16 conuenientes *A* 23 patimur *MA* 24 in errore conuiceritis esse *R* conuiceretis (*sic!*) *A* conceditis *FAP edd. praeter m* 26 nullo modo aliquo iudicio *R* 27 damnatis, *corr. m. 1* damnastis *F* quos] quod, *corr.* (*m. 1?*) quos *M* mustatinus *A*

et Praetextatus Assuritanus per tam longum tempus baptizauerant, quando eos per iudicum iussa de basilicis pellere conabamini, quia Maximiano communicabant, cum quo a uobis in concilio Bagaitano expresse nominatimque damnati sunt. quae omnia gestis iudicialibus et municipalibus demonstramus, ubi et ipsum concilium uestrum allegastis, dum uultis iudicibus ostendere, quod schismaticos uestros de basilicis pelleretis. et tamen, qui ab ipso semine Abrahae, in quo omnes gentes benedicuntur, schisma fecistis, de basilicis pelli non uultis non per iudices, sicut schismaticis uestris uos fecistis, sed per ipsos reges terrae, qui completa prophetia Christum adorant, apud quos Caecilianum accusantes uicti recessistis.

12 Si autem nec audire nec docere nos uultis, uenite aut mittite nobiscum in regionem Hipponiensium, qui uideant armatum exercitum uestrum, quamuis nullus miles numero armorum suorum calcem et acetum addidit ad oculos barbarorum. si neque hoc uultis, saltem scribite ad illos, ut iam ista non faciant, ut iam se a caedibus nostris, a rapinis, ab excaecatione compescant. nolumus dicere: 'Damnate illos'; uos enim uideritis, quo modo uos non inquinent, quos modo ostendimus in uestra communione latrones, et nos inquinent, quos numquam potuistis ostendere traditores. ex his omnibus eligite, quod uolueritis. si autem querelas nostras contempseritis, nos minime paenitebit ordine pacifico agere uoluisse.

9 Gen. 22, 18

1 praetexiatus *F* praeexiatus *MA* 2 iudicium *R* iussu *A* 4 nominatumque, *m. 2* nominatimque *M* nominatimque | quae (quae *del. m. 2*) *P* 6 alligastis *MF* 8 balicis, *corr. m. 1* basilicis *A* repelleretis *R* 10 basibi | licis *M* schismatici uestri *A* 11 per *om. A* 12 adorabant *R* 14 nos *om. A* 15 ipponensium *R* Hipponensium *edd.* 16 numerti (*sic!*) *A* 17 ad oculis *M* 18 siue qui hoc non uultis saltim rescribite *R* neque] nec *M* 19 coetibus, *corr.* (*m. 1?*) cedibus *M* caetibus *F* cetibus *A* 21 non coinquinent *R* quos] quo *P* 22 in *om. M* nos] non *A* 23 ostendere potuistis *R* is *M* 24 elegite *MF* malueritis *R* 25 ordinem *F* pacificum *M*

aderit dominus ecclesiae suae, ut uos potius humilitatem nostram contempsisse paeniteat.

## LXXXIX.

DOMINO DILECTISSIMO ET HONORABILI AC SUSCIPIENDO FILIO FESTO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Si pro errore homines et damnabili dissensione et conuicta modis omnibus falsitate tanta praesumunt, ut eorum salutem requirenti catholicae ecclesiae tam audaciter insidiari minarique non cessent, quanto magis aequum est et oportet eos, qui pacis et unitatis Christianae adserunt ueritatem omnibus etiam dissimulantibus et cohibentibus manifestam, satagere instanter atque inpigre non solum pro eorum munimine, qui iam catholici sunt, uerum etiam pro eorum correctione, qui nondum sunt! nam si pertinacia insuperabiles uires habere conatur, quantas decet habere constantiam, quae in eo bono, quod perseueranter atque infatigabiliter agit, et deo se placere nouit et procul dubio non potest hominibus prudentibus displicere!

2 Quid autem infelicius atque peruersius, sicut Donatistae faciunt, qui se persecutionem perpeti gloriantur, quam de cohercitione iniquitatis suae non solum nescire confundi, sed etiam uelle laudari ignorantes caecitate mirabili uel animositate damnabili se scire dissimulantes, quod martyres ueros non faciat poena sed causa? et hoc quidem aduersus eos dicerem, quos sola caligo haeretici erroris inuolueret, pro quo sacrilegio poenas dignissimas luerent, nec tamen ulla quemquam uiolenta insania laedere auderent. aduersus istos autem

*Idem codices, qui in ep. LXXXVII et LXXXVIII.*

4 suspiciendo *P* 8 catholica ecclesia, *corr.* catholicae ecclesiae *M* audaciter (i *exp.*) *P* audacter *R edd.* 9 cessant *M* (*corr.* cessaent) *FA* quantum *FA* 10 ueritem, *m. 2* ueritatem *P* 11 manifesta *F* 14 insuperabilis, *corr. ut uid.* insuperabiles *M* 15 conantur *M* quantam *MR* constantia *F* 16 deus *F* placere se *edd.* 19 et *M* 21 cohertione *R* 22 cecitatem *MA* 23 dissimulantes *om. R* 26 nulla *MFAR* 27 uiolentia *M* autem istos *edd.*

quid dicam, quorum tam perniciosa peruersitas uel damnorum terrore cohercetur uel docetur exilio, quam ubique diffusa sit ecclesia, sicut futura praedicta est, quam malunt oppugnare quam agnoscere? et si ea, quae per misericordissimam disciplinam patiuntur, comparentur eis factis, quae furiosa temeritate committunt, quis non uideat, qui magis persecutores uocandi sunt? quamquam filii mali eo tantum, quo perdite uiuunt, etiam si nullas uiolenter inferant manus, parentum pietatem grauius persequuntur, quam cum illos pater aut mater, quanto amplius diligunt, tanto amplius ad bonam uitam sine ulla dissimulatione compellunt.

3 Extant publicorum monumentorum firmissima documenta, quae potes legere, si uolueris, immo peto et hortor, ut legas. quibus probatur, quod maiores eorum, qui primi se ab ecclesiae pace diuiserunt, ultro per Anulinum tunc proconsulem apud Constantinum imperatorem accusare ausi sunt Caecilianum. in quo utique iudicio si uicissent, quid erat Caecilianus ab imperatore passurus, nisi quod in istos, posteaquam uicti sunt, pronuntiauit? sed uidelicet si eis accusantibus atque superantibus Caecilianus eiusque collegae pellerentur sedibus, quas tenebant, uel etiam in sua conspiratione durantes grauius punirentur — neque enim poterat uictos et resistentes regia censura contemnere —, tunc isti prouisionem suam et pro ecclesia sollicitam curam praedicandam laudibus uentilarent. nunc autem quia ipsi superati sunt, qui ea, quae intendebant, probare minime potuerunt, si quid pro sua iniquitate patiuntur, persecutionem uocant; nec tantum furo-

3 Ps. 2, 8

2 coherceatur *R* 4 eas (s *del. m. 2*) *P* 5 compatrentur (*pr.* t *exp.*) *P* 7 filii *om. A* tantum *ex ras., fuisse uid.* tantam *F'* quo] quod *e f* 8 nullis *A* 11 dissimulatione (e *super ras. m. 1; fuitne* ae ?) *M* 15 anulinum, *m. 2* anolinum *P* anolinum *R* 16 accusatore (to *exp. et m. 2 del.*) *P* 20 collega depellerentur *M* collige pellarentur *A* 22 poterit *P* poterant *R* uictor *P* et *exp. m. 2 P* 24 sollictā *cum parua ras. ante* a *et post M* 25 qui] quia *P edd.*

rem perditum minime reprimunt, uerum etiam honorem martyrum quaerunt, quasi uero Christiani catholici imperatores aduersus eorum pertinacissimam iniquitatem aliud sequantur quam Constantini iudicium, apud quem ultro Caeciliani accusatores fuerunt, cuius auctoritatem omnibus transmarinis episcopis praetulerunt, ut non ad illos sed ad illum ecclesiae causam deferrent, ut ab eo datum in urbe Roma episcopale iudicium, in quo primum uicti sunt, rursus apud illum accusarent, ut ab altero ad Arelatum dato episcopali iudicio ad illum appellarent, apud quem tamen nouissime superati in sua peruersitate manserunt. puto, quod ipse diabolus, si auctoritate iudicis, quem ultro elegerat, totiens uinceretur, non esset tam inpudens, ut in ea causa persisteret.

4 Sed haec humana iudicia deputentur et circumueniri ac falli uel etiam corrumpi potuisse dicantur. cur ergo adhuc accusatur Christianus orbis terrarum et nescio quibus traditorum criminibus infamatur, qui utique nec potuit nec debuit nisi electis iudicibus potius quam uictis litigatoribus credere? habent apud deum illi iudices causam suam siue bonam siue malam; quid fecit ecclesia toto orbe diffusa, quae non ob aliud ab istis rebaptizanda censetur, nisi quia in ea causa, in qua, quid ueri esset, iudicare non potuit, eis potius, qui iudicare potuerunt, quam eis, qui nec superati cesserunt, credendum putauit? o magnum crimen omnium gentium, quas in semine Abrahae benedicendas promisit deus et, sicut promisit, exhibuit! quae cum uoce una dixerunt: 'Quare nos uultis rebaptizare', respondetur eis: 'Quia nescitis, qui fuerint

26 Gen. 22, 18

1 perditum, *m. 2* perditorum *P* 2 ueri *M* 7 datum *om. R* 9 ad] apud *edd.* 10 iudicium *R* 11 separati *MFAR* permanserunt *edd.* 12 iudaicis *M* elegeras *R* 15 haec *om. A* 16 potuise, *corr. m. 1* potuisse *P* potius se, *m. 2* potuisse *A* 21 aecclesiae *A* 22 cessetur *A* quia *om. MF* (*m. 2 add.* quod) *AR* 24 separati, *corr. m. 1* suparati (*sic!*) *M* 25 crimen (i *ex ras.*) *A* 27 una uoce *edd.* dixerint *FA* *edd.* 28 baptizare *A* fuerunt *M*

in Africa sanctorum codicum traditores, et in eo, quod nesciebatis, iudicibus magis quam accusatoribus credere uoluistis'. si crimen alienum non grauat quemquam, quid pertinet ad orbem terrarum, quod in Africa quisque commisit? si crimen incognitum non grauat quemquam, unde potuit orbis terrarum cognoscere uel crimen iudicum uel reorum? iudicate, qui cor habetis. haec est haeretica iustitia, ut, quia orbis terrarum non damnat crimen incognitum, pars Donati damnet orbem terrarum inauditum? sed sane sufficit orbi terrarum tenere promissiones dei et in se uidere compleri, quod prophetae tanto ante cecinerunt, in eisdem scripturis agnoscere ecclesiam, ubi et rex eius Christus agnoscitur. ubi enim de Christo talia praedicta sunt, qualia completa in euangelio legimus, illic praedicta sunt de ecclesia, qualia compleri toto orbe iam cernimus.

5 Nisi forte quemquam prudentium permouebit, quod de baptismo solent dicere, tunc esse uerum baptismum Christi, cum ab homine iusto datur, cum et hinc teneat orbis terrarum euidentissimam et euangelicam ueritatem, ubi Iohannes ait: Qui me misit baptizare in aqua, ipse mihi dixit: 'Super quem uideris spiritum descendentem quasi columbam et manentem super eum, ipse est, qui baptizat in spiritu sancto'. unde secura ecclesia spem non ponit in homine, ne incidat in illam sententiam, in qua scriptum est: Maledictus omnis, qui spem suam ponit in homine, sed spem suam ponit in Christo, qui sic accepit formam serui, ut non amitteret formam dei.

20 Ioh. 1, 33 25 Hier. 17, 5 27 Phil. 2, 6—7

4 quisquam *M* 5 cognitum, *m. 2* incognitum *PR* cognitum *MFA* 6 iudicium (*postr.* i *exp.*) *F* 7 qui] quae *A* eredica, *corr. m. 1* heredica *F* 9 damnat *MA* inauditum (di *exp. m. 1*) *M* inautum *F* 10 uideri *M* 11 ante *om. R* 13 completa *bis A* 16 prudentiam *F* de baptismo] baptismum *MFA* 17 diceret *A* hunc *FA* 18 datur] dato *MF* et] ad *MFA* 21 uideres *A* 22 quasi columbam *om. M* 23 unde] unde et *M* 24 ponet *A* 25 qua *uirgula supra* a *eras. F* 26 ponat *A* ponet *A*

de quo dictum est: Ipse est, qui baptizat. proinde homo quilibet minister baptismi eius qualemcumque sarcinam portet, non iste sed, super quem columba descendit, ipse est, qui baptizat. illos autem uana sentientes tanta absurditas sequitur, ut, quo ab ea fugiant, non inueniant. cum enim fateantur ratum et uerum esse baptismum, quando baptizat apud eos aliquis criminosus, cuius crimina latent, dicimus eis: 'Quis tunc baptizat?' nec habent, quid respondeant, nisi: 'Deus', neque enim possunt dicere, quod homo adulter quemquam sanctificat. quibus respondemus: 'Si ergo, cum baptizat homo iustus manifestus, ipse sanctificat, cum autem baptizat homo iniquus occultus, tunc non ipse sed deus sanctificat, optare debent, qui baptizantur, ab occultis malis hominibus potius baptizari quam a manifestis bonis; multum enim eos melius deus quam quilibet homo iustus sanctificat. quod si absurdum est, ut quisque baptizandus optet ab occulto adultero potius baptizari quam a manifesto casto, restat utique, ut, quilibet ministrorum hominum accesserit, ideo ratus sit baptismus, quia, super quem columba descendit, ipse baptizat.

6 Et tamen cum tam perspicua ueritas aures et corda hominum feriat, tanta quosdam malae consuetudinis uorago submersit, ut omnibus auctoritatibus rationibusque resistere quam consentire malint. resistunt autem duobus modis: aut saeuiendo aut pigrescendo. quid igitur hic faciat ecclesiae medicina salutem omnium materna caritate conquirens tamquam inter phreneticos et lethargicos aestuans? numquid contemnere, numquid desistere uel debet uel potest? utrisque

3 iste est sed *P* 5 ab eā (∼ *eras.*) *P* 8 qui *F* 10 sanctificet *R edd.* 12 ipse] ipse sc (se *exp. m. 2*) *R* 14 multo *MA edd. praeter a* eos *om. MP* (*add. m. 1*) 15 quam quilibet] quamlibet *F* si *om. MFA* 16 oportet *A* potius *om. M* 17 babtizare, *corr. m. 1* babtizari *M* 18 accesserit//// (*ras. 1—2 l.*) ideo (t ideo *in ras. m. 1*) *F* 19 descendit columba *edd.* 21 mala *P* 23 mali*nt, *sed* t *ex corr.* (*m. 1 ?*) *F* maligni *M* (*m. 2* malint) *A* 24 quid igitur] qui dicitur *M* qui dicit *A* faciet *R* 25 medicinam *M* 26 inter] in *R* 27 consistere *R*

sit necesse est molesta, quia neutris est inimica. nam et phrenetici nolunt ligari et lethargici nolunt excitari; sed perseuerat diligentia caritatis phreneticum castigare, lethargicum stimulare, ambos amare. ambo offenduntur, sed ambo diliguntur; ambo molestati, quam diu aegri sunt, indignantur. sed ambo sanati gratulantur.

7 Denique non, sicut putant et sicut iactant, tales eos suscipimus, quales fuerunt, sed omnino mutatos, quia esse catholici non incipiunt, nisi haeretici esse destiterint. neque enim sacramenta eorum nobis inimica sunt, quae in illis sunt nobis communia, quia non humana sunt sed diuina. proprius eorum error auferendus est, quem male inbiberunt, non sacramenta, quae similiter acceperunt, quae ad poenam suam portant et habent, quanto indignius habent, sed tamen habent. errore itaque derelicto, separationis prauitate correcta ab haeresi ad ecclesiae pacem transeunt, quam non habebant. sine qua illis perniciosum fuerat, quod habebant. sed si, cum transeunt, ficti sunt, non est iam hoc nostrum sed dei iudicium; et tamen quidam cum ficti putarentur, quoniam iussionis ad nos terrore transierunt, tales posterius in nonnullis temptationibus inuenti sunt, ut quibusdam ueteribus catholicis praeferrentur. non ergo nihil agitur, cum instanter agitur: neque enim solis humanis terroribus murus durae consuetudinis expugnatur, sed etiam diuinis auctoritatibus atque rationibus fides et intellegentia mentis instruitur.

8 Quae cum ita sint, nouerit benignitas tua homines uestros, qui in regione Hipponiensi sunt, adhuc esse Donatistas nec

2 noli, *corr. m. 1* nolunt *M* ligori, *corr. m. ut uid. 1* ligari *F* 3 perserat, *corr. m. 1* perseuerat *M* caritatis diligentia *punctis corr. M* 5 aegri *om. A* 7 eos *om. R* suscepimus *FA a e* 10 in] cum *edd. praeter a* nobis sunt *edd.* 11 nobis, *m. 2* et nobis *M* 14 indignus, *corr. m. 1* indignius *F* 15 ab haeresi] habere si *MA* 16 habent sene (*corr. m. 1* sine) *F* 17 si *om. MFA* 18 ////ficti (fi *eras.?*) *M* hoc iam *P edd.* 19 iussiones *A* 21 ueteribus *om. R* 22 preferentur, *corr. m. 1* preferrentur *F* proferentur, *corr. m. 1* praeferentur *M* 23 dare, *corr. m. 1* dure *F* 27 hipponensi *A edd.* hipponiensis (*postr. l. exp.*) *M*

apud eos quicquam ualuisse litteras tuas. cur autem non ualuerint, non opus est scribere; sed mitte aliquem tuorum uel domesticorum uel amicorum, cuius hoc fidei possis iniungere, qui non ad ea loca sed ad nos primitus ueniat illis omnino nescientibus et nobiscum primitus consilio pertractato, quod agendum domino adiuuante uisum fuerit, agat. neque enim tantum pro eis agimus, cum hoc agimus, sed etiam pro nostris iam factis catholicis, quibus illorum uicinitas sic infesta est, ut contemni a nobis nullo modo possit. et hoc quidem breuiter scribere poteram; sed uolui te habere aliquid litterarum nostrarum, quo rationem curae meae non solum ipse cognosceres, sed etiam cuicumque dissuadenti, ne tuorum correctioni operam instanter inpendas, nobisque detrahenti, quod talia uelimus, habeas, quod respondeas. quod si superfluo feci, quod iam ista uel didiceras uel ipse cogitaueras, aut onerosus fui, quod curis publicis tam occupato prolixam epistulam ingessi, peto des ueniam, dum tamen, quod suggessi et rogaui, non spernas. sic te tueatur misericordia dei.

1 ualuisse quicquam *punctis corr.* *M* tuas litteras *edd.* 4 quia *M* 7 etiam *om.*, *m. 1 add.* *M* 13 correctionē opperam constanter *M* 14 abeas *M* 15 dideras *F* (*corr. m. ut uid. 1* dederas) *A* dederas *M* 16 occupatā *M* *occupatum *F* 17 ingressi *A* des *om.* *A* 18 tuetur *MFA* tuatur, *m. 2* tueatur *P*

## XC.

DOMINO INSIGNI ET MERITO SUSCIPIENDO FRATRI AUGUSTINO EPISCOPO NECTARIUS.

Quanta sit caritas patriae, quoniam nosti, praetereo. sola est enim, quae parentum iure uincat affectum. cui si ullus esset consulendi modus aut finis bonis, digne iam ab eius muneribus meruimus excusari. sed quoniam crescit in dies singulos dilectus et gratia ciuitatis, quantumque aetas fini proxima est, tantum incolumem ac florentem relinquere patriam cupit, idcirco gaudeo primum, quod apud instructum disciplinis omnibus uirum mihi hic sermo est institutus. in Calamensi colonia multa sunt, quae merito diligamus, uel quod in ea geniti sumus uel quod eidem magna contulisse uidemur officia. haec ergo, domine praestantissime et merito suscipiende, non leui populi sui errato prolapsa est. quod quidem si iuris publici rigore metiamur, debet plecti seueriore censura. sed episcopum fas non est nisi salutem hominibus impertire et pro statu meliore causis adesse et apud omni-

5—6 = p. 427, 14: 428, 22—429, 1; Cic. de rep. fragm. IV 7, 7
8—10 = p. 431, 7—9 14—p. 427, 3 = p. 432, 1—6; 13—15

*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*
*K* = *cod. Casinensis 232*[1] *s. XII.*

2 suspiciendo *M* (*corr. m. 1* suscipiendo) *P* 3 coepiscopo *R* 4 *post* caritas *in fine u. ras. 2—3 l. P* 5 uincat, *sed* a *ex corr.* (*m. 1?*) *M* affectum aliter cui si ullus esset consulendi modus cuius si ullius consulendi modus aut finis *R* cui si ullus] cuius si ullus *A* cuius illius *M* 6 consulendi (i *ex corr. m. 2*) *M* 8 dilectio *K edd. praeter a* 9 proxima, *m. 1 supra* ł prima *R* 10 cupimus *edd. praeter m* 11 est sermo *edd.* 13 gen|ti, *m. 2* geni|ti *A* uideamur contulisse *R* 14 suspiciende *P* 15 leue *F* erratu*m* quod, *m. 1 supra* ł uel *R* 16 rigore metiamur] rigorē (*m. 2 supra* metiaris) etiam *P* seueriore (se *del. uid.*) *M* seueriori *edd.* 17 non fas *R* 18 impertire *cum ras. infra postr. l. et supra P* inpertiri *A* stratu (r *exp. m. 2*) *M*

potentem deum ueniam aliorum mereri delictis. quam ob rem quanta possum supplicatione deposco, ut, si defendenda res est, innoxius defendatur, ab innocentibus molestia separetur. praesta hoc, quod secundum naturam tuam peruides postulari. de damnis facilis potest haberi taxatio; tantum supplicia deprecamur. acceptior deo uiuas, domine insignis et merito suscipiende frater.

## XCI.

DOMINO EXIMIO MERITOQUE HONORABILI FRATRI NECTARIO AUGUSTINUS.

1 Iam senio frigescentibus membris feruere animum tuum patriae caritate nec miror et laudo teque non tantum tenere memoriter uerum etiam uita ac moribus demonstrare, quod nullus sit patriae consulendi modus aut finis bonis, non inuitus, immo etiam libens accipio. unde supernae cuiusdam patriae, in cuius sancto amore pro nostro modulo inter eos, quibus ad illam capessendam consulimus, periclitamur atque laboramus, talem etiam te ipsum ciuem habere uellemus, ut eius portiunculae in hac terra peregrinanti nullum consulendi modum finemque censeres tanto effectus melior, quanto meliori ciuitati officia debita praerogares in eius aeterna pace nullum gaudendi finem inuenturus, cuius ad tempus laboribus nullum tibi finem statueris consulendi.

14 = p. 426, 5—6; 428, 22—429, 1

2 deferenda, *m. 2* defendenda *M* 3 innoxios *K* 4 praeuides *R* postulari (i *in ras. m. ut uid. 1*) *A* 5 habere, *corr. m. 1* haberi *R* 6 acceptor, *corr. m. 1* acceptior *M* deo] dño *R* 7 suspiciende *PK*

*Idem codices, qui in ep. XC.; accedit*
*E = fragm. cod. Cheltenhamensis 16588 s. XI:*
*p. 433, 3* (reddita) — *435, 15*

12 laudote quae *K* non tantum non tenere *MFAP* (*post.* non *del. m. 2*) *R* 17 capescendam *MAK* 20 recenseres *F* 21 ciuitati meliori *R* praerogare, *m. 2 add.* s ł ris *P* 23 tibi nullum *R* statueres *edd. praeter f*

2 Verum hoc donec fiat — neque enim desperandum est illam te patriam posse adquirere uel iam adquirendam prudentissime cogitare, ad quam te pater etiam, qui in ista genuit, antecessit — hoc ergo donec fiat, da nobis ueniam, si propter patriam nostram, quam cupimus numquam relinquere, contristamus patriam tuam, quam cupis florentem relinquere. de cuius quidem floribus si cum tua prudentia disputemus, non est uerendum, ne tibi difficile persuadeatur aut uero etiam non facile occurrat, quem ad modum florere ciuitas debeat. commemorauit poeta ille uestrarum clarissimus litterarum quosdam flores Italiae; sed nos in uestra patria non tam experti sumus, quibus floruit terra illa uiris, quam 'quibus arserit armis', immo uero non armis sed flammis nec arserit, sed incenderit. quod tantum scelus si fuerit inpunitum nulla digna correctione prauorum, florentem te patriam putas relicturum? o flores non plane fructuum sed spinarum! compara nunc, utrum malis florere patriam tuam pietate an impunitate, correctis moribus an securis ausibus; compara ista et uide, utrum in patriae tuae amore nos uincas, utrum eam magis ueriusque cupias florere quam nos.

3 Intuere paululum ipsos de re publica libros, unde illum affectum amantissimi ciuis ebibisti, quod nullus sit patriae

10 cf. Verg. Aen. VII 643—644 21—p. 429, 4 Cic. de rep. fragm. IV 7, 7 22—p. 429, 1 = p. 426, 5—6; 427, 13—14

1 disperandum *M* (*corr. m. 1* desperandum) *FA* (*m. 2* desperandum) 4 haec *A* 5 cupimus nunquam *m. 2 supra u. K* nunquam cupimus *R* 6 contristamus, *m. 2* contristamur *M* contristamur *AR* 8 sua perdeatur, *corr. m. 1* persuadeatur *M* persuadetur *A* 9 ciuitas florere *R* 10 carissimus (*corr. m. 1* clarissimus) litterarum uestrarum flores quosdam *R* 12 floruerit *m; Verg.:* quibus Itala iam tum floruerit terra alma uiris. quibus arserit armis uiris *an* iuris *incertum, in marg. m. 1* iuris *M* 15 correctionē (~ *eras.*) *R* 16 relucturum, *in marg. m. 1* relicturum *M* fructum, *corr. m. 1* fructuum *F* fructib;, *sed* b; *in ras.* (*m. 1?*) *M* 17 spinas//// (*ras. 1—2 l.*), *corr.* spinis//// *et* s *post. in ras.* (*m. 1?*) *M* compara (*m. 1? corr.* comparandi) nunc *M* nunc compara *R* malles *M* 18 impunitate] impietate *eflr* motibus *A* 21 libros, *m. 1 supra* ł uiros *R* 22 amatissimi, *corr. m. 1* amantissimi *F* amandatissimi, *m. 2 del.* da *K* ciuis] cuius *K* consulendi patriae *R*

consulendi modus aut finis bonis. intuere, obsecro te, et cerne, quantis ibi laudibus frugalitas et continentia praedicetur et erga coniugale uinculum fides castique honesti ac probi mores, quibus cum praepollet ciuitas, uere florere dicenda est. hi autem mores in ecclesiis toto orbe crescentibus tamquam in sanctis auditoriis populorum docentur atque discuntur et maxime pietas, qua uerus et uerax colatur deus, qui haec omnia, quibus animus humanus diuinae societati ad inhabitandam aeternam caelestemque ciuitatem instruitur et aptatur, non solum iubet adgredienda, uerum etiam donat implenda. inde est, quod deorum multorum falsorumque simulacra et praedixit euersum iri et praecepit euerti. nihil enim homines tam insociabiles reddit uitae peruersitate quam illorum·deorum imitatio, quales describuntur et commendantur litteris eorum.

4 Denique illi doctissimi uiri, qui rem publicam ciuitatemque terrenam, qualis eis esse debere uidebatur, magis domesticis disputationibus requirebant uel etiam describebant, quam publicis actionibus instituebant atque formabant, egregios atque laudabiles, quos putabant, homines potius quam deos suos imitandos proponebant erudiendae indoli iuuentutis. et re uera Terentianus ille adulescens, qui spectans tabulam pictam in pariete, ubi pictura inerat de adulterio regis deo-

11 Leu. 26, 30; Ezech. 6, 4; 30, 13; Os. 10, 2; III Reg. 15, 11—13; II Paral. 23, 17; 31, 1; 33, 15; 34, 3—4   22 Ter. Eun. 584—591

1 boni *K*   te *om. R*   2 certe *K*   frugalitas laudibus *R*   3 cestique *F* certique *MAPRK edd. praeter m* castique *m; cf. p. 431, 10*   ac] et *R*   4 probo, *corr.* probi *K*   florere** (*fuit* re) *A*   5 hii *K*   orbe terrarum crescentibus *R*   6 auditorib; *P*   7 quia *MF* (*m. 1? del.* i)   8 qui* (*eras. uid.* a) *P* quia *F*   diuina societate *R*   11 deeorum, *del.* (*m. 1?*) *altera* e *F*   12 euersuiri *F* euersura *MP* (*m. 2* ł euertenda)   praeceptū, *m. 2* praecepit *K*   13 associabiles, *sed* as *ex ras. et corr.* (*m. 1?*) *M*   peruersitate, *corr.* (*m. 1?*) peruersitati *M* peruersitati *P*   15 lateris, *corr.* litteris *K*   22 exspectans *MF* expectans *AP* (*m. 2* spectans) *RK*

2 Verum hoc donec fiat — neque enim desperandum est illam te patriam posse adquirere uel iam adquirendam prudentissime cogitare, ad quam te pater etiam, qui in ista genuit, antecessit — hoc ergo donec fiat, da nobis ueniam, si propter patriam nostram, quam cupimus numquam relinquere, contristamus patriam tuam, quam cupis florentem relinquere. de cuius quidem floribus si cum tua prudentia disputemus, non est uerendum, ne tibi difficile persuadeatur aut uero etiam non facile occurrat, quem ad modum florere ciuitas debeat. commemorauit poeta ille uestrarum clarissimus litterarum quosdam flores Italiae; sed nos in uestra patria non tam experti sumus, quibus floruit terra illa uiris, quam 'quibus arserit armis', immo uero non armis sed flammis nec arserit, sed incenderit. quod tantum scelus si fuerit inpunitum nulla digna correctione prauorum, florentem te patriam putas relicturum? o flores non plane fructuum sed spinarum! compara nunc, utrum malis florere patriam tuam pietate an impunitate, correctis moribus an securis ausibus; compara ista et uide, utrum in patriae tuae amore nos uincas, utrum eam magis ueriusque cupias florere quam nos.

3 Intuere paululum ipsos de re publica libros, unde illum affectum amantissimi ciuis ebibisti, quod nullus sit patriae

10 cf. Verg. Aen. VII 643—644 21—p. 429, 4 Cic. de rep. fragm. IV 7, 7 22—p. 429, 1 = p. 426, 5—6; 427, 13—14

1 disperandum *M* (*corr. m. 1* desperandum) *FA* (*m. 2* desperandum) 4 haec *A* 5 cupimus nunquam *m. 2 supra u. K* nunquam cupimus *R* 6 contristamus, *m. 2* contristamur *M* contristamur *AR* 8 sua perdeatur, *corr. m. 1* persuadeatur *M* persuadetur *A* 9 ciuitas florere *R* 10 carissimus (*corr. m. 1* clarissimus) litterarum uestrarum flores quosdam *R* 12 floruerit *m; Verg.:* quibus Itala iam tum floruerit terra alma uiris. quibus arserit armis uiris *an* iuris *incertum, in marg. m. 1* iuris *M* 15 correctionẽ (~ *eras.*) *R* 16 relucturum, *in marg. m. 1* relicturum *M* fructum, *corr. m. 1* fructuum *F* fructib;, *sed* b; *in ras.* (*m. 1?*) *M* 17 spinas//// (*ras. 1—2 l.*), *corr.* spinis//// *et* s *post. in ras.* (*m. 1?*) *M* compara (*m. 1? corr.* comparandi) nunc *M* nunc compara *R* malles *M* 18 impunitate] impietate *eflr* motibus *A* 21 libros, *m. 1 supra* ł uiros *R* 22 amatissimi, *corr. m. 1* amantissimi *F* amandatissimi, *m. 2 del.* da *K* ciuis] cuius *K* consulendi patriae *R*

consulendi modus aut finis bonis. intuere, obsecro te, et cerne, quantis ibi laudibus frugalitas et continentia praedicetur et erga coniugale uinculum fides castique honesti ac probi mores, quibus cum praepollet ciuitas, uere florere dicenda est. hi autem mores in ecclesiis toto orbe crescentibus tamquam in sanctis auditoriis populorum docentur atque discuntur et maxime pietas, qua uerus et uerax colatur deus, qui haec omnia, quibus animus humanus diuinae societati ad inhabitandam aeternam caelestemque ciuitatem instruitur et aptatur, non solum iubet adgredienda, uerum etiam donat implenda. inde est, quod deorum multorum falsorumque simulacra et praedixit euersum iri et praecepit euerti. nihil enim homines tam insociabiles reddit uitae peruersitate quam illorum deorum imitatio, quales describuntur et commendantur litteris eorum.

4 Denique illi doctissimi uiri, qui rem publicam ciuitatemque terrenam, qualis eis esse debere uidebatur, magis domesticis disputationibus requirebant uel etiam describebant, quam publicis actionibus instituebant atque formabant, egregios atque laudabiles, quos putabant, homines potius quam deos suos imitandos proponebant erudiendae indoli iuuentutis. et re uera Terentianus ille adulescens, qui spectans tabulam pictam in pariete, ubi pictura inerat de adulterio regis deo-

11 Leu. 26, 30; Ezech. 6, 4; 30, 13; Os. 10, 2; III Reg. 15, 11—13; II Paral. 23, 17; 31, 1; 33, 15; 34, 3—4 22 Ter. Eun. 584—591

1 boni *K* te *om.* *R* 2 certe *K* frugalitas laudibus *R* 3 cestique *F* certique *MAPRK* *edd. praeter m* castique *m; cf. p. 431, 10* ac] et *R* 4 probo, *corr.* probi *K* florere** (*fuit* re) *A* 5 hii *K* orbe terrarum crescentibus *R* 6 auditorib; *P* 7 quia *MF* (*m. 1?* *del.* i) 8 qui* (*eras. uid.* a) *P* quia *F* diuina societate *R* 11 deeorum, *del.* (*m. 1?*) *altera* e *F* 12 euersuiri *F* euersura *MP* (*m. 2* ł euertenda) praeceptū, *m. 2* praecepit *K* 13 associabiles, *sed* as *ex ras. et corr.* (*m. 1?*) *M* peruersitate, *corr.* (*m. 1?*) peruersitati *M* peruersitati *P* 15 lateris, *corr.* litteris *K* 22 exspectans *MF* expectans *AP* (*m. 2* spectans) *RK*

rum, libidinem, qua rapiebatur, stimulis etiam tantae auctoritatis accendit, nullo modo in illud flagitium uel concupiscendo laberetur uel perpetrando inmergeretur, si Catonem maluisset imitari quam Iouem; sed quo pacto id faceret, cum in templis adorare cogeretur Iouem potius quam Catonem? uerum haec ex comoedia, quibus impiorum luxus et sacrilega superstitio conuinceretur, proferre forsitan non debemus. lege uel recole, in eisdem libris quam prudenter disseratur nullo modo potuisse scriptiones et actiones recipi comoediarum, nisi mores recipientium consonarent. ita clarissimorum uirorum in re publica excellentium et de re publica disputantium auctoritate firmatur nequissimos homines fieri deorum imitatione peiores non sane uerorum sed falsorum atque fictorum.

5 At enim illa omnia, quae antiquitus de uita deorum moribusque conscripta sunt, longe aliter sunt intellegenda atque interpretanda sapientibus. ita uero in templis populis congregatis recitari huiusce modi salubres interpretationes heri et nudiustertius audiuimus. quaeso te, sicine caecum est humanum genus aduersus ueritatem, ut tam aperta et manifesta non sentiat? tot locis pingitur, funditur, tunditur, sculpitur, scribitur, legitur, agitur, cantatur, saltatur Iuppiter adulteria tanta committens; quantum erat, ut in suo saltem Capitolio ista prohibens legeretur? haec mala dedecoris impietatisque plenissima si nemine prohibente in populis ferueant, adorentur in templis, rideantur in theatris, cum his uictimas immolant, uastetur pecus etiam pauperum, cum haec histriones agunt et saltant, effundantur patrimonia diuitum, ciuitates florere dicuntur? horum plane florum non terra fertilis, non aliqua

8—10 cf. Cic. de rep. fragm. IV 10, 11

3 uel perpetrando inmergeretur *om.* *K* 5 adorare eos cogeretur *K* 14 at• (t *ex corr.; fuisse uid.* ait) *M* ait *F* at (t *ex ras. et corr. 1 l. m. 2*) *P* illa *om.* *R* 18 genus humanum *R* 20 tunditur *om.* *A* 21 canitur *R* saltus, *corr. m. 1* saltatur *M* 22 in] ñ *A* 25 redeantur *FA* (*ras.* rideantur) thesauris *MFA* uictimis *AK* 26 etiam pecus *R* haec *om.* *R* 28 dicantur *F* terra non *R* aliqua *m. 2 supra u.* *K*

opulens uirtus sed illa dea Flora digna mater inuenta est, cuius ludi scenici tam effusiore et licentiore turpidine celebrantur, ut quiuis intellegat, quale daemonium sit, quod placari aliter non potest, nisi illic non aues, non quadrupedes, non denique sanguis humanus sed multo scelestius pudor humanus tamquam immolatus intereat.

6 Haec dixi, propter quod scripsisti, quantum tibi aetas fini proxima est, cupere te, ut patriam tuam incolumem ac florentem relinquas. tollantur illa omnia uana et insana, conuertantur homines ad uerum dei cultum moresque castos et pios; tunc patriam tuam florentem uidebis non opinione stultorum sed ueritate sapientium, cum haec patria carnalis generationis tuae portio fuerit illius patriae, cui non corpore sed fide nascimur, ubi omnes sancti et fideles dei post labores uelut hiemales uitae huius intermina aeternitate florebunt. nobis itaque cordi est neque Christianam amittere mansuetudinem neque perniciosum ceteris imitationis exemplum in illa ciuitate relinquere. quo modo id agamus, aderit deus, si eis non ita grauiter indignetur. alioquin et mansuetudo, quam seruare cupimus, et disciplina, qua uti moderate nitimur, impediri potest, si deo aliud in occulto placet siue iudicanti hoc tantum malum flagello acriore plectendum siue etiam uehementius irascenti, si non correctis nec ad se conuersis ad tempus esse uoluerit inpunitum.

7 Praescribit nobis quodam modo prudentia tua de persona

7—9 = p. 426, 8—10

1 flore, *corr.* flora *K* digna mater] dignater, *corr. m. 1* dignanter *F* 2 ludis caenici tam *M* (*uirgulis corr.*) *P* (*m. 2 corr.*) ludis caeni citam *F* licentiore *ras. ex* lucentiore *F* turpitudine *R edd.* 3 sit daemonium *R* 5 multos caelestius *MP* (*m. 2 corr.*) 6 inerat *A* 7 haec ergo dixi *R* 10 dñi *an* dm̃ *incertum M* 11 uidebis florentem *R* 13 generationes *K* 15 interminata P *edd. praeter m* 16 christianā (*postr. l. ex corr. m. ut uid. 1*) *M* 20 qua immoderate *R* 21 aliud deo *R* 22 hoc iudicanti *R* acriori *R* 23 irascentis *MF* si non concorrectis *A* 25 praescripsit enim nobis *R*

episcopali et dicis patriam tuam non leui populi sui errato prolapsam. 'quod quidem si iuris publici rigore metiamur, debet plecti seueriore censura; sed episcopum', inquis, 'fas non est nisi salutem hominibus impertire et pro statu meliore causis adesse et apud omnipotentem deum ueniam aliorum mereri delictis'. hoc omnino seruare conamur, ut seueriore censura nemo plectatur neque a nobis neque ab alio ullo intercedentibus nobis, et salutem hominibus cupimus impertire, quae posita est in recte uiuendi felicitate, non in male faciendi securitate. ueniam quoque non tantum nostris uerum et aliorum instamus delictis mereri, quod impetrare nisi pro correctis omnino non possumus. adiungis etiam et dicis: 'Quanta possum supplicatione deposco, ut, si defendenda res est, innoxius defendatur, ab innocentibus molestia separetur'.

8 Accipe breuiter, quae commissa sint, et noxios ab innocentibus ipse discerne. contra recentissimas leges Kalendis Iuniis festo paganorum sacrilega sollemnitas agitata est nemine prohibente tam insolenti ausu, ut, quod nec Iuliani temporibus factum est, petulantissima turba saltantium in eodem prorsus uico ante fores transiret ecclesiae. quam rem inlicitissimam atque indignissimam clericis prohibere temptantibus ecclesia lapidata est. deinde post dies ferme octo, cum leges notissimas episcopus ordini replicasset et dum ea, quae iussa sunt, uelut implere disponunt, iterum ecclesia lapidata est. postridie nostris ad inponendum perditis metum, quod uide-

1—6 = p. 426, 14—427, 1 13—15 = p. 427, 2—3

1 dices *A* 2 si iuris] siuris *M* si uiris *P* 4 impertiri *R* 5 deum omnipotentem *R* 6 delictis* *M* saeueriora *M* 7 neque a nobis *om.* *A* ullo] aliquo *R* 8 impertiri *R* 11 mereri delictis *R* 12 adiungis (is *ex corr. m. 1*) *M* 13 defen | da, *m. 2* defen | denda *P* 14 innoxios *K* 16 sunt *R* 17 ipse *in fine u. om.* *A* kalendas iunias *P* 18 festa *M* 19 insolenti* (a *eras.*) usu *P* 23 deinde] denique *R* 24 notissimā *K* ordini, *corr. m. 1* ordine *M* 25 ueluti *MAK* 26 post tridie *MFPK* postera die *AR* proditis *R*

batur, apud acta dicere uolentibus publica iura negata sunt eodemque ipso die, ne uel diuinitus terrerentur, grando lapidationibus reddita est, qua transacta continuo tertiam lapidationem et postremo ignes ecclesiasticis tectis atque hominibus intulerunt, unum seruorum dei, qui oberrans occurrere potuit, occiderunt ceteris partim, ubi potuerant, latitantibus partim, qua potuerant, fugientibus, cum interea contrusus atque coartatus quodam loco se occultaret episcopus, ubi se ad mortem quaerentium uoces audiebat sibique increpantium, quod eo non inuento gratis tantum perpetrassent scelus. gesta sunt haec ab hora ferme decima usque ad noctis partem non minimam. nemo compescere, nemo subuenire temptauit illorum, quorum esse grauis posset auctoritas, praeter unum peregrinum, per quem et plurimi serui dei de manibus interficere conantium liberati sunt et multa extorta praedantibus. per quem clarum factum est, quam facile illa uel omnino non fierent uel coepta desisterent, si ciues maximeque primates ea fieri perficique uetuissent.

9 Proinde in uniuersa illa ciuitate non innocentes a nocentibus sed minus nocentes a nocentioribus poteris fortasse discernere. nam in paruo peccato illi sunt, qui metu deterriti maximeque, ne offenderent eos, quos in illo oppido plurimum posse et inimicos ecclesiae nouerant, opem ferre non ausi sunt; scelerati autem omnes, quibus etsi non facientibus neque inmittentibus tamen uolentibus ista commissa sunt; sceleratiores, qui commiserunt; sceleratissimi, qui inmiserunt. sed de inmissione suspicionem putemus esse, non ueritatem nec ea discutiamus, quae nisi tormentis eorum, per quos inquiruntur,

2 ne] ut *flrm* terrenentur, *corr. m. 1* terrerentur *M* 3 qua* (*fuit* m) *R* 4 ignis, *m. 2* ignes *P* 6 poterant *R* 7 latantibus, *m. 2* latitantibus *P* quo *edd. praeter m* poterant *R* 8 construsus *E* occutaret *E* 9 uoces quaerentium *R* 11 ferme ab hora *R* 12 compescere nemo *om., m. 2 add. K* 13 grauis esse *R* 15 libertati sunt *E* 17 illa] omnia illa *R* cepta *A* incepta *R* 18 priuates, *corr. m. 1* primates *P* 19 ciuitate illa *R* ab nocentibus *E* ab innocentibus *R* 21 peccati *FA* 25 ista nolentibus *R* 27 ea *om. MA*

inueniri omnino non possunt. demus etiam ueniam timori eorum, qui potius deum pro episcopo et seruis eius deprecandum quam potentes inimicos ecclesiae offendendos esse putauerunt. quid eos, qui restant, nullane censes disciplina cohercendos et proponendum aestimas inpunitum tam immanis furoris exemplum? non praeterita uindicando pascere iram nostram studemus, sed misericorditer in futurum consulendo satagimus. habent homines mali, ubi et per Christianos non solum mansuete uerum etiam utiliter salubriterque plectantur: habent enim, quod corpore incolumi uiuunt, habent, unde uiuunt, habent, unde male uiuunt. duo prima salua sint, ut, quos paeniteat, sint; hoc optamus, hoc, quantum in nobis est, etiam inpensa opera instamus. tertium uero si deus uoluerit tamquam putre noxiumque resecari, ualde misericorditer puniet: si autem uel amplius uoluerit uel ne hoc quidem permiserit, altioris et profecto iustioris consilii ratio penes ipsum est; a nobis curam officiumque oportet inpendi, quousque uidere conceditur. deprecantibus eum, ut animum nostrum adprobet, quo cunctis uolumus esse consultum, nihilque fieri sinat per nos, quod et nobis et ecclesiae suae non expedire longe melius nouit ipse quam nos.

10 Modo cum apud Calamam essemus, ut nostri in tam graui dolore uel consolarentur afflicti uel sedarentur accensi, quantum potuimus, quod in tempore oportuisse existimauimus, cum Christianis egimus. deinde ipsos etiam paganos, mali tanti caput et causam, petentes, ut ab eis uideremur, admisi-

6—15 = ep. CIV, 5 p. in.

3 ostendendos *A* offerendos *E* 5 coherendos *FA* existimas *E* *edd. praeter a* immani *R* 6 non peccata preterita *R* parcere *F* 7 consulendos *K* 8 habent igitur homines *R* per *om. P* 10 incolum, *m. 1 corr.* incolumi *P* 11 uiuunt habent unde *om. K* unde *om., m. 1 s. u. add. E* 12 aptamus *M* in quantum nobis *E* 14 noxium (*om.* que) *MFAR; cf. ep. CIV, 5 med.* 18 conditur, *corr. m. 1* conceditur *F* animā nr̄m (m *in ras. m. 1*) *M* 20 et *ante* ecclesiae *om. FA* 21 ipse nouit *R* 22 calaman *E* 23 sederentur *M* 25 etiam ipsos *PR edd.* 26 ut *om. A* amisimus *MR*

mus, ut hac occasione admoneremus eos, quid facere deberent. si saperent, non tantum pro remouenda praesenti sollicitudine uerum etiam pro inquirenda salute perpetua. multa a nobis audierunt, multum etiam ipsi rogauerunt; sed absit, ut tales serui simus, quos ab eis rogari delectet, a quibus noster dominus non rogatur. unde peruides pro uiuacitate mentis tuae ad hoc esse nitendum seruata mansuetudine et moderatione Christiana, ut aut ceteros deterreamus eorum imitari peruersitatem aut ceteros optemus eorum imitari correctionem. damna, quae inlata sunt, uel tolerantur a Christianis uel resarciuntur per Christianos. animarum nos lucra, quibus adquirendis cum periculo etiam sanguinis inhiamus, et in loco illo quaestuosius prouenire et aliis locis illo exemplo non impediri desideramus. dei misericordia nobis praestet de tua salute gaudere.

2 sollicitudinē *A* 3 multa enim audierunt a nobis *M* 5 dominus noster *R* 6 unde uero peruides *R* uiua ciuitate *A* 7 hoc *om.* *F* seruatā *A* 8 ut aut] aut ut *R* ut (*om.* aut) *K* 9 eorum optemus *R* 10 a *om.*, *m. 1 add.* *F* 11 animarum ergo nos *R* 13 questuosias. *corr. m. 1* questuosius *A* quae studiosius *M* 14 praestet et de *K* 15 gaudere] gaudere per deum *R*

# XCII.

DOMINAE EXIMIAE ET MERITO PRAESTANTISSIMAE ATQUE IN CHRISTI CARITATE HONORANDAE FILIAE ITALICAE AUGUSTINUS EPISCOPUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Non solum litteris tuis uerum etiam ipso referente, qui pertulit, comperi multum te flagitare litteras meas credentem, quod ex eis consolationem habere plurimam possis. tu itaque uideris, quid exinde capias, ego tamen eas negare uel differre non debui. consoletur te autem fides et spes tua et ipsa caritas, quae diffunditur in cordibus piorum per spiritum sanctum, cuius nunc aliquid pro pignore accepimus, ut ipsam plenitudinem desiderare nouerimus. non enim te desolatam putare debes, cum in interiore homine habeas praesentem Christum per fidem in corde tuo, aut sic te contristari

10 Rom. 5, 5 11 II Cor. 1, 22; 5, 5 13 Eph. 3, 16—17 14 I Thess. 4, 12

*P* = *cod. Parisinus 12193 s. IX.*
$P^1$ = *cod. Parisinus 12226 s. IX.*
*S* = *cod. Sangallensis 174 s. IX.*
*V* = *cod. Vaticanus 3834 s. IX—X.*
$P^2$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*H* = *cod. Palatinus 211 s. X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
$P^3$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
$P^4$ = *cod. Parisinus 1958 s. XI.*
*K* = *cod. Casinensis* $232^1$ *s. XII.*

*Inscriptio om., in marg. m. 1 add. P* 3 christi *ras. ex* christo *M* christo *A* 4 salute $P^4$ 7 quos, *corr. m. 1* quod *S* 8 quod $PP^1$ (*m. 2* quid) *S* (*corr. m. 1* quid) $P^4$ cupias, *m. 2* capias $P^1S$ es, *m. 2* eas *S* differre] dubitare $PP^1$ (*m. 2 supra* differre) $SVP^2P^4$ 9 debuit, *m. 2 del.* t *K* consolatur, *m. 2* consoletur $P^1S$ consolatur $PVP^4$ autem te *A add.* te illa $PP^1$ (*m. 2* te autem) $SVP^2P^4$ 11 pro amorē *V* per amorem $PP^1$ (*m. 2* pro pignore) $SP^2P^4$ accipimus $PP^1SVP^2P^4$ 12 desidare *K* te *s. u. m. 2 K* 13 debeas (a *exp.*) $P^1P^4$ debeas *PS* (*m. 2 del.* a) *V* (a *eras.*) $P^2$ in *om.* $P^1$ (*m. 1? add.*) *S* (*m. 1 add.*) $P^4$ in *om., m. 2 add. PM*

oportet quem ad modum gentes, quae spem non habent, cum ueracissima promissione speremus nos in hac uita, unde migraturi quosdam nostros migrantes non amisimus, sed praemisimus, ad eam uitam esse uenturos, ubi nobis erunt quanto notiores tanto utique cariores et sine timore ullius discessionis amabiles.

2 Hic autem etsi tuus coniux, cuius abscessu uidua diceris, tibi notissimus erat, notior tamen erat sibi quam tibi. et unde hoc, cum tu eius corporalem faciem uideres, quam ipse utique non uidebat, nisi quia notitia nostri certior intus est, ubi nemo scit, quae sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? sed cum uenerit dominus et inluminauerit abscondita tenebrarum et manifestauerit cogitationes cordis, tunc nihil latebit proximum in proximo nec erit, quod suis quisque aperiat, abscondat alienis, ubi nullus erit alienus. lux uero ipsa, qua inluminabuntur haec omnia, quae modo in cordibus reconduntur, qualis aut quanta sit, quis lingua proferat, quis saltem infirma mente contingat? profecto lux illa ipse deus est, quoniam deus lux est et tenebrae in eo non sunt ullae, sed lux mentium purgatarum, non istorum corporis

11 I Cor. 2, 11    12 I Cor. 4, 5    20 I Ioh. 1, 5

2 in, *m. 2* de $P^1$ de *flrm*   3 migraturi (*postr. l. in ras. m. 1*) $P^1$ migratori *A*   migrantes *om.* $PP^1$ (*add. m. 2*) $SVP^4$ migrantes ·ı (*ras. 3 fere l.*) ' $P^2$   5 kariores (res *s. u. m. 2*) *K*   illius *P* ullis, *m. 2* ullius *K*   6 dissessionis *P*   7 coniux tuus *edd.*   cessu, *m. 2* abcessu *K*   8 sibi tamen notior erat *edd.*   9 corporale, *m. 2* corporalē $P^2$   11 sit, *m. 2* scit *K*   homines, *m. 2* hominis $P^1$   13 abscondita] et abscondita, *sed* et *del.* *K*   15 quisque, *m. 2* quisquam *S* q>, *sed m. 2 del.* *K*   aperiatur $P^1$ (ur *exp. m. 2*) *S* (*m. 2* aperiat et)   abscondat (at *in ras. m. ut uid. 1*) $P^4$   16 qui, *corr. m. 1* qua *S*   17 que* (m *eras.*), *m. 2* quę* $P^2$   in cordibus *om.* $P^2$   absconduntur $P^2$   18 aut** (*fuit* em) $P^4$   lingua *bis* *A*   19 infirma] humana $PP^1SVP^4$   contigat, *m. 2* contingat $P^2$   lux · (*ras. 3—4 l.*) *M*   ipse est deus $PP^2$ ipse (e *ex corr. m. fortasse 1*) est deus $P^4$ ipsa est deus $P^1$ (*corr.* ipse est deus) *SV* deus est ipse $P^3$ deus ipse est *edd.*   20 non *om.* *A*

oculorum. erit ergo tunc mens idonea, quae illam lucem uideat, quod nunc nondum est.

3 Hoc autem oculus corporis neque nunc potest neque tunc poterit. omne quippe, quod oculis corporis conspici potest, in loco aliquo sit necesse est nec ubique sit totum, sed minore sui parte minorem locum occupet et maiore maiorem. non ita est deus inuisibilis et incorruptibilis, qui solus habet inmortalitatem et lucem habitat inaccessibilem, quem nemo hominum uidit nec uidere potest. per hoc enim uideri ab homine non potest, per quod uidet homo corpore corpora. nam si et mentibus piorum esset inaccessibilis, non diceretur: Accedite ad eum et inluminamini, et si mentibus piorum esset inuisibilis, non diceretur: Videbimus eum, sicuti est. nam perspice totam ipsam in epistula Iohannis sententiam: Dilectissimi, inquit, filii dei sumus et nondum apparuit, quod erimus. scimus, quia, cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum, sicuti est. in tantum ergo uidebimus, in quantum similes erimus, quia et nunc in tantum non uidemus, in quantum dissimiles sumus.

7 I Tim. 6, 16 12 Ps. 33, 6 14 I Ioh. 3, 2

1 tunc idonea mens in eam quae $PP^1$ (in eam *del. m. 2*) $SVP^4$ 2 nundus, *eras.* s *m. 2* nondū $P^1$ 3 oculus] oculis *V* oculus uidere $P^3K$ *edd.* 4 poterit] poterit uidere $PP^1SVP^4$ oculo $PP^1VP^4$ 5 aliq• $P^3$ est] sit, *m. 2* est $P^2$ 6 minore, *m. 2* minori *P* maiore, *m. 2* maiori *P* 7 deus *om. MA* 9 hominem, *corr. m. 1* hominum *M* uidere, *m. 2* uideri $P^2$ uideri $P^1$ 10 per hoc—potest *om. K* 11 corpore (*s. u. m. 1 add.* us) corpora $P^1$ corporea corpora *A* corpore corporea *K* et si *edd.* 12 esse, *m. 2* esset *V* 13 inlumini, *m. 3* inluminamini *V* esset *ex corr. m. 2, fuisse uid.* esse *P* 14 eum *om., m. 2 add.* $P^3$ perfice *P* 15 ipsam *om.* $P^2$ 16 quod, *m. 2* quid *S* quid $P^2MA$ *edd. sec. Vulg.* (*Gr.* τί) 17 scimus, *m. 2* scimus autem *S* quia *om.* $P^3$ ei *om.* $P^2$ illi $PP^1SVP^4$; *Vulg.* ei, *Gr.* αὐτῷ 19 ego, *corr.* (*m. 1?*) ergo $P^1$ in *om.* $P^2$ [illegible]similes, *fuisse uid.* dissimiles *P* similis, *corr.* similes *H* similes ei *edd.* 20 non] ergo, *m. 2* non *H* uidebimus *P* (bi *eras.*) $P^1$ (bi *exp.*) *H* (bi *del. m. 2*) *M* (bi *eras.*) demus, *m. 2* uidemus *A*

inde igitur uidebimus, ubi similes erimus. quis autem dementissimus dixerit corpore nos uel esse uel futuros esse similes deo? in interiore igitur homine ista similitudo est, qui renouatur in agnitione dei secundum imaginem eius, qui creauit eum. et tanto efficimur similiores illi, quanto magis in eius cognitione et caritate proficimus, quia, etsi exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem ita sane, ut in hac uita, quantuscumque prouectus sit, longe absit ab illa perfectione similitudinis, quae idonea erit ad uidendum deum, sicut dicit apostolus, facie ad faciem. in quibus certe uerbis si corporalem faciem uoluerimus accipere, consequens erit, ut etiam deus talem habeat faciem et sit aliquod interuallum inter nostram et ipsius, cum eum uidebimus facie ad faciem, et si interuallum, utique finis et membrorum habitus terminatus et cetera absurda dictuque et cogitatu impia,

4 Col. 3, 10 7 II Cor. 4, 16 11 I Cor. 13, 12

1 indē, *corr.* inde *K* uidemus *A* ubi] unde *$PP^1SVP^4$* *edd.* simililes (li *del.*) *$P^1$* 3 interiore, *m. 2* interiori *P* igitur *m. 2 s. u. K* itaque *$PP^1SVP^2P^4$* ita, *corr.* (*m. 2 ?*) ista *H* 4 qui | quem, *m. 2* quae *S* quae *$PP^1P^2P^4$* in agnitionem *edd. sec. Vulg.* (*Gr.* εἰς ἐπίγνωσιν) iginem, *corr. m. 1* imaginem *M* 5 illum *edd.* tanta, *corr. m. 1* tanto *$P^1$* simeliores, *ras.* similiores *P* 6 cognitionē (~ *m. ut uid. 2*) *P* et caritate *om.* *$PP^1$* (*add. m. 2*) *$SVP^4$* 7 etsi** (*fuit* et) *$P^2$* homo—interior *om.*, *m. 2 in marg. add. H* 8 sa**ne (*ras. 1—2 l.*) *$P^3$* 9 quantuscumque (s *in ras. m. ut uid. 1; fuitne* m ?) *$P^2$* quantum cumque *K* longe sit absit *$PP^4$* profectione, *m. 2* prouectione *M* prouectione *A* 10 similis *A* dñi, *m. 2* dm̄ *S* 11 dicit *om. P* facie] facie* (m *eras.*) *P* faciē *$P^1$* uerbis certe *edd.* 13 ut (u *ex corr. m. 2*) *M* habeat (ea *ex ras. et corr. m. 2; fuerant 3 l.*) *M* et] ut *$PP^1SP^4$* si, *corr. m. ut uid. 1* sit *$P^4$* si, *m. 2* sit *$P^1S$* 14 ipsis, *m. 2* ipsius *K* facie] facie* (m *eras.*) *P* faciē *$P^4$* 15 interuall*um (i *eras.*) *$P^2$* finis] et finis *$P^2$* fines, *m. 2* finis *$PP^1$* fines *$SVP^4$* habitu *P* 16 terminatus] et terminatus *$P^4$* et termius, *corr. m. 1* et terminus *S* et terminus *$P^1$* (*cum parua ras. super* nu) *V* absurda *postr. l. per ras.* (*ex* os ?) *H*

quibus animalis homo non percipiens, quae sunt spiritus dei, fallacissimis uanitatibus luditur.

4 Dicunt enim quidam eorum, qui talia garriunt, sicut ad me potuit peruenire, nos deum uidere nunc mente tunc corpore, ita ut etiam impios eum pari modo adseuerent esse uisuros. uide, quantum in peius profecerint, dum sine limite timoris uel pudoris hac atque hac uagabunda fertur inpunita loquacitas. antea dicebant carni suae tantum hoc praestitisse Christum, ut corporeis oculis uideret deum; deinde addiderunt etiam omnes sanctos receptis in resurrectione corporibus eodem modo deum esse uisuros; nunc iam istam possibilitatem etiam impiis donauerunt. donent sane, quantum uolunt et quibus uolunt; nam quis audeat contra dicere hominibus de suo donantibus? qui enim loquitur mendacium, de suo loquitur. tu autem cum his, qui sanam doctrinam tenent, nihil istorum audeas usurpare de tuo; sed cum legis: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt, intellege impios non uisuros; neque enim beati et mundi

1 I Cor. 2, 14  14 Ioh. 8, 44  17 Matth. 5, 8

1 sint *V*  2 dI (I *m. 2 inducta aut corr.*) *P*  luditur, *m. 2* inluditur *H* inluditur *V* illuditur $PSP^4$ includitur (c *eras.*) $P^1$  3 ad *om. H*  4 peruenire, *corr.* (*m. 1?*) prouenire *H*  nos (n *in ras. m. 2*) *M*  mente *om. H* mentem, *corr.* mente *K*  corpora, *m. 2* corpore *H*  5 *ut *M* aut $P^1$ (a *exp.*) *S* (*m. 2* ut)  adseuerent (rent *in ras. m. 2*) esse *M* asseuerantes se, *m. 2* asseuerent esse $P^1S$ adseuerant esse $AP^4$ (*corr. m. ut uid. 1* asseuerent esse)  6 [illegible] quantum (*ras. 1—2 l.; fuitne* in?) $P^3$ impeius $P^2M$ (*ras. ex* impetus *ut uid.*) peius *S* (*corr. m. 1* in peius) $P^4$ peius, *m. 2* in peius $P^1P^3$ p*eius *P*  7 timoris *ras. ex* tumoris *P* haec atque hac *H* huc atque hac *K* hac atque illac $PP^1$ *edd.*  ugabunda, *m. 2* uagabunda *P*  impunita (a *ex corr.*) $P^1$  8 ante *K*  decebant *P*  carni* (s *eras.*) $P^2P^3$ carni* *V* carnis $P^1$  10 receptos, *corr.* receptis *K*  resurrectionē $PP^4$  11 usuras, *m. 2* uisuros *H*  14 donantibus (s *m. 2 pro* m *aut* nt) $P^1$ do**nantibus (mi *eras.*) $P^2$ loquitur | loquitur (*bis, alterum eras.*) *P*  15 tu* *P*  16 uideas $PP^4$ cum *om., m. 1 add. M*  17 mundi corde *HA* mundo (*corr. m. 1* mundi) cordes $P^2$; *Gr.* οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ  18 intellegi, *m. 2* intellige *P*  et *om.* $PP^1SVP^1K$  mundi cordes *Hf* mundo corde $PP^1SVMP^4$ *a e*

corde sunt impii. item cum legis: Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem, intellege inde nos tunc uisuros facie ad faciem, unde nunc uidemus per speculum in aenigmate. hoc autem utrumque interioris hominis munus est, siue cum in ista peregrinatione adhuc per fidem ambulatur, in qua utitur speculo et aenigmate, siue in illa patria, cum per speciem contemplabitur, pro qua uisione positum est 'facie ad faciem'.

5 Audiat caro carnalibus cogitationibus ebria: Spiritus est deus et ideo, qui adorant deum, in spiritu et ueritate oportet adorare. si adorare, quanto magis uidere! quis enim audeat adfirmare dei substantiam corporaliter uideri, cum eam noluerit corporaliter adorari? sed argute sibi uidentur dicere et quasi interrogando premere: 'Potuit Christus praestare carni suae, ut oculis corporeis uideret patrem, an non potuit?' ut, si non potuisse responderimus, omnipotentiae dei

1 I Cor. 13, 12    10—11 = ep. CXLVII, 42 s. fin.    10 Ioh. 4, 24

1 uide mus (*ras. 1—2 l.*) *P* uide*mus *V* uidebimus $P^1$ (bi *exp. m. 2*) *S* (*m. 2? del.* bi)  2 in, *m. 2* et in *S*  facie] facie* *P* faciē $P^4$  3 intellege inde nos uisuros facie ad faciem unde nunc per speculum in enigmate (*m. 2 post* nunc *add.* uidemus) *H* unde nunc uidemus per speculum in enigmate (*cett. om.*) *K* unde nunc uidebimus facie ad faciem $P^1$ (*m. 2 ante* unde *add.* intellege quia *et post* nunc *add.* uidemus per speculum inde tunc) *V* (*post* nunc *s. u. m. 1* uidemus per speculum in enigmate intellege quia inde tunc) *S* (*post* nunc *m. 2 add.* uidemus per speculum et in enigmate inde tunc) unde nunc uidemus per speculum in enigmate inde tunc uidebimus faciem ad faciem *P* (*ras.* facie ad faciem) $P^4$  4 uidemus nunc $P^3$ *edd.*  5 in *om.*, *m. 2 add.* *M*  6 peregratione, *m. 2* peregrinatione *P*  ambulat $PP^1SVP^2P^4$  8 pro* *K*  facie] facie* (m *eras.*) *P*  10 ebria cogitationibus *edd.*  11 et cum ideo $P^2$  12 adorare oportet $PP^1SVP^4$  13 quid, *corr. m. 1* quis *H*  14 eam (a *ex corr. m. 2*) *P* eum $P^4$ ea, *m. 2* eam $P^2$  corporaliter noluit $PP^1SVP^4$  15 pmere, *m. 2* p̄mere $P^1$ promere $PSVAP^4$  christus praestare carni* (s *eras.*) suae $P^3$ praestare christus carni suae *PV* (*post* carni *ras. 1 l.*) $P^4$ praestare christus carnis suae $P^1$ (s *exp.* carni) *S* (s *m. 1 del.* carni) Christus carni suae praestare *edd.*  16 uiderit *MA*  17 ut] aut *A*

nos derogasse proclament; si autem potuisse concesserimus, argumentationem suam ex nostra responsione concludant. quanto iam tolerabilius desipiunt, qui carnem adserunt conuersum iri in substantiam dei et hoc futuram esse, quod deus est, ut sic eam saltem deo uidendo faciant idoneam non tanta diuersitate dissimilem. quam uanitatem credo istos abigere a fide sua, fortasse et ab auribus. et tamen si interrogatione de hoc similiter urgeantur, possitne hoc deus, an non possit efficere, utrum eius potestati detrahent, si non posse responderint, an hoc futurum fatebuntur, si posse concesserint? quo modo ergo exierint de hoc alieno laqueo, sic exeant de suo. deinde cur solis oculis corporis Christi hoc donum adtributum esse contendunt, non etiam ceteris sensibus? sonus ergo erit deus, ut possit eius etiam auribus percipi? et halitus erit, ut sentiri possit eius olfactu? et liquor aliquis erit, ut possit et bibi? et moles erit, ut possit

1 consenserimus $P^1SVP^2P^4$ consense ... (*ras.* *2—3 l.*) mus *P* 2 c̄cludant (cl *m. 1 in ras. paulo maiore;* l *exp.*) *M* 3 tolerabilis *K* conuersuri $P^2$ (*corr. m. ut uid. 1* conuersum iri) *K* emersuri $PP^1$ (*m. 2* conuersum iri) *S* (*m. 2* emersuram) $P^4$ emersuram *V* 4 in substantia *K* futuram (a *ex* u *m. ut uid. 1*) $P^2$ futura *K* futurum, *m. 2* futuram $P^1S$ futurum $PP^4$ 5 eum salutem, *m. 2* eam saltem $P^1S$ uidendo deo *edd.* faciat, *m. 2* faciant *H* 6 non] nunc *m* tanta] tam *A* uanitate *A* 7 istos, *m. 2* iustos *S* a *om. M* (*add. m. 2*) *A* auribus (r *ex ras. et corr. m. 1; fuitne* s*?*) *M* 8 argueantur $P^1$ (*m. 2* urgueantur) *S* (e *del.; m. 2 supra* urgeantur) arguantur *V* deus hoc *edd.* 9 efficere possit *edd.* detrahant *P* detrahunt $P^1SVP^4$ (*corr. m. fortasse 1* detrahant) 11 consenserint $PP^1SVP^4$ quo modo ergo exierint *om.* $P^1$ (*add. m. 2*) *S* (*in marg. m. 1* quo modo ergo exierunt) *V* (*m. 1 add.* sicut) quo modo ergo exierunt *H* quo modo exierint *P* quo modo exirint $P^4$ quo modo ergo exirent *l r m* laqueo alieno *edd.* 12 oculis *om.* $P^2$ corporis *exp.*, *supra m. 2* oculis $P^2$ corporeis *edd.* 13 esse] est $P^2$ non (no *in ras. m. 2*) *M* nam *P* 14 eius *om.* $PP^1SHP^4$ *lrm* 15 alitus $PP^1SVP^2HP^3P^4K$ altius, *corr. m. 1* alitus *M* erit] eius *A* sentiri possit eius olfactū *M* (∼ *eras.*) *A* possit eius olfactus sentiri $PP^1SP^2P^4$ possit olfactu sentiri *V* sentiri possit olfactu *l r m* 16 possibit et bibi *M* molles, *corr.* mollis, *ras.* moles $P^2$

et tangi? 'non', inquiunt. quid ergo? an illud potest deus et hoc non potest? si non posse dixerint, cur derogant omnipotentiae dei? si posse et nolle responderint, cur solis oculis fauent, inuident autem ceteris sensibus corporis Christi? an, quousque uolunt, desipiunt? quanto nos melius, qui non eorum insipientiae terminos figimus, sed, ut desipiant prorsus, nolumus!

6 Multa proferri possunt ad istam dementiam refutandam. sed si aliquando inruerint auribus tuis, haec eis interim lege et, quid respondeant, non te pigeat rescribere, ut potes. ad hoc enim fide corda nostra mundantur, quia nobis fidei merces uisio dei promittitur. quae si per corporis oculos erit, frustra ad eam percipiendam sanctorum animus exercetur, immo uero tam peruerse sentiens animus non exercetur in se, sed totus in carne est. ubi enim tenacius habitabit et fixius, nisi unde se deum uisurum esse praesumit? quod certe quantum malum sit, intellegentiae potius dimitto tuae, quam longo sermone molior explicare. in protectione domini semper habitet cor tuum, domina eximia et merito praestantissima

11 Act. 15, 9

1 et *om.* $P^2$ *post* deus *ras. 13 l.* *K* 2 derogant—cur *om.* *P* 3 et *om.*, *m. 2 add.* $P^1S$ et *om.* $P^4$ 4 sensibus] membris *K* 5 nos *om.* $PP^4$ 6 figimus *ras. ex* fugimus $P^2$ desipiat, *corr. m. 1* desipiant *H* 8 proferre, *corr.* proferri *H* 9 si *om.*, *m. 2 add.* $P^1K$ inruerunt in auribus tuis *K* interim eis $P^3$ *edd.* eius, *m. 2* eis *K* inter, *corr. m. 1* interim *K* lege] responde $PP^1$ (*m. 2* lege) $SVP^4$ 10 quod $P^1SV$ respondeas $PP^1$ (*m. 2* respondeant) $SVP^4$ pigeat te *edd.* 11 enim *bis* *A* corde nostra *H* nostra corda $PP^1SVP^4$ 12 uiso *K* per corporis oculis $P^2$ (*corr. m. 1* oculos) *HM* (*m. 2* oculos) per oculos corporis $P^1SV$ per oculos corporeos $PP^4$ 13 eum, *m. 2* eam $P^2$ animas, *corr. m. 1* animus *H* *post* exercetur *unius uersiculi ras.* *P* 14 peruersa $PP^4$ ** non *V* ut non $P^1$ (ut *del. m. 2*) *S* (*m. 2* utique *pro* ut) utrum non $PP^4$ in se exercetur *edd.* excetur $P^4$ 15 habitabit et fixus *A* et fixius habitabit $P^1SVP^2$ et fixius habitauit $PP^4$ 16 se deum] se*d̄m (c *eras.*) *P* scd̄m *A* praesumit, *m. 2* praesumite *P* 18 longe, *m. 2* longo *P* longa, *m. 2* longo $P^1$ melior, *m. 2* molior $PP^1$ melior, *m. 2* moliar *S* meliore *MA* in protectione—resaluto *om.* $HMAP^3K$

atque in Christi caritate honoranda filia. honorabiles tecum nobisque in domino dilectissimos filios tuos debito meritis uestris officio resaluto.

## XCII A.

DOMINO MERITO SINCERISSIMO ET SANCTO FRATRI ET CONPRESBYTERO CYPRIANO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

Benedictae filiae nostrae Italicae litteras misi. quas ad eam peto ipse perferre digneris, in quibus aliquid dixi contra eorum opinionem, qui nihil de deo sperare possunt, nisi quod de corporibus sentiunt, quam*quam* esse corpus deo non audeant dicere. alio tamen modo prorsus hoc dicunt, cum adserunt uideri posse oculis corporis, quos non creauit nisi ad corpora contuenda. uerum isti nec quid sit corpus mihi uidentur scire nec quantum a corpore spiritus est deus. ex occasione ergo, qua eam utcumque consolandam putaui, nolui praetermittere, ubi nostrum omnium peregrinationis uera consolatio constituta est. quid autem contra dicant, qui illud sentiunt, quod paucis refutare temptauimus, sanctitas tua mihi rescribere non grauetur, si forte illius uerecundiam piguerit istum ueluti conflictum quamuis ex aliena praesumptione suscipere, aut certe id efficiat caritas tua, ut illi, qui hoc sentiunt et ea passim spargere atque conculcare non desinunt, mihi rescribant ad ista, quae scripsi, ut cum eis deinceps agatur, quod de hac re agi oportere sancta prudentia tua peruidet mecum. non enim gratis anima rationalis talibus pasta phantasmatis intercluditur et penitus obturatur, ne percipiat summum illud et incommutabile bonum, si spes

1 in *om. edd.; cf. p. 436, 2* honorabiles—resaluto *om.* *PP*[1]*SVP*[1], *habet igitur unus P*[2] 3 resaluta *edd.*

*Epistula XCIIA in uno codice Cheltenhamensi 2173 (E) inuenta nunc primum est edita.*

10 quam *E; emendaui* quamquam 12 uidere *E; correxi* uideri 13 ne, *m. 2* nec *E* 15 hoccasione (h *eras.*) *E* 18 pacis, *m. 2* paucis *E* 20 pigueritis tum *E* 24 oportet *E; scripsi* oportere 26 phantasmatas, *corr.* (*m. 2?*) phantasmatis *E*

eius in eo defigitur, ut id se praesumat ............... ago autem gratias dilectioni tuae, quod mihi ea, quae poposci, legenda misisti.

## XCIII.

DILECTISSIMO FRATRI VINCENTIO AUGUSTINUS.

I 1 Accepi epistulam, quam tuam esse non mihi incredibile uisum est; adtulit enim eam, quem catholicum Christianum esse constaret, qui, ut opinor, mihi mentiri audere non posset. sed etsi forte non sunt litterae tuae, ego ei, qui scripsit, rescribendum putaui nunc me potius quietis esse auidum et petentem quam tunc, cum me adulescentem uiuo adhuc Rogato, cui successisti, apud Carthaginem noueras. sed Donatistae nimium inquieti sunt, quos per ordinatas a deo potestates cohiberi atque corrigi non mihi uidetur inutile. nam de multorum iam correctione gaudemus, qui tam ueraciter unitatem catholicam tenent atque defendunt et a pristino errore se liberatos esse laetantur, ut eos cum magna gratulatione miremur. qui tamen nescio qua ui consuetudinis nullo

1 *lacunam significaui* 3 Explicit ad cyprianum presbyterum *E*

*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, S. 9 s. X—XI.*
*C* = *cod. Casinensis 16*[19] *s. XI.*
*P* = *cod. Parisinus nou. acq 1444 s. XI.*
*N* = *cod. Atrebatensis 949 (339) s. XI; desunt:*
*p. 445, 5 — 456, 17* etiam;
*p. 466, 3* aperuit — *469, 14* quanto;
*p. 476, 16* testimonia — *479, 25;*
*p. 492, 21* tamquam — *496, 8*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*
*L* = *cod. Marcianus 637 s. XII.*

5 *Inscriptionem om. L* Augustinus] augustinus in domino salutem *R* 6 accipe *A* mihi non *l r m* 8 audere non posset] non auderet *L edd.* 12 apud] et apud *L* 14 cohiberi (*postr. l. m. 1 in ras. 6 l.*) *M* mihi non *edd.* 17 ut magna | eos, *corr. m. 1* ut cum magna eos *M* 18 •ullo *M*

modo mutari in melius cogitarent, nisi hoc terrore perculsi sollicitam mentem ad considerationem ueritatis intenderent, ne forte, si non pro iustitia sed pro peruersitate et praesumptione hominum ipsas temporales molestias infructuosa et uana tolerantia paterentur, apud deum postea non inuenirent nisi debitas poenas impiorum, qui eius tam lenem admonitionem et paterna flagella contempserint, ac sic ista cogitatione dociles facti non in calumniis et fabulis humanis sed in diuinis libris promissam per omnes gentes inuenirent ecclesiam, quam suis oculis reddi conspicerent, in quibus et Christum praenuntiatum etiam non uisum super caelos esse minime dubitarent. num quidnam ego istorum saluti inuidere debebam, ut collegas meos ab huius modi paterna diligentia reuocarem, per quam factum est, ut multos uideamus accusare suam pristinam caecitatem? qui cum super caelos exaltatum Christum etiam non uidentes credebant, gloriam tamen eius super omnem terram etiam uidentes negabant, cum propheta utrumque una sententia tanta manifestatione complexus sit dicens: Exaltare super caelos, deus, et super omnem terram gloria tua.

2 Istos ergo atroces quondam inimicos nostros pacem et quietem nostram uariis uiolentiarum et insidiarum generibus grauiter infestantes si sic contemneremus et toleraremus, ut nihil omnino, quod ad eos terrendos ac corrigendos ualere posset, excogitaretur et argueretur a nobis, uere malum pro malo redderemus. si enim quisquam inimicum suum pericu-

19 Ps. 107, 6

3 si *om. MACP* (*add. m. 2*) uersitate, *corr.* (*m. 1?*) peruersitate *M* 6 nisi (ni *ex ras. et corr. m. 2; fuitne* he?) *M* 7 ipsa *R* 9 gentes *om., in marg. m. 2 add L* 13 debeam *A* 15 cum *om. L* 21 i..stos (*ras. 1—2 l.*) *M* nostros *om., m. 2 add. L* 23 grauiter] grauibus grauiter *ed. Mign.* contempneremus et toleremus (*m. 1? corr.* toleraremus) *M* contemnerimus et toleramus *A* 24 omnino *bis C* ac *om. MAR* corrigendosue *R* 25 argueretur *M* (*ras.* agerctur) *R* (*m. 1 supra* ł ageretur) ageretur *L e l r m* agitaretur *f* uerum *M* et uere *P*

losis febribus phreneticum factum currere uideret in praeceps, nonne tunc potius malum pro malo redderet, si eum sic ire permitteret, quam si corripiendum ligandumque curaret? et tamen ei tunc molestissimus et aduersissimus uideretur, quando utilissimus et misericordissimus extitisset; sed plane salute reparata tanto uberius ei gratias ageret, quanto sibi eum minus pepercisse sensisset. o si possem tibi ostendere, ex ipsis Circumcellionibus quam multos iam catholicos manifestos habeamus damnantes suam pristinam uitam et miserabilem errorem, quo se arbitrabantur pro ecclesia dei facere, quicquid inquieta temeritate faciebant! qui tamen ad hanc sanitatem non perducerentur, nisi legum istarum, quae tibi displicent, uinculis tamquam phrenetici ligarentur. quid illud alterum genus morbi grauissimi eorum, qui turbulentam quidem audaciam non habebant, sed quadam uetusta socordia premebantur dicentes nobis: 'Verum quidem dicitis; non est, quod respondeatur; sed durum est nobis traditionem parentum relinquere'? nonne salubriter regula temporalium molestiarum excutiendi erant, ut tamquam de somno lethargico emergerent et in salutem unitatis euigilarent? quam multi et ex ipsis nunc nobiscum gaudentes pristinum pondus perniciosi sui operis accusant et fatentur nos sibi molestos esse debuisse, ne tamquam mortifero somno ita morbo ueternosae consuetudinis interirent.

3 At enim quibusdam ista non prosunt. numquid ideo neglegenda est medicina, quia nonnullorum est insanabilis pestilentia? tu non adtendis nisi eos, qui ita duri sunt, ut nec istam recipiant disciplinam. de talibus enim scriptum est:

2 ire] currere *edd.* 4 tunc ei *L edd.* 6 eum sibi *L* 7 minime *A* 8 catholicas, *corr. m. 1* catholicos *M* 12 tibi *om. A* 13 dispicent, *m. 2* displicent *R* uinculis *om. C* frenetici** (*fuitne* li ?) *A* 15 uetustatis *L* 16 dicitis quidem *C* est] esse *C* 19 tamquam] tam̄ *C* 20 uigilarent *A* et *om. ML edd.* 21 sui *om. P* 25 quibdam (*sic!*) *A* p̧s̄ (s̄ *in ras. m. 1*) *M* p**sunt, *m. 2* p̧**sunt *P* 28 enim] ẽ (*del. m. 2*) *M*

Frustra flagellaui filios uestros; disciplinam non receperunt. puto tamen, quia dilectione, non odio flagellati sunt. sed debes etiam tam multos adtendere, de quorum salute gaudemus. si enim terrerentur et non docerentur, inproba quasi dominatio uideretur. rursus si docerentur et non terrerentur, uetustate consuetudinis obdurati ad capessendam uiam salutis pigrius mouerentur, quando quidem multi, quod bene nouimus, reddita sibi ratione et manifestata diuinis testimoniis ueritate respondebant nobis cupere se in ecclesiae catholicae communionem transire, sed uiolentas perditorum hominum inimicitias formidare, quas quidem pro iustitia et pro aeterna uita utique contemnere debuerunt; sed talium infirmitas, donec firmi efficiantur, sustinenda est, non desperanda. nec obliuiscendum, quod ipse dominus adhuc infirmo Petro ait: Non potes me sequi modo, sequeris autem postea. cum uero terrori utili doctrina salutaris adiungitur, ut non solum tenebras erroris lux ueritatis expellat, uerum etiam malae consuetudinis uincula uis timoris abrumpat, de multorum, sicut dixi, salute laetamur benedicentium nobiscum et gratias agentium deo, quod sua pollicitatione completa, qua reges terrae Christo seruituros esse promisit, sic curauit morbidos, sic sanauit infirmos.

II 4 Non omnis, qui parcit, amicus est nec omnis, qui uerberat, inimicus. meliora sunt uulnera amici quam uoluntaria oscula inimici. melius est cum seueritate diligere quam cum lenitate decipere. utilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus iustitiam neglegebat, quam esurienti panis

1 Hier. 2, 30 15 Ioh. 13, 36 20 Dan. 7, 27 24 Prou. 27, 6

4 *et* 6 terrentur, *corr.*, *m. 1* terrerentur *M* 6 obdurarent, ad (*m. 2 ante* ad *add.* et) *P* capescendam *M* (*m. 2* capessandam) *AL* 8 quos *L edd.* 9 diuinis] ex diuinis *L* ueritatē *A* cupere se] cuperes *M* (s *eras. m. 1 supra add.* se) *A* 10 sed] sed et (et *exp.*) *P* uoluntas, *m. 2* uiolentas *M* 12 debuerant *R* 14 disperanda, *m. 2* desperanda *M* 15 modo sequi *edd. sec. Vulg.* 17 expellit *A* 19 salute dixi *punctis corr. M* laetamus *A* 24 | amici (a *in ras. 2—3 l. m. 1*) *M* 27 neglebatur, *m. 2* negligebatur *A* neglegat *L l r m*

frangitur, ut iniustitiae seductus adquiescat. et qui phreneticum ligat et qui lethargicum excitat, ambobus molestus ambos amat. quis nos potest amplius amare quam deus? et tamen nos non solum docere suauiter uerum etiam salubriter terrere non cessat. fomentis lenibus, quibus consolatur, saepe etiam mordacissimum medicamentum tribulationis adiungens exercet fame patriarchas etiam pios et religiosos, populum contumacem poenis grauioribus agitat, non aufert ab apostolo stimulum carnis tertio rogatus, ut uirtutem in infirmitate perficiat. diligamus etiam inimicos nostros, quia hoc iustum est et hoc praecepit deus, ut simus filii patris nostri, qui in caelis est, qui solem suum facit oriri super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos. sed sicut ista dona eius laudamus, ita etiam flagella eius in eos, quos diligit, cogitemus.

5 Putas neminem debere cogi ad iustitiam, cum legas patrem familias dixisse seruis: 'Quoscumque inueneritis, cogite intrare', cum legas etiam ipsum primo Saulum postea Paulum ad cognoscendam et tenendam ueritatem magna uiolentia Christi cogentis esse compulsum, nisi forte cariorem putas hominibus esse pecuniam uel qualem libet possessionem quam lucem istam, quae oculis carpitur? hanc ille caelesti uoce prostratus subito amissam non recuperauit, nisi cum sanctae incorporaretur ecclesiae. et putas nullam uim adhibendam esse homini, ut ab erroris pernicie liberetur, cum ipsum deum, quo nemo nos utilius diligit, certissimis exemplis hoc facere uideas et Christum audias dicentem:

7 Gen. 12, 10; 26, 1; 41, 54—42, 1; 43, 1   8 II Cor. 12, 7—9
10 Matth. 5, 44—45   17 Luc. 14, 21—23   18 Act. 9, 3—18

3 non, *m. 2* nos *P*   4 docere nos non solum *L*   7 religiosus, *corr. m. 1* religiosos *M*   10 diligamus, *ras.* diligimus *ut uid. P*   11 praecipit *m*   scimus *L*   12 facit solem suum *P edd.*   13 bonus, *corr.* bonos *M*   iustos et iustos, *corr. m. 1* iustos et iniustos *M*   14 f•lagella *M*   16 legā *P*   18 etiam *om. C*   20 cogentes (*del. m. 2*) *M*   21 quamlibet *ML*   22 capitur *MA*   23 prostratus uoce *l r m* prostratus lumine *cett. edd.*   admissam *C*   24 uiam *MA*

Nemo ad me uenit, nisi quem pater adtraxerit, quod fit in cordibus omnium, qui se ad eum diuinae iracundiae timore conuertunt, et noueris aliquando furem auertendis pecoribus pabulum spargere et aliquando pastorem flagello ad gregem pecora errantia reuocare?

6 Nonne contumacem ancillam data sibi potestate Sara potius affligebat? et utique non eam, quam superius beneficio suo matrem fecerat, crudeliter oderat, sed in ea superbiam salubriter edomabat. non autem ignoras, quod istae duae mulieres Sara et Agar et duo filii earum Isaac et Ismahel pro spiritalibus et carnalibus figurentur; et cum legamus ancillam et filium eius a Sara passos graues molestias, Paulus tamen apostolus dicit, quod ab Ismahele persecutionem sit passus Isaac: Sed sicut tunc, inquit, ille, qui erat secundum carnem, persequebatur eum, qui erat secundum spiritum, ita et nunc, ut, qui possunt, intellegant magis ecclesiam catholicam persecutionem pati superbia et impietate carnalium, quos temporalibus molestiis atque terroribus emendare conatur. quicquid ergo facit uera et legitima mater, etiam si asperum amarumque sentiatur, non malum pro malo reddit, sed bonum disciplinae expellendo malum iniquitatis adponit non odio nocendi sed dilectione sanandi. cum boni et mali eadem faciunt eademque patiuntur, non factis et poenis sed causis utique discernendi sunt. Pharao populum dei duris laboribus adterebat, Moyses eundem populum impie agentem duris cohercitionibus affligebat; similia fecerunt, sed non similiter prodesse uoluerunt; ille dominatione

1 Ioh. 6, 44 6 Gen. 16, 1—6 9 Gal. 4, 28—29 24 Ex. 5, 6--18 25 Ex. 32, 25—28

1 uenit ad me *edd. sec. sacr. litt.* uent, *m. 2* uenit *P* 4 pastorem aliquando *C* flagellando, *m. 2 del.* and *L* 7 *post* quam *ras. 1—2 l. P* 8 superbia, *m. 2* superbiam *C* 9 due iste *C* 10 pro—molestias *om. A* 15 eum qui] eum qui eum (*post.* eum *del. m. 1*) *M* 16 et *om. C* 17 catholicā a (a *del.*) *C* pati pro superbia *L* 18 molestiis *ras. ex* molestus *M* 20 et*iam (s *eras.*) *M* 26 cohercitionibus, *m. 2* cohercitationibus *C* cohertionibus *ML*

inflatus, iste dilectione inflammatus est.. Iezabel occidit prophetas, Helias occidit pseudoprophetas; puto, quod diuersa sint merita facientium, diuersa passorum.

7 Aspice etiam tempora testamenti noui, quando iam ipsa mansuetudo caritatis non solum erat in corde seruanda uerum etiam in luce monstranda, quando Petri gladius in uaginam reuocatur a Christo et ostenditur non debuisse de uagina exeri nec pro Christo. legimus tamen non solum, quod ceciderunt Iudaei Paulum apostolum, uerum etiam quod ceciderunt et Graeci pro Paulo apostolo Sosthenen Iudaeum. nonne similitudo facti quasi utrosque coniungit et tamen eos causae dissimilitudo discernit? nempe deus proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum; nempe de ipso filio dicitur: Qui me dilexit et tradidit semet ipsum pro me; nempe et de Iuda dicitur, quod introierit in eum satanas, ut traderet Christum. cum ergo et pater tradiderit filium suum et ipse Christus corpus suum et Iudas dominum suum, cur in hac traditione deus est pius et homo reus, nisi in re una, quam fecerunt, causa non una est, qua fecerunt? tres cruces uno in loco erant: in una latro liberandus, in alia latro damnandus, in medio Christus alterum liberaturus, alterum damnaturus. quid similius istis

1 III Reg. 18, 4; 40 6 Matth. 26, 51—52; Ioh. 18, 10—11 8 Act. 16, 22—23 9 Act. 18, 17 12 Rom. 8, 32 14 Gal. 2, 20 15 Ioh. 13, 2 20 Luc. 23, 33; 39—43; Ioh. 19, 18

1 dilectione] dilectionis zelo *L* zelo *edd. praeter m* est *om. M* iezabel (i *in ras. m. 2*) *P* zezabel *M* 3 diuersa] et diuersa *CL* 4 iam *M* noui testamenti *edd.* 5 in corde erat *edd.* 8 exiri, *m. 2 supra* ł exire *P* exire *MCR* eximi *edd. sec. Vulg.* ciciderunt *A* (*ras. ex* ceciderunt) *R* ceciderunt paulum apostolum iudaei, *m. 2* iudaei ceciderunt paulum apostolum *L* 9 etiam *om. MA* ciciderunt *AR* 10 sostenem *C* Sosthenem *f l r m* 13 omnibus *om. P* eum *MR* 14 de filio ipso *edd.* 19 nisi] nisi quia *CR edd. praeter a e* nisi dissimilitudo intentionis adesset in re una quam fecerunt quia *L* 20 qua] quam *CPL a* ob quam *cett. edd.* uno loco *M* in uno loco *L* in loco uno *edd.* 21 alia *ex* alio *m. 1 M* media *edd.* Xpſ• *P*

crucibus? quid dissimilius istis pendentibus? traditus est Paulus includendus et conligandus, sed quolibet custode carceris peior est utique satanas, cui tamen ipse Paulus tradidit hominem in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini Iesu. et hic quid dicimus? ecce mitiori tradidit crudelis traditor, crudeliori tradidit misericors traditor. discamus, fratres, in similitudine operum discernere animos operantium, ne clausis oculis calumniemur et beniuolos pro nocentibus accusemus. item cum ait idem apostolus tradidisse se quosdam satanae, ut discerent non blasphemare, malum pro malo reddidit, an potius malos etiam per malum emendare bonum opus esse iudicauit?

8 Si semper esset laudabile persecutionem pati, sufficeret domino dicere: Beati, qui persecutionem patiuntur, nec adderet 'propter iustitiam'. item si semper esset culpabile persecutionem facere, non scriptum esset in sanctis libris: Detrahentem proximo suo occulte hunc persequebar. aliquando ergo et qui eam patitur iniustus est et qui eam facit iustus est. sed plane semper et mali persecuti sunt bonos et boni persecuti sunt malos, illi nocendo per iniustitiam, illi consulendo per disciplinam; illi immaniter, illi temperanter; illi seruientes cupiditati, illi caritati. nam qui trucidat, non considerat, quem ad modum laniet; qui autem curat, considerat, quem ad modum secet; ille enim persequitur sanitatem, ille putredinem. occiderunt impii prophetas, occiderunt impios et prophetae; flagellauerunt Iudaei Christum, Iudaeos flagellauit et Christus; traditi sunt apostoli ab homi-

1 Act. 16, 22—24; 21, 33—34 3 I Cor. 5, 5 9 I Tim. 1, 20 15 Matth. 5, 10 18 Ps. 100, 5

1 dissimilius] similius *A* 3 paulus ipse *P* 5 dicemus *M* 6 crudeliori—traditor *om. L* 7 fr̃* (s *eras.*) *P* frater *MR edd.* in similitudinem *P* 8 ne] nec *L f l r m* 10 tradisse, *m. 2* tradidisse *R* 12 indicauit *PR edd. praeter l m* 14 esse, *m. 2* esset *C* 16 iustiam *C* 17 libris sanctis *C* 19 iustus *C* 22 inaniter *C* 25 secect *M* illi *A*

nibus potestati humanae, tradiderunt et apostoli homines potestati satanae. in his omnibus quid adtenditur, nisi quis eorum pro ueritate, quis pro iniquitate, quis nocendi causa, quis emendandi?

II 9 Non inuenitur exemplum in euangelicis et apostolicis litteris aliquid petitum a regibus terrae pro ecclesia contra inimicos ecclesiae. quis negat non inueniri? sed nondum implebatur illa prophetia: Et nunc, reges, intellegite et erudimini, qui iudicatis terram; seruite domino in timore. adhuc enim illud implebatur, quod in eodem psalmo paulo superius dicitur: Quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania? adstiterunt reges terrae et principes conuenerunt in unum aduersus dominum et aduersus Christum eius. uerum tamen si facta praeterita in propheticis libris figurae fuerunt futurorum, in rege illo, qui appellabatur Nabuchodonosor, utrumque tempus figuratum est, et quod sub apostolis habuit et quod nunc habet ecclesia. temporibus itaque apostolorum et martyrum illud implebatur, quod figuratum est, quando rex memoratus pios et iustos cogebat adorare simulacrum et recusantes mittebat in flammam; nunc autem illud impletur, quod paulo post in eodem rege figuratum est, cum conuersus ad honorandum deum uerum decreuit in regno suo, ut, quicumque blasphemaret deum Sidrac, Misac et Abdenago, poenis debitis subiaceret. prius ergo tempus illius regis significabat priora tempora regum infidelium, quos passi sunt Christiani

8 Ps. 2, 10—11 11 Ps. 2, 1—2 16 Dan. 3, 1—21; 91—96

1 potestate, *corr. m. ut uid. 1* potestati *A* homines *in ras. m. 2 C* *om. MA* 2 qui, *corr. m. 1* quid *M* 4 emendandi, *m. 2 s. u. add.* fecerit *M* 5 et] et in *A* 6 rebus, *m. 2* regibus *A* contra] et contra *P* 7 inuenire *MA* nondum] dum non *C* 8 et *ante* erudimini *om. C m sec. sacr. litt.* 9 tremore *R* 10 adhuc] at *R* 12 inanini, *corr. m. 1* inania *M* 15 fuerant *CR* 16 appellatur *A* 17 sub] ab *R* 20 simulacra *L* 21 mittebat in flamma *P* in flammam mittebat *m* in flammas mittebat *cett. edd.* non, *m. 2* nunc *A* 24 et *in fine u. om. A*

pro impiis; posterius uero tempus illius regis significauit tempora posteriorum regum iam fidelium, quos patiuntur impii pro Christianis.

10 Sed plane in eis, qui sub nomine Christi errant seducti a peruersis, ne forte oues Christi sint errantes et ad gregem aliter reuocandae sint, temperata seueritas et magis mansuetudo seruatur, ut cohercitione exiliorum atque damnorum admoneantur considerare, quid quare patiantur, et discant praeponere rumoribus et calumniis hominum scripturas, quas legunt. quis enim nostrum, quis uestrum non laudat leges ab imperatoribus datas aduersus sacrificia paganorum? et certe longe ibi poena seuerior constituta est; illius quippe impietatis capitale supplicium est. de uobis autem corripiendis atque cohercendis habita ratio est, qua potius admoneremini ab errore discedere, quam pro scelere puniremini. potest enim fortasse etiam de uobis dici, quod ait apostolus de Iudaeis: Testimonium illis perhibeo, quia zelum dei habent sed non secundum scientiam. ignorantes enim dei iustitiam et suam iustitiam uolentes constituere iustitiae dei non sunt subiecti. quid enim aliud et uos quam uestram iustitiam uultis constituere, quando non dicitis iustificari nisi eos, qui a uobis potuerint baptizari? in hac ergo apostolica sententia, quam de Iudaeis protulit, hoc distatis a Iudaeis, quod uos habetis sacramenta Christiana, quibus illi adhuc carent. ceterum ad hoc, quod ait: Ignorantes dei iustitiam et suam uolentes

17 Rom. 10, 2—3

1 pro] ab *L* regis illius *R* 3 pro] a *L* 4 erant *CL* 5 ne] et ne *P* sint oues christi sint (*post.* sint *exp.*) *M* ad regem *M* 6 taliter *m* sunt *L* 7 coherciti *L* damnorum] dampnorum tribulatione *L* *edd. praeter m* ămoueantur, *m. 2* admoneantur *M* 8 quid et quare *PL edd.* proponere *MC* 12 ibi *ras. ex* ubi *P* impietas, *m. 2* impietatis *M* 13 autem *in fine u. om. A* 14 quo *edd. praeter a* admoneremini potius *L* 19 suam iustitiam] suam *RL edd. sec. Vulg.* 22 potuerunt *M* (*punctis corr.* potuerint) *AL edd. praeter m* 25 adhuc illi *L* 26 ait (a *ex ras. et corr.*) *M*

constituere, et quod zelum dei habent sed non secundum scientiam, pares estis omnino exceptis dumtaxat illis, quicumque in uobis sunt scientes, quid uerum sit, et pro animositate suae peruersitatis contra ueritatem etiam sibi notissimam dimicantes. horum quippe impietas etiam idolatriam forsitan superat. sed quia non facile conuinci possunt — in animo namque latet hoc malum —, omnes tamquam non a nobis nimis alieni leniore seueritate cohercemini. et hoc quidem uel de omnibus haereticis, qui Christianis sacramentis inbuuntur et a Christi ueritate siue unitate dissentiunt, uel Donatistis omnibus dixerim.

11 Quod autem ad uos adtinet, qui non solum cum illis communiter Donatistae a Donato uerum etiam proprie Rogatistae a Rogato appellamini, mitiores quidem esse uidemini, quia Circumcellionum immanissimis gregibus non saeuitis; sed nulla bestia, si neminem uulneret, propterea mansueta dicitur, quia dentes et ungues non habet. saeuire uos nolle dicitis; ego non posse arbitror. ita enim estis numero exigui, ut mouere uos contra aduersarias uobis multitudines non audeatis, etsi cupiatis. sed ponamus uos etiam nolle, quod non ualetis, ponamus uos euangelicam sententiam, qua scriptum est: Si quis tibi uoluerit tunicam tollere et iudicio tecum contendere, dimitte illi et pallium, sic intelle-

21 Matth. 5, 40

1 celum, *m. 2* zelum *M* 2 esse *A* 3 sciens, *corr.* (*m. 1?*) scientes *M* quod *AL* 4 sibi—etiam *om. C* 5 idololatriam *C edd praeter a* 7 marum, *corr. m. 1* malum *M* 8 non *om. L f l r m* ..nimis *P* minimis *MAC a e* minus *cett. edd.* leniori *MC a l r m* leuiori *P e f* 9 uel (e *in ras. m. 2*) *P* 11 donatistas, *corr. m. 1* donatistis *R* dixerimus *PL* 12 quid *PL* (*corr.* quod) 13 donatistis *MACP* (*m. 2* l donatiste) *R* 14 a Rogato *om. C* quia] quia cum *L edd. praeter a* 15 circumcellione, *corr.* (*m. 1?*) circumcellionum *M* 16 mansueta esse dicitur *L* 17 habent *A* uos *in fine u. om. M* nolle *om. A* 19 aduersarios *A* 20 etsi] et, *corr. m. 1* et si *M* 21 uos] etiam uobis *L* euangelicum, *corr. m. 1* euangelicam *R super* qua *ras. A* 23 intellere, *m. 2* intelligere *P*

gere, sic tenere, ut persequentibus uos non solum nulla iniuria uerum etiam iure nullo resistendum putetis: hunc certe intellectum Rogatus auctor uester aut non habuit aut non impleuit, qui de nescio quibus rebus, ut dicitis, uestris acerrima perseuerantia etiam forensi disceptatione conflixit. cui si diceretur: 'Quis umquam apostolorum in causa fidei res suas iudicio publico defendit?' sicut tu in epistula posuisti: 'Quis umquam apostolorum in causa fidei res alienas inuasit?' nullum quidem in diuinis litteris huius facti reperiret exemplum; sed tamen forte inueniret aliquam ueram defensionem, si ueram ecclesiam retineret, non sub ecclesiae uerae nomine inpudenter aliquid possideret.

IV 12 Quod autem pertinet ad terrenarum potestatum iussa contra schismaticos aut haereticos uel impetranda uel exerenda, illi quidem, a quibus uos separastis, acerrimi fuerunt et contra uos, quantum audire potuimus, et contra Maximianistas, quod gestorum etiam certis documentis probamus; sed tamen nondum ab eis separati eratis, quando Iuliano imperatori in sua petitione dixerunt, quod apud eum sola iustitia locum haberet, quem certe apostatam nouerant et idolatriis deditum sic uidebant, ut aut iustitiam esse idolatriam faterentur aut se scelerate mentitos negare non possent, ut apud eum dicerent solam locum habere iustitiam, apud quem magnum locum cernerent habere idolatriam. sed fuerit error in uerbo. de ipso facto quid dicis? si nihil iustum ab imperatore petendum est, cur a Iuliano petitum est, quod iustum putatum est?

1 intenere (in *del.*) *L* 2 nullo iure *L edd.* 4 quidē (= quidem *aut* quid est) nescio *M* quid nescio *A* qui nescio de *L* uestra *CPL* 7 in epistola tua posuisti *edd.* qui, *m. 2* quis *R* 9 libris *A* reperiret facti *C* 11 non] et non *PL edd.* uero *P* 13 quid *P* 14 ex|| erenda (*parua ras.*) *M* exherenda (h *del. m. 2*) *P* exercenda *L* 16 maximinianistas *M* 17 documenti *A* 18 imperatore, *m. 2* imperatori *P* 19 solū, *sed* ū *in ras. m. 2 C* 20 idololatriis. 21 *et* 24 idololatriam *edd. praeter a* 23 dicerent *cum ras. super* t *M* non dicerent *C* solam, *m. 2* solum *C* solum *NR* 25 de facto ipso *edd.* dicitis *L* ap, *m. 2* ab *L* 26 cur] certe *L* quod iustum putatum est *om. A*

13 An per hoc petendum est, ut sua quisque recuperet, non ut aliquem, quo ab imperatore coherceatur, accuset? interim et in suarum rerum recipiendarum repetitione ab apostolicis exemplis receditur, quia hoc fecisse nemo inuenitur illorum. sed tamen cum maiores uestri ipsum Caecilianum tunc ecclesiae Carthaginiensis episcopum, cui tamquam criminoso communicare noluerunt, apud principem Constantinum per Anulinum proconsulem accusauerunt, non res suas amissas repetiuerunt, sed innocentem, sicut existimamus et sicut ipse iudiciorum exitus docuit, calumniose appetierunt, quo quid sceleratius ab eis fieri potuit? si autem, sicut falso arbitramini, uere criminosum iudicandum terrenis potestatibus tradiderunt, quid nobis obicitis, quod uestrorum praesumptio primitus fecit? quod eos non argueremus, quia fecerunt, si non animo inuido et noxio sed emendandi et corrigendi uoluntate fecissent. uos tamen indubitanter arguimus, quibus crimen uidetur de inimicis communionis nostrae Christiano imperatori aliquid conqueri, cum libellus a maioribus uestris Anulino proconsuli datus Constantino imperatori mittendus ita suprascriptus sit: 'Libellus ecclesiae catholicae criminum Caeciliani traditus a parte Maiorini'. illos autem hinc magis arguimus, quia, cum apud imperatorem ultro Caecilianum accusassent, quem primo utique apud collegas transmarinos

1 per *om.* *CPRL flrm* recuperent *A* recupe*ret *P* 3 apłis *M* 4 receditur, *m. 2* recipitur *M* illorum inuenitur *L* 5 cilianum, *corr.* (*m. 1?*) cecilianum *N* 6 cartaginensis *codd. edd.* *post* criminoso *ras. 2—3 l. N* 8 preconsulem *A* 9 sed innocentem *bis A* sed in innocentem *P* sed eius necem *L* estimamus *R* 10 appetiuerunt *CPRL edd.* q(o)..quid (o *m. 2; ras. 2—3 l.*) *M* quicquid *ras. ex* quidquid *P* 11 sceleratis, *m. 2* sceleratius *C* 14 non eos *N* in eos non *L* 16 autem *edd.* 18 conquiri, *m. 2* conqueri *P* uestris] uestris fuerit *CP* 19 anulli**no *P* proconsule *A* datus] datus et *CP edd.* imperatori *bis, alterum del. P* 20 sit *om. M* crimen *M* 21 Maiorini] maiori in *C* maior|in, *m. 2* maiorum|in *M* maiore in *A* maiorum *N* magis hinc *edd.* hinc *om. R* 22 qui *PL* cum *om. C* apud *in fine u. om. A* utro, *corr. m. 1* ultro *M* 23 accusauerunt *C*

conuincere debuerunt, ipso imperatore longe ordinatius agente, ut episcoporum causam ad se delatam ad episcopos mitteret. nec uicti pacem cum fratribus habere uoluerunt, sed rursus ad eundem imperatorem uenerunt, rursus non Caecilianum tantum uerum etiam datos sibi episcopos iudices apud terrenum regem accusauerunt, rursus ab alio episcopali iudicio ad eundem imperatorem appellauerunt nec eo ipso inter partes cognoscente atque iudicante uel ueritati uel paci cedendum esse duxerunt.

14 Quid autem aliud statueret Constantinus aduersus Caecilianum et socios eius, si essent uestris maioribus accusantibus uicti, quam quod statuit in eos ipsos, qui cum ultro accusassent nec ea, quae intendebant, probare potuissent, noluerunt ueritati consentire nec uicti? ille quippe imperator primus constituit in hac causa, ut res conuictorum et unitati peruicaciter resistentium fisco uindicarentur. sed uidelicet si uestris maioribus accusantibus atque superantibus contra communionem Caeciliani imperator tale aliquid decreuisset, prouisores ecclesiae, defensores pacis et unitatis nominari uelletis. cum uero in eos, qui ultro accusantes nihil probare potuerunt nec oblato sibi gremio pacis, quo correcti exciperentur, consentire uoluerunt, ab imperatoribus talia decernuntur, indignum facinus clamitatur, neminem ad unitatem esse cogendum, malum pro malo nemini reddendum esse contenditur. quid est aliud quam id, quod de uobis quidam

1 ipso] ipso autem *CP* longe imperatore *R* ordinatus, *m.* 2 ordinatius *M* 2 causas *A* ' adese (*pr.* e *exp. m. 1*) *M* 3 uoluerunt habere *N* sed—uenerunt *om. A* 5 uerum *om. A* daturos (*m. 2 del.* ur) *L* 6 rursū *R* ad *om. N* 8 uel paci] pacis *M* cendendum (*pr.* n *exp. m. 1*) *M* credendum *R* 10 *post* autem *ras. 2—3 l. N* 12 ipsos *om. C* accusent *P* accusarent *N* (*corr.* accusasent) *L* 13 noluerunt enim ueritati *CP edd. praeter m* 15 constituit primus *R* 16 resistententium *A* 17 atque superantibus *om. M* 18 tali (*m. 2* tale) quid *C* 19 nominare *P* 24 reddendum nemini *edd.* redendus (s *eras. m. 2* redendū) *M* 25 con'ditur *A* quid] quod quid *N* quidam de uobis *R*

scripsit: 'Quod uolumus, sanctum est'? et nunc non erat magnum neque difficile considerare atque cogitare Constantini iudicium atque sententiam contra uos uigere, quae uestris maioribus Caecilianum apud imperatorem totiens accusantibus et non conuincentibus aduersus uos promulgata est, eamque necessario sequi ceteros imperatores, maxime catholicos Christianos, quotiens de uobis aliquid agere uestrae obstinationis necessitas cogit.

15 Facile erat ista cogitare, ut uobis ipsis aliquando diceretis: 'Si Caecilianus uel innocens fuit uel nocens conuinci non potuit, quid in hoc negotio tam longe lateque diffusa societas Christiana peccauit? cur orbi Christiano non licuit ignorare, quod non potuerunt, qui accusauerant, demonstrare? cur illi, quos Christus in agro suo, id est in hoc mundo seminauit et inter zizania crescere usque ad messem praecepit, cur tot milia fidelium in omnibus gentibus, quorum multitudinem stellis caeli et harenae maris dominus comparauit, quos in semine Abrahae benedicendos promisit et reddidit, propterea negantur esse Christiani, quia in hac causa, in qua discutienda non interfuerunt, iudicibus potius suo periculo iudicantibus quam uictis litigatoribus credere maluerunt? certe nullius crimen maculat nescientem. quo modo fideles toto orbe diffusi crimen traditorum cognoscere poterant, quod accusatores, etiam si nouerant, tamen eis ostendere non ualebant? hos ergo ab hoc crimine innocentes esse nempe ipsa ignorantia facillime ostendit. cur ergo innocentes falsis criminibus accusantur, quia crimina aliena seu

14 Matth. 13, 24—30 16 Gen. 22, 17—18

3 uigere, *m. 1 supra* ł uiuere *R* uiuere *M* (*corr. m. ut uid. 1* uigere) *ACPNL* 5 conuinc*entibus (*fuit* i) *M* que *om. MACPL a e f* 9 erit *A* istud *R* 10 fuit uel innocens uel nocens conuinci (fuit *del. m. 2*) *P* uel innocens uel nocens fuit et conuinci *L* 13 qui *om*, *m. 1* (?) *add. M* 15 intra *L* 19 christiani esse *R* 21 ligatoribus, *m. 2* litigatoribus *P* 22 maculae, *corr. m. 1* maculat *N* nescientē[illegible] (ē *ex corr. et ras.; fuisse uid.* es) *N* 23 fidelis, *corr.* fideles *M* 25 innocens, *m. 2* innocentes *M*

falsa seu uera nescierunt? quis locus innocentiae reseruatur, si crimen est proprium nescire crimen alienum? porro si tot gentium populos ipsa ignorantia, sicut dictum est, innocentes ostendit, quam magnum crimen est ab istorum innocentium communione separari? nam et facta nocentium, quae innocentibus demonstrari uel ab innocentibus credi non possunt, non inquinant quemquam, si propter innocentium consortium etiam cognita sustinentur. non enim propter malos boni deserendi, sed propter bonos mali tolerandi sunt, sicut tolerarunt prophetae, contra quos tanta dicebant, nec communionem sacramentorum illius populi relinquebant, sicut ipse dominus nocentem Iudam usque ad condignum eius exitum tolerauit et eum sacram cenam cum innocentibus communicare permisit, sicut tolerarunt apostoli eos, qui per inuidiam, quod ipsius diaboli uitium est, Christum adnuntiabant, sicut tolerauit Cyprianus collegarum auaritiam, quam secundum apostolum appellat idolatriam. postremo quicquid tunc inter illos episcopos gestum est, etiam si forte ab aliquibus eorum sciebatur, si non sit acceptio personarum, nunc ab omnibus ignoratur. cur ergo non ab omnibus pax amatur?' haec facillime cogitare possetis aut fortasse etiam cogitatis. sed melius erat, ut amaretis possessiones terrenas, quas timendo perdere cognitae ueritati consentiretis, quam ut amaretis

14 Phil. 1, 15 16 Eph. 5, 5: Col. 3, 5; Cypr. ep. 55 c. 27 p. 644, 21—645, 7 ed. Hartel.

3 ipsa *om.* C 5 quae] quod *A* 7 coinquinant *R* 8 sustinetur, *m. 2* sustinentur *M* sustinenetur *A* boni *om.* *L* 9 toleraru *cum ras. super* u (*m. 1 in marg.* unt) *M* tolerauerunt *R edd.* tolerauere *L* 10 talia *M* dicebat necommunionem, *m. 2* dicebāt nec communionem *C* 13 eum] cum C 14 tolerauerunt *R* 16 collegarunt *A* 17 appellati (i *del. m. ut uid. 1*) dolatriam *A* idololatriam *edd. praeter a* 19 personarum acceptio *R* 21 facillime cogitare] facillime facillime, *m. 2* facillime cogitare *M* 22 possessiones amaretis *R* possessiones—amaretis *om.* *L*

uanissimam hominum gloriam, quam uos putatis perdere, si cognitae ueritati consenseritis.

16 Vides itaque iam, ut opinor, non esse considerandum, quod quisque cogitur, sed quale sit illud, quo cogitur, utrum bonum an malum. non quo quisque bonus esse possit inuitus, sed timendo, quod non uult, pati uel relinquit impedientem animositatem uel ignoratam compellitur cognoscere ueritatem, ut timens uel respuat falsum, de quo contendebat, uel quaerat uerum, quod nesciebat, et uolens iam teneat, quod nolebat. superfluo fortasse hoc diceretur quibuslibet uerbis, si non tam multis ostenderetur exemplis. non illos aut illos homines sed multas ciuitates uidemus fuisse Donatistas, nunc esse catholicas, detestari uehementer diabolicam separationem, diligere ardenter unitatem. quae tamen timoris huius, qui tibi displicet, occasionibus catholicae factae sunt per leges imperatorum a Constantino, apud quem primum uestri ultro Caecilianum accusauerunt, usque ad praesentes imperatores, qui iudicium illius, quem uestri elegerunt, quem iudicibus episcopis praetulerunt, iustissime contra uos custodiendum esse decernunt.

17 His ergo exemplis a collegis meis mihi propositis cessi. nam mea primitus sententia non erat nisi neminem ad unitatem Christi esse cogendum, uerbo esse agendum, disputatione pugnandum, ratione uincendum, ne fictos catholicos haberemus, quos apertos haereticos noueramus. sed haec opinio mea non contradicentium uerbis sed demonstrantium

1 gloriam et possessiones terrenas quas uos timetis perdere quam cognitae *L* si *om.*, *m. 2 add. M* 2 consenseritis (seritis *ex corr. m. 1*) *N* consentiretis *MP* (*corr. m. 1* consenseritis) *R* 4 sed—cogitur *om. N* quo, *m. 2* quod *C* 5 possit esse *PR edd.* 7 cogitur *L* 8 respuens *L* 9 teneat iam *edd.* 10 hoc fortasse *CPL edd.* 11 tam] tamen *A* 12 uidemus, *corr. m. 1* uidimus *N* esse dona (dona *del.*) catholicas *C* 15 dispicet, *m. 2* displicet *R* 16 imperatorem, *corr. m. 1* imperatorum *M* a *om. MA* 18 *bis* quem] quod *A* 21 *post* ergo *in fine u. ras. 3—4 l. M* 23 cogendum esse *R*. 25 noueram *R*

superabatur exemplis. nam primo mihi opponebatur ciuitas mea, quae cum tota esset in parte Donati, ad unitatem catholicam legum imperialium timore conuersa est, quam nunc uidemus ita huius uestrae animositatis perniciem detestari, ut in ea numquam fuisse credatur; ita aliae multae, quae mihi nominatim commemorabantur, ut ipsis rebus agnoscerem etiam in hac causa recte intellegi posse, quod scriptum est: Da sapienti occasionem et sapientior erit. quam multi enim, quod certo scimus, iam uolebant esse catholici manifestissima ueritate commoti et offensionem suorum reuerendo cotidie differebant! quam multos non ueritas, qua numquam praesumpsistis, sed obduratae consuetudinis graue uinculum conligabat, ut in eis compleretur diuina illa sententia: Verbis non emendabitur seruus durus; si enim et intellexerit, non oboediet! quam multi propterea putabant ueram ecclesiam esse partem Donati, quia eos ad cognoscendam catholicam ueritatem securitas torpidos, fastidiosos pigrosque faciebat! quam multis aditum intrandi obserabant rumores maledicorum, qui nescio quid aliud nos in altare dei ponere iactitabant! quam multi nihil interesse credentes, in qua quisque parte Christianus sit, ideo permanebant in parte Donati, quia ibi nati erant et eos inde discedere atque ad catholicam transire nemo cogebat!

18 His omnibus harum legum terror, quibus promulgandis reges domino seruiunt in timore, ita profuit, ut nunc alii

8 Prou. 9, 9 14 Prou. 29, 19 25 Ps. 2, 11

1 superatur *R* opponebatur mihi *L* 3 timore legum imperialium *edd.* imperalium *MAP* 5 non unquam, *corr.* nunquam *L* multaeq: mihi *A* 8 occasionem sapienti *R* 10 et] sed *N* 11 ueritatis *L* qua] in quam *L* in qua *P edd.* 12 non unquam, *corr.* nunquam *L* presumpsisti *R* 13 religabat *N* illa diuina *PR* 15 et] non *L* putabant propterea *L* 17 eo *A* turpidos *MA* 18 multi *R* 19 obseruabant *C* nes, *corr.* (*m. 1?*) nescio *M* in altare dei nos *R* 21 fit *M* 23 discere *A* ad *om. A* catholicam] catholicam fidem *R* nemo transire *edd.* 24 permulgandis *A* 25 seruiunt domino *PL edd.*

dicant: 'Iam hoc uolebamus; sed deo gratias, qui nobis occasionem praebuit iam iamque faciendi et dilationum morulas amputauit', alii dicant: 'Hoc esse uerum iam sciebamus, sed nescio qua consuetudine tenebamur; gratias domino, qui uincula nostra disrupit et nos ad pacis uinculum transtulit', alii dicant: 'Nesciebamus hic esse ueritatem nec eam discere uolebamus; sed nos ad eam cognoscendam metus fecit intentos, quo timuimus, ne forte sine ullis rerum aeternarum lucris damno rerum temporalium feriremur; gratias domino, qui neglegentiam nostram stimulo terroris excussit, ut saltem solliciti quaereremus, quod securi numquam nosse curauimus', alii dicant: 'Nos falsis rumoribus terrebamur intrare, quos falsos esse nesciremus, nisi intraremus, nec intraremus, nisi cogeremur; gratias domino, qui trepidationem nostram flagello abstulit, expertos docuit, quam uana et inania de ecclesia sua mendax fama iactauerit; hinc iam credimus et illa falsa esse, quae auctores huius haeresis criminati sunt, quando posteri eorum tam falsa et peiora finxerunt', alii dicant: 'Putabamus quidem nihil interesse, ubi fidem Christi teneremus; sed gratias domino, qui nos a diuisione collegit et hoc uni deo congruere, ut in unitate colatur, ostendit'.

19 His ego dominicis lucris impediendis ad contradicendum me opponerem collegis meis, ne in montibus et collibus uestris, id est in tumoribus superbiae uestrae Christi oues errantes in pacis ouile colligerentur, ubi est unus grex et unus pastor? ita sane huic prouisioni contradicere debui,

25 Ioh. 10, 16

1 iam *bis MA* uelebamus *A* 2 tribuit *L* iam iamque] iamque *MAN* 3 iam *om. L* 4 nescio] nescimus *N* 5 ad *om. A* 6 hic, *m. 2* hanc *C* 7 fecit esse intentos *R* 10 stilo erroris, *corr. m. 1* stimulo terroris *M* 11 nos securauimus (se *eras. et supra m. 2* sequi) *C* 13 *pr.* nisi] si non *l m* 15 ania, *corr. m. 1* inania *M* 16 fama *om. C* iam *om. N* 17 sunti quando posteriori eorum *A* 19 putamus *A* quidem *om. A* teneremur *C* 21 dño *C* 22 ego *cum ras. 1 l. super* eg *N* ergo *MCR edd.* 23 et] aut *R* 24 superbiae] re (*sed del.*) superbiae *N* 25 unus est *N* unos, *corr. m. 1* unus *M*

ne res, quas dicitis uestras, perderetis et securi Christum proscriberetis? ut iure Romano testamenta conderetis et iure diuino patribus conditum testamentum, ubi scriptum est: In semine tuo benedicentur omnes gentes, calumniosis criminationibus rumperetis? ut in emptionibus et uenditionibus liberos contractus haberetis et uobis diuidere, quod Christus emit uenditus, auderetis? ut, quod quisque uestrum cuiquam donasset, ualeret et, quod donauit deus deorum a solis ortu usque ad occasum uocatis filiis, non ualeret? ut de terra corporis uestri in exilium non mitteremini et de regno sanguinis sui a mari usque ad mare et a flumine usque ad terminos orbis terrae Christum exulem facere conaremini? immo uero seruiant reges terrae Christo etiam leges ferendo pro Christo. maiores uestri Caecilianum et socios eius regibus terrae puniendos falsis criminibus obiecerunt; conuertantur leones ad comminuenda ossa calumniantium nec Danihel ipse intercedat innocens comprobatus et de lacu, quo illi pereunt, liberatus; qui enim parat proximo suo foueam, ipse iustius cadet in eam.

VI 20 Eripe te, frater, dum in hac carne uiuis, ab ira, quae uentura est pertinacibus et superbis. terror temporalium potestatum quando ueritatem oppugnat, iustis fortibus gloriosa probatio est, infirmis periculosa temptatio; quando autem ueritatem praedicat, errantibus cordatis utilis admonitio est, insensatis inutilis afflictio. non est tamen potestas nisi

3 Gen. 22, 18; 26, 4 8 Ps. 49, 1 11 Ps. 71, 8 16 Dan. 6, 13—24; 14, 29—42 18 Prou. 26, 27 25 Rom. 13, 1—3

2 crederetis, *m. 2* conderetis *L* 5 criminationis *C* rumperetis—uenditionibus *om. M* 6 contractos *M* (*m. 1 corr.* contractus) *P* (*m. 1? corr.* contractus) quid, *corr.* quod *L* 7 audiretis *A* aude retis (*post.* e *in ras. m. 2*) *P* 11 mari] mare, *corr. m. 1* mari *N* 13 facere *om. A* 14 legem *M* 17 comprobatur *A* 18 proximo suo parat *R* 19 iustus. *m. 2* iustius *C* prius *L* 22 iustis et fortibus *L* probatio est gloriosa *R* 23 est *om. A* 24 praedicant *P* cordatis] et discordantibus *PL* et discordantibus cordatis *a e f* utilissima *C* humilis *N* commonitio *R* est] est et *PL edd.*

a deo; qui autem resistit potestati, dei ordinationi resistit; principes enim non sunt timori bono operi sed malo. uis autem non timere potestatem, bonum fac et habebis laudem ex illa. siue enim potestas ueritati fauens aliquem corrigat, laudem habet ex illa, qui fuerit emendatus; siue inimica ueritati in aliquem saeuiat, laudem habet ex illa, qui uictor fuerit coronatus. tu autem non bonum facis, ut timere non debeas potestatem, nisi forte bonum est sedere et non aduersus fratrem detrahere sed aduersus fratres omnes in omnibus gentibus constitutos. quibus testimonium perhibent prophetae, Christus, apostoli, cum legitur: In semine tuo benedicentur omnes gentes, cum legitur: Ab ortu solis usque ad occasum sacrificium mundum offertur nomini meo, quoniam glorificatum est nomen meum in gentibus, dicit dominus — audi: 'dicit dominus', non: dicit Donatus aut Rogatus aut Vincentius aut Hilarius aut Ambrosius aut Augustinus sed: 'dicit dominus' —, cum legitur: Et benedicentur in eo omnes tribus terrae, omnes gentes magnificabunt eum. benedictus dominus deus Israhel, qui facit mirabilia solus, et benedictum nomen gloriae eius in aeternum et in saeculum saeculi. et replebitur gloria eius omnis terra. fiat, fiat. et tu sedes Cartennis et cum decem Rogatistis, qui remansistis, dicis: 'Non fiat, non fiat'.

9 Ps. 49, 20 12 Gen. 22, 18; 26, 4 13 Mal. 1, 11 19 Ps. 71, 17—19

2 timori• *P* boni operis sed m li *M* (mali *m. 1 ex* malo) *N sec. Vulg.* 3 autem *om. L* 5 habuerit ab (*corr. m. 1* ex) illa *N* 6 inimica ueritate *MAN* (*m. 1? corr.* ueritati) *R* ueritati nocens *L* 7 sepia *A* ex illa habet quia *N* 10 omnes fratres *N* 13 dicitur *C* ad occasu *M* 14 mundum offerunt *C* offertur mundum *L* in nomine meo *N* 17 aut (~ *super* t *eras.*) hilarius *M* 19 eo] te *MANR* 20 dominus *om. M* 22 nomem, *ras.* nomen *A* numen, *corr. m. 1* nomen *M* in saeculum saeculi et *om. L* in *bis A* 24 etu, *corr. m. 1* et tu *M* 25 rogastis *M*

21 Audis loqui euangelium: Oportebat impleri omnia, quae scripta sunt in lege et prophetis et psalmis de me. tunc aperuit illis sensum, ut intellegerent scripturas, et dixit eis: 'Quoniam sic scriptum est et sic oportebat Christum pati et resurgere a mortuis tertia die et praedicari in nomine eius paenitentiam et remissionem peccatorum per omnes gentes incipientibus ab Hierusalem'. legis etiam actus apostolorum, quem ad modum hoc euangelium coeperit ab Hierusalem, ubi primo illos centum uiginti spiritus sanctus impleuit, atque inde in Iudaeam et Samariam et in omnes gentes exierit, sicut eis dixerat ascensurus in caelum: Eritis mihi testes in Hierusalem et in tota Iudaea et Samaria et usque in fines terrae, quia in omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terrae uerba eorum. et tu contradicis diuinis testimoniis tanta firmitate roboratis, tanta luce manifestis et ad istam proscriptionem Christi hereditatem perducere conaris, ut, cum in eius nomine, sicut dixit, praedicetur paenitentia in omnibus gentibus, quisquis hac fuerit praedicatione commotus, in qualibet parte orbis terrarum, nisi quaesierit et inuenerit latentem in Mauretania Caesariensi Cartennensem Vincentium aut aliquem ex eius nouem aut decem consortibus, dimitti ei peccata non possint. quid non audeat typhus morticinae pelliculae? quo non se praecipitet praesumptio carnis et

1 Luc. 24, 44—47 9 Act. 1, 12—2, 4 12 Act. 1, 8 14 Ps. 18, 5; Rom. 10, 18

3 de me et tunc *PL* sensus *L* 4 sic *om. AC* sič (∼ *eras.*) *M* 5 sič (∼ *eras.*) *M* pati christum *R edd.* (*Gr.* παθεῖν τὸν Χριστόν *in omnibus fere libris*); *cf. p. 469, 4* 6 die tertia *C* 11 *pr.* et] atque *edd.* 12 exi|rit *A* 13 tota] omni *R sec. Vulg.* 14 in omnē terra (*sic!*) *M* 15 exiit *MCP* 16 testimoniis diuinis *R* 17 manifestatis *L edd.* 18 in *om.*, *m. 1 add.* *P* 19 praeceditur *A* penitentia* (*fuit* m) *L* 20 haec *M* fuit *L* 22 mauritania *codd. edd.* cesariensi* (s *eras.?*) *P* 24 eis *C* possunt, *m. 2* possint *L* typhus (h *exp. m. 2*) *P* typus *MACL* tipus *R*

sanguinis? hocine est bonum opus tuum, propter quod non timeas potestatem? tantum scandalum ponis aduersus filium matris tuae paruulum scilicet et infirmum, propter quem Christus mortuus est, nondum cibo paterno idoneum sed adhuc materno lacte nutriendum et Hilarii mihi libros opponis, uti neges ecclesiam crescentem in omnibus gentibus usque in finem saeculi, quam deus contra incredulitatem uestram cum iuratione promisit! et cum essetis infelicissimi, si tunc, quando promittebatur, resisteretis, nunc etiam, cum redditur, contradicitis.

I 22 Sed historicus doctus magnum aliquid inuenisti, quod contra dei testimonia proferendum putares. dicis enim: 'Quantum ad totius mundi pertinet partes, modica pars est in compensatione totius mundi, in qua fides Christiana nominatur', nec uis adtendere aut te nosse dissimulas, in quam multas iam barbaras nationes tam paruo tempore uenerit euangelium, ut nec inimici Christi dubitare iam possint breui tempore futurum, quod discipulis respondit de saeculi fine quaerentibus: Et praedicabitur hoc euangelium in uniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus et tunc ueniet finis. i nunc et clama et contende, quantum potes: etiam si apud Indos et Persas euangelium praedicetur, ubi quidem iam diu praedicatur, nisi, quisquis hoc audierit, Cartennas uenerit uel in uiciniam Cartennensium, mundari a delictis suis omnino non poterit. itane si carueris

2 Ps. 49, 20  3 I Cor. 8, 11  4 I Cor. 3, 2  19 Matth. 24, 14

1 hoccine *CPRL edd.* 4 est mortuus *edd.* 6 libros mihi *CPR edd.* apponis *A* 8 cum iuratione] coniuratione *R* 9 resisteritis *A* 10 contradicis *A* contradiceretis *P* 12 testimonia dei proferendum *R* dei filium testimonia proferenda *A* 17 ut] et *MA* possit, *corr. m. 1* possint *M* 18 fine saeculi *RL* 20 orbe] mundo *M* 21 et *om. L* in hunc et *P* in nunc et *L* nunc et *MAC edd. praeter m* nunc igitur *R* in hoc et *m; scripsi* i nunc et 22 si—iam *om., m. 2 in marg. add. M* persas et indos *M* (*m. 2*) *CPR edd.* 24 uicinam *M* 25 omnino a delictis suis *P edd.* caruerit, *corr. m. 1* carueris *P*

ista uoce, rideri te metuis et, cum ea non cares, flere te non uis?

23 Acutum autem aliquid uideris dicere, cum catholicae nomen non ex totius orbis communione interpretaris sed ex obseruatione praeceptorum omnium diuinorum atque omnium sacramentorum, quasi nos, etiam si forte hinc sit appellata catholica, quod totum ueraciter teneat, cuius ueritatis nonnullae particulae etiam in diuersis inueniuntur haeresibus, huius nominis testimonio nitimur ad demonstrandam ecclesiam in omnibus gentibus et non promissis dei et tam multis tamque manifestis oraculis ipsius ueritatis. sed nempe hoc est totum, quod nobis persuadere conaris, solos remansisse Rogatistas, qui catholici recte appellandi sint ex obseruatione praeceptorum omnium diuinorum atque omnium sacramentorum, et uos esse solos, in quibus inueniat fidem, cum uenerit filius hominis. da ueniam, non credimus. licet enim et hoc audeas forsitan dicere, ut in uobis possit inueniri fides, quam se in terra non inuenturum dominus dixit, non uos in terra sed in caelo esse deputandos, nos tamen apostolus ita cautos reddidit, ut etiam angelum de caelo nobis aliud euangelizantem, praeterquam quod accepimus, anathema esse debere praeceperit. quo modo autem fidimus ex diuinis litteris accepisse nos Christum manifestum, si non inde accepimus et ecclesiam manifestam? quaslibet quisque ansas et uncos aduersus simplicitatem ueritatis intexat, quaslibet nebulas

15 Luc. 18, 8 19 Gal. 1, 8

1 careas *edd.* fieri *edd. praeter a* 3 aliquid autem acutum *R* dicere uideris *R* tibi uideris dicere *m* 6 hinc] ob hoc *R* ne *P* 7 quo totum *MR* quo tutum *A* 8 herebus, *m. 2* heresibus *M* 9 utimur *CPL* nitamur *edd. praeter a* demonstrandum *L edd.* 10 in *om. PL* et tam] etiam *MAPR* 12 conaris] cupis *L* 13 sunt *PL* ex] et *L* 15 solus, *corr. m. 1* solos *M* 17 audeat, *m. 2* audeatis *C* 18 inuenturū (ū *ex corr. m. 2*) *P* non] et non *PL* 19 caelos *CP* 21 preter quod *A* praeterquam (*om.* quod) *C* quam quod *R; cf. p. 469, 10* debere esse *edd.* 22 confidimus *edd.* ex *om. R* 24 manifestatam *L*

callidae falsitatis offundat, sicut anathema erit, qui adnuntiauerit Christum neque passum esse neque tertio die resurrexisse, quoniam in ueritate euangelica accepimus: Oportebat Christum pati et resurgere a mortuis tertia die, sic erit anathema, quisquis adnuntiauerit ecclesiam praeter communionem omnium gentium, quia eadem ueritate consequenter accepimus: Et praedicari in nomine eius paenitentiam et remissionem peccatorum per omnes gentes incipientibus ab Hierusalem et inconcusse tenere debemus: Quisquis uobis adnuntiauerit, praeterquam quod accepistis, anathema sit.

II 24 Si autem uniuersos Donatistas non audimus se pro ecclesia Christi opponentes, quia nullum pro se testimonium de diuinis libris proferunt, quo id doceant, quanto minus, rogo te, Rogatistas audire debemus, qui nec illud pro se interpretari conabuntur, quod scriptum est: Ubi pascis, ubi cubas in meridie? si enim hoc loco scripturarum meridies Africa intellegenda est in parte Donati, quod sub caeli feruentiore plaga est, omnes uos Maximianistae superabunt, quorum schisma in Byzantio et in Tripoli exarsit. sed confligant cum eis Arzuges et hoc magis ad se pertinere contendant. Mauretania tamen Caesariensis occidentali quam meridianae parti uicinior, quando nec Africam se uult dici, quo modo de meridie gloriabitur, non dico aduersus orbem terrarum sed

3 Luc. 24, 46 7 Luc. 24, 47 10 Gal. 1, 9 16 Cant. 1, 6

1 offundunt, *corr. m. 1* offundat *M* effundat, *m. 2* ł offundat *P* 2 tertia *PR edd.* 3 accipimus *A* 4 pati christum *R*; *cf. p. 466, 5* 6 quia ex eadem *L* 8 peccatorum *om. R* 9 incusse *A* 10 praeter quod *A*; *cf. p. 468, 21* 12 autem] enim *M* audiuimus *PL* 13 christo, *corr. m. 1* christi *M* supponentes *edd. praeter a* qui *M* de *om. R* 14 quod id *MA* quid *P* 17 scripturarum hoc loco *R* 18 quod] quae *PL edd. praeter m* que *C* feruentiori *PR edd.* 19 maximianitae *A* 20 et in] et *N* 21 magis] maxime *R* mauritania *codd. edd.* 23 quodmodo *M* (*pr.* d *del. m. 1*) *A* 24 orbis, *m. 2* ł orbem *P*

aduersus ipsam partem Donati, unde pars Rogati breuissimum frustum de frusto maiore praecisum est? quis autem non inpudentissime nitatur aliquid in allegoria positum pro se interpretari, nisi habeat et manifesta testimonia, quorum lumine inlustrentur obscura?

25 Quod autem omnibus Donatistis dicere solemus, quanto fortius uobis dicimus: si possunt, quod fieri non potest, aliqui habere causam iustam, qua communionem suam separent a communione orbis terrarum eamque appellent ecclesiam Christi, quod se iuste ab omnium gentium communione separauerint, unde scitis, in Christiana societate tam longe lateque diffusa ne forte, antequam uos separaretis, iam se aliqui iusta causa separauerant in longinquissimis terris, unde ad uos eorum iustitiae fama non potuerit peruenire? quo modo in uobis potest esse ecclesia potius quam in illis, qui se priores forte separauerunt? ita fit, ut, cum hoc nescitis, incerti uobismet ipsis sitis, quod necesse est contingat omnibus, qui pro sua societate utuntur testimonio non diuino sed suo. neque enim potestis dicere: 'Si hoc contigisset, nos latere non posset,' cum, in Africa ipsa quot iam partes factae sint ex parte Donati, si interrogemini, non dicatis, praesertim quia tanto sibi uidentur, qui hoc faciunt, iustiores, quanto fuerint pauciores, et utique tanto sunt latentiores. ac per hoc incerti estis, ne forte aliqui pauci iusti et ideo minime noti alicubi longe contra Africae meridiem, antequam pars Donati iustitiam

1 pars Rogati *om.* *N* pars donati *P* breuissimum fructum (*corr. m. 1* frustum) de fructu (*corr. m. 1* frusto) *M* breuissimum frustrum de frusto *C* breuissimus frutex de frutice *N* 2 praecisus est *N* praecidit *L* 3 imprudentissime, *m. 1* ⁊ pu *super* pru *R* in allegoria aliquid *R* 4 nisi habeat et] si non habet *L* 7 uobis fortius *edd.* aliquid, *m. 2* aliquam *M* aliquam *L* 9 appellant *CP* 10 separauerint communione *N* separauerit, *corr. m. 1* separauerint *M* 11 in *om.* *A* 12 nos, *corr. m. 1* uos *M* separetis, *m. 2* separaretis *M* 13 separauerant, *corr.* separauerint *L* 16 ut *om.* *MAP* *post* nescitis *habet* *N* 18 quo. *corr. m. 1* qui *M* testimio, *m. 2* testimonio *P* 20 in *om.* *A* quod iam *MAC* quaedam *N* sunt *P* 21 ex] et *N* parte—quia *om.* *MAN*

suam a ceterorum hominum iniquitate secerneret, se primitus causa aequissima separauerint in latere aquilonis et ipsa sit potius ecclesia dei tamquam Sion spiritalis, quae uos omnes iusta separatione praeuenit, multoque praesumptius pro se interpretetur, quod scriptum est: Mons Sion, latera aquilonis, ciuitas regis magni, quam pro se interpretatur pars Donati: Ubi pascis, ubi cubas in meridie?

26 Et tamen uereris, ne, cum imperialibus legibus ad unitatem cogimini, nomen dei a Iudaeis et paganis diutius blasphemetur, quasi nesciant Iudaei, quem ad modum primus populus Israhel etiam bello delere uoluerit duas illas tribus et dimidiam, quae ultra Iordanen terras acceperant, quando eas putauerunt se ab unitate sui populi separasse. pagani uero magis nos blasphemare possunt de legibus, quas contra idolorum cultores Christiani imperatores tulerunt, et tamen ex eis multi correcti et ad deum uiuum uerumque conuersi sunt et cotidie conuertuntur. sed plane et Iudaei et pagani si tam paucos putarent esse Christianos, quam pauci uos estis, qui solos uos Christianos esse perhibetis, nec blasphemare nos dignarentur, sed numquam ridere cessarent. non timetis, ne uobis dicant Iudaei: 'Ubi est, quod Paulus uester ecclesiam uestram intellegit, ubi dictum est: Laetare sterilis, quae non paris, erumpe et clama, quae non parturis, quoniam multi filii

5 Ps. 47, 3  7 Cant. 1, 6  10 Ios. 22, 9—12  22 Gal. 4, 27

1 secernerent *A* primitus *om., in marg. m. 1 add. N* 2 separauerint causa aequissima *N* separauerit *C* in latere—sit *om. N* in partes, *m. 1 supra* ł in latere *R* in latera *L* erit, *m. 1 corr.* sit *M* 3 ęcclesia dei potius *N* 4 praesumptiosius *P* praesumptiosus *L* 7 ubi* (s *eras.*) cubas *A* 8 ueteris *M* 9 cogimini] cognomini *M* cognominis *A* a paganis et iudaeis *A* 10 primu *M* 12 iordanem *RL edd.; cf. ep. XXIII p. 68, 6* terram *L* 13 nos magis *R* 14 de *om. N* de legibus *om. MA* quos *A* 15 multi ex eis *R* 17 plane iudei *L* 18 pauci* (s *eras.*) *A* estis uos *M* solos *ex* solus *M* 19 sed] sed et *CP* 20 redire *A* cessassent *L* ne uobis] nec de uobis *P* dicant *om. P* 23 clama, *corr. m. 1* exclama *P* exclama *MCR edd.*

desertae, magis quam eius, quae habet uirum, praeponens multitudinem Christianorum multitudini Iudaeorum, si Christi ecclesia est paucitas uestra'? hocine illis dicturi estis: 'Ideo magis iusti sumus, quia pauci sumus', nec adtenditis eos responsuros: 'Quotlibet uos esse dicatis, non tamen estis illi, de quibus dictum est: Multi filii desertae. si tam exigui numero remansistis'?

27 Hic tu oppositurus es exemplum iusti illius in diluuio, qui cum domo sua solus liberari dignus inuentus est. uides ergo, adhuc quam longe sis a iustitia? prorsus donec ad septem remaneas, quibus tu sis octauus, iustum te esse non dicimus, si tamen non istam iustitiam, sicut dicebam, praeripuit aliquis ante partem Donati et cum suis septem iusta aliqua causa commotus se longe alibi separauit et a mundi huius diluuio liberauit. quod cum ignoretis an factum sit atque ita uobis inauditum, sicut multis populis Christianorum in longinquis terris constitutorum nomen Donati inauditum est, incerti estis, ubi sit ecclesia. ibi enim erit, ubi primum forsitan factum est, quod postea uos fecistis, si potuit esse ulla iusta causa, qua uos a communione omnium gentium separare possetis.

IX 28 Nos autem ideo certi sumus neminem se a communione omnium gentium iuste separare potuisse, quia non quisque nostrum in sua iustitia sed in scripturis diuinis quaerit ecclesiam et, ut promissa est, reddi conspicit. ipsa est enim

8 Gen. 7, 1—23

3 hoccine *CNRL edd.* hoc ne *A* hecine, *m. 2* heccine *P* 5 quodlibet, *m. 2* quotlibet *MP* quodlibet *ACNR a e f* uos *om. A* non] nec *P* 7 exiguo *L* 8 positurus *A* illius iusti *M* qui in diluuio *R* 10 quam longe adhuc sis *R* quam longe sis adhuc *l r m* remaneas ad septem *R* ad] a *C* 11 redeas *L* 12 non istam] istam *L* hanc *R* didicebam *A* dixi *R* praeripuit] non praeripuit *L* prerumperet *R* 16 nobis *A* 17 longis *N* 18 enim erit] est enim *N* 19 fonsitan, *m. 2* forsitan *C* 22 certi sumus ideo *R* ideo *om. L* 23 separasse *L* quisquis *L* 24 in *om. R* iustitia sua *L edd.* 25 promissa reddi (*om.* est), *m. 2* promissā reddi *P*

de qua dicitur: Sicut lilium in medio spinarum ita proxima mea in medio filiarum, quae nec spinae dici possent nisi malignitate morum nec filiae nisi communione sacramentorum. ipsa est, quae dicit: A finibus terrae ad te clamaui, cum anxiaretur cor meum, quae in alio psalmo dicit: Taedium detinuit me a peccatoribus relinquentibus legem tuam et: Vidi insensatos et tabescebam. ipsa est, quae dicit sponso suo: Ubi pascis, ubi cubas in meridie; ne forte fiam sicut operta super greges sodalium tuorum, id est, quod alibi dicitur: Dexteram tuam notam fac mihi et eruditos corde in sapientia, in quibus luce fulgentibus et caritate feruentibus quasi in meridie requiescis, ne forte uelut operta, id est occulta et ignorata inruam non in gregem tuum sed in greges sodalium tuorum, id est haereticorum, quos ita sodales dicit sicut spinas illas filias propter communionem sacramentorum, de quibus alibi dicitur: Tu uero unanimis meus, dux meus et notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos; in domo domini ambulauimus cum consensu. ueniat mors super illos et descendant in infernum uiuentes sicut Dathan et
29 Abiron, impiae separationis auctores. ipsa est, cui continuo respondetur: Nisi cognoueris temet ipsam, o pulchra

1 Cant. 2, 2 4 Ps. 60, 3 6 Ps. 118, 53 7 Ps. 118, 158 8 Cant. 1, 6 11 Ps. 89, 12 17 Ps. 54, 14—16 21 Num. 16 1—33 23 Cant. 1, 7

2 quae] quia *L* 3 possunt *Cm* communio, *corr. m. 1* communione *M* 4 est] est enim *CNm* 5 dum *A sec. Vulg.* angeretur *L* quae et in *CPR* et quae in *N* 7 derelinquentibus *NR edd. sec. Vulg.* (*Septuag.* ἐγκαταλιμπανόντων) 8 ipsa—tuorum *om. A* 10 gregem *C* 13 quasi] qua *MACP* (*m. 2* quasi) *R* tamquam *L* quiescis *L* forte fiam uelut *R* 14 et ignota *CPLm* ignorantia *R* 15 grege *M* gregem *C* hereticos, *m. 2* hereticorum *L* 16 dicit sodales *R* dicit *om. A* illas spinas *RL* illas, *m. 2* inter *C* 17 unianimis *A* 18 dux] et dux *edd.* 19 dei *PL sec. sacr. litt.* 20 eos *P* 22 abiron, *m. 1* a *super* ro *C* est] est enim, *sed* enim *del. N*

desertae, magis quam eius, quae habet uirum, praeponens multitudinem Christianorum multitudini Iudaeorum, si Christi ecclesia est paucitas uestra'? hocine illis dicturi estis: 'Ideo magis iusti sumus, quia pauci sumus', nec adtenditis eos responsuros: 'Quotlibet uos esse dicatis, non tamen estis illi, de quibus dictum est: Multi filii desertae. si tam exigui numero remansistis'?

27 Hic tu oppositurus es exemplum iusti illius in diluuio, qui cum domo sua solus liberari dignus inuentus est. uides ergo, adhuc quam longe sis a iustitia? prorsus donec ad septem remaneas, quibus tu sis octauus, iustum te esse non dicimus, si tamen non istam iustitiam, sicut dicebam, praeripuit aliquis ante partem Donati et cum suis septem iusta aliqua causa commotus se longe alibi separauit et a mundi huius diluuio liberauit. quod cum ignoretis an factum sit atque ita uobis inauditum, sicut multis populis Christianorum in longinquis terris constitutorum nomen Donati inauditum est, incerti estis, ubi sit ecclesia. ibi enim erit, ubi primum forsitan factum est, quod postea uos fecistis, si potuit esse ulla iusta causa, qua uos a communione omnium gentium separare possetis.

IX 28 Nos autem ideo certi sumus neminem se a communione omnium gentium iuste separare potuisse, quia non quisque nostrum in sua iustitia sed in scripturis diuinis quaerit ecclesiam et, ut promissa est, reddi conspicit. ipsa est enim

8 Gen. 7, 1—23

3 hoccine *CNRL edd.* hoc ne *A* hecine, *m. 2* heccine *P* 5 quodlibet, *m. 2* quotlibet *MP* quodlibet *ACNR a e f* uos *om. A* non] nec *P* 7 exiguo *L* 8 positurus *A* illius iusti *M* qui in diluuio *R* 10 quam longe adhuc sis *R* quam longe sis adhuc *l r m* remaneas ad septem *R* ad] a *C* 11 redeas *L* 12 non istam] istam *L* hanc *R* didicebam *A* dixi *R* praeripuit] non praeripuit *L* prerumperet *R* 16 nobis *A* 17 longis *N* 18 enim erit] est enim *N* 19 fonsitan, *m. 2* forsitan *C* 22 certi sumus ideo *R* ideo *om. L* 23 separasse *L* quisquis *L* 24 in *om. R* iustitia sua *L edd.* 25 promissa reddi (*om.* est), *m. 2* promissā reddi *P*

de qua dicitur: Sicut lilium in medio spinarum ita proxima mea in medio filiarum, quae nec spinae dici possent nisi malignitate morum nec filiae nisi communione sacramentorum. ipsa est, quae dicit: A finibus terrae ad te clamaui, cum anxiaretur cor meum, quae in alio psalmo dicit: Taedium detinuit me a peccatoribus relinquentibus legem tuam et: Vidi insensatos et tabescebam. ipsa est, quae dicit sponso suo: Ubi pascis, ubi cubas in meridie; ne forte fiam sicut operta super greges sodalium tuorum, id est, quod alibi dicitur: Dexteram tuam notam fac mihi et eruditos corde in sapientia, in quibus luce fulgentibus et caritate feruentibus quasi in meridie requiescis, ne forte uelut operta, id est occulta et ignorata inruam non in gregem tuum sed in greges sodalium tuorum, id est haereticorum, quos ita sodales dicit sicut spinas illas filias propter communionem sacramentorum, de quibus alibi dicitur: Tu uero unanimis meus, dux meus et notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos; in domo domini ambulauimus cum consensu. ueniat mors super illos et descendant in infernum uiuentes sicut Dathan et
29 Abiron, impiae separationis auctores. ipsa est, cui continuo respondetur: Nisi cognoueris temet ipsam, o pulchra

1 Cant. 2, 2 4 Ps. 60, 3 6 Ps. 118, 53 7 Ps. 118, 158 8 Cant. 1, 6 11 Ps. 89, 12 17 Ps. 54, 14—16 21 Num. 16 1—33 23 Cant. 1, 7

2 quae] quia *L* 3 possunt *Cm* communio, *corr. m. 1* communione *M* 4 est] est enim *CNm* 5 dum *A sec. Vulg.* angeretur *L* quae et in *CPR* et quae in *N* 7 derelinquentibus *NR edd. sec. Vulg.* (*Septuag.* ἐγκαταλιμπανόντων) 8 ipsa—tuorum *om. A* 10 gregem *C* 13 quasi] qua *MACP* (*m. 2* quasi) *R* tamquam *L* quiescis *L* forte fiam uelut *R* 14 et ignota *CPLm* ignorantia *R* 15 grege *M* gregem *C* hereticos, *m. 2* hereticorum *L* 16 dicit sodales *R* dicit *om. A* illas spinas *RL* illas, *m. 2* inter *C* 17 unianimis *A* 18 dux] et dux *edd.* 19 dei *PL sec. sacr. litt.* 20 eos *P* 22 abiron, *m. 1* a *super* ro *C* est] est enim, *sed* enim *del. N*

inter mulieres, exi tu in uestigiis gregum et pasce haedos tuos in tabernaculis pastorum. o responsio dulcissimi sponsi! nisi cognoueris, inquit, temet ipsam, quia utique non potest ciuitas abscondi super montem constituta et ideo non es operta, ut incurras in greges sodalium meorum; ego enim sum mons paratus in cacumine montium, ad quem uenient uniuersae gentes. nisi ergo cognoueris temet ipsam non in uerbis calumniosorum sed in testimoniis librorum meorum. nisi cognoueris temet ipsam, quia de te dictum est: Porrige longius funiculos et palos ualidos confirma; etiam atque etiam in dextram atque sinistram extende. semen enim tuum hereditabit gentes et ciuitates, quae desertae erant, inhabitabis. non est, quod metuas, praeualebis enim, nec erubescas, quod detestabilis fueris. confusionem enim in perpetuum obliuisceris, ignominiae uiduitatis tuae non eris memor. ego enim sum dominus, qui facio te, dominus nomen ei est, qui eruit te, ipse deus Israhel uniuersae terrae uocabitur. nisi cognoueris temet ipsam, o pulchra inter mulieres, quia de te dictum est: Concupiuit rex speciem tuam, quia de te dictum est: Pro patribus

4 Matth. 5, 14 6 Es. 2, 2 11 Es. 54, 2—5 22 Ps. 44, 12 23 Ps. 44, 17

1 exitu, *corr.* exi tu *M* 3 temet ipsam inquit *R edd.* 4 supra *M edd. sec. Vulg.* 5 posita *L sec. Vulg.* in greges sodalium meorum incurras *L* gregem *CN* 6 meorum (me *ex corr. m. 1*) *N* tuorum *edd. praeter m* 7 at, *m. 2* ad *P* 8 ergo *om. R* enim *M* 10 dictum est de te *A* 11 porrige] porro *A* funiculos tuos et *R sec. sacr. litt.* 12 dexteram *MRL edd. sec. Vulg.* 13 atque in sinistram *AR; cf. Vulg.* 15 inhabitabitis *A* inhabitabit *L sec. Vulg.* 16 erubesces *R sec. Vulg.* 17 enim *om. L* in aeternum *RL* ignominae *M* 19 dominus deus tuus qui *R* ei] eius *CN sec. Vulg.* (*Septuag.* αὐτῷ) meum *L* 22 concupiscit *A* (*Septuag.* ἐπεθύμησεν, *cod. Alex.* ἐπιθυμήσει; *Vulg.* concupiscet) 23 tuam *om. A*

tuis nati sunt tibi filii; constitues eos principes super omnem terram. nisi ergo cognoueris temet ipsam, exi tu; non ego te eicio, sed exi tu, ut dicatur de te: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. exi tu in uestigiis gregum, non in uestigiis meis sed in uestigiis gregum nec unius gregis sed gregum diuisorum et errantium. et pasce haedos tuos non sicut Petrus, cui dicitur: Pasce oues meas, sed pasce haedos tuos in tabernaculis pastorum, non in tabernaculo pastoris, ubi est unus grex et unus pastor. cognoscit enim semet ipsam, ne hoc ei contingat, quia hoc contigit eis,
30 qui se in illa non cognouerunt. ipsa est, de cuius paucitate dicitur in comparatione plurimorum malorum, quia angusta et arta uia est, quae ducit ad uitam, et pauci sunt, qui ambulant in ea. et rursus ipsa est, de cuius multitudine dicitur: Sic erit semen tuum sicut stellae caeli et sicut harena maris. idem quippe fideles sancti et boni et in comparatione plurium malorum pauci sunt et per se ipsi multi sunt, quia multi filii desertae, magis quam eius, quae habet uirum, et multi ab oriente et occidente uenient et recumbent cum Abraham et Isaac et Iacob in regno caelorum et quia exhibet sibi deus populum abundantem, aemulatorem bonorum operum, et multa milia, quae numerare nemo

4 I Ioh. 2, 19 8 Ioh. 21, 17 10 Ioh. 10, 16 13 Matth. 7, 14 16 Gen. 22, 17; Dan. 3, 36 19 Gal. 4, 27 20 Matth. 8, 11 22 Tit. 2, 14 24 Apoc. 7, 9

1 tuis* *M* sunt *om.*, *m. 1 add. M* 3 exitu, *corr.* exi tu *M* eiciam *P* sed | itu (*corr.* i tu) *M* ut—tu *om. M* ut] ne *N* 4 exierunt *om. A* 6 nec] non *NL* unius] huius *A* 7 diuersorum *ML* tuos *om. R* 9 tabernaculo] tabernaculis *CR* 10 grex unus *R* cognoscit, *m. 2* cognoscat *C* cognoscet *NR* 11 ipsam (a *in ras. m. 1*) *M* ipsum *P* ne] nec *C* hoc ipsum ei *R* quia hoc] quod *R* eis contigit *A* contingit (*post.* n *exp.*) *N* 14 est uia *R* 17 idem] ideo *L* iidem *e r m* 18 plurimorum *MAP; cf. u. 13* 19 ipsos *CR* desertae *om. A* 22 et Isaac] isaac *MCPL edd.* 23 sibi *om. C* aemulatoriē *M* 24 nemo] ñ *C*

potest, uidentur in Apocalypsi ex omni tribu et lingua in stolis albis palmisque uictricibus. ipsa est, quae aliquando obscuratur et tamquam obnubilatur multitudine scandalorum, quando peccatores intendunt arcum, ut sagittent in obscura luna rectos corde; sed etiam tunc in suis firmissimis eminet. et si aliqua in his uerbis diuinis distributio facienda est, fortasse non frustra dictum sit de semine Abrahae: Sicut stellae caeli et sicut harena, quae est ad oram maris, ut in stellis caeli pauciores, firmiores clarioresque intellegantur, in harena autem maritimi litoris magna multitudo infirmorum atque carnalium, quae aliquando tranquillitate temporis quieta et libera apparet, aliquando autem tribulationum et temptationum fluctibus operitur atque turbatur.

31 Tale tunc erat tempus, de quo scripsit Hilarius, unde putasti insidiandum contra testimonia tot diuina, tamquam perierit ecclesia de orbe terrarum. potes hoc modo dicere nec tot ecclesias Galatiae tunc fuisse, quando dicebat apostolus: O stulti Galatae, quis uos fascinauit? et: Cum spiritu coeperitis, nunc carne consummamini? sic enim calumniaris docto uiro, qui tardicordes et timidos grauiter increpabat, quos iterum parturiebat, donec Christus formaretur in eis. quis enim nescit illo tempore obscuris uerbis multos parui sensus fuisse delusos, ut putarent hoc credi ab Arrianis, quod etiam ipsi credebant, alios autem

4 Ps. 10, 3 19 Gal. 3, 1; 3 22 Gal. 4, 19

1 uidentur] quae uidetur *N* ex omnibus tribubus et linguis *R sec. sacr. litt.* 2 albis palmisque] albis, *in marg. m. 1 add.* palmisque *N* albisque *MACPR* albis atque *L* 3 et *om. M* obnebulatur *N* nubilatur *A* 6 aliqua his *M* in aliqua in his *C* aliquam (m *exp.*) in his *P* 9 horam *MPL* 10 firmioresque et clariores *R* 11 lictoris *M* 13 tribulationem, *corr. m. 1* tribulationum *M* 14 operitur (i *ex ras.*) *A* 17 potes—apostolus *om. A* potest *M* 18 fuisse tunc *R* 19 et, *m. 2* ł ut *P* ut *AR edd.* 20 ceperitis *CRL* consumamini *ACPRL a* consummemini *cett. edd.* sic] si *R* 21 tardi cordes *MA* tardos corde *RL*

timore cessisse et simulate consensisse non recte ingredientes ad ueritatem euangelii, quibus tu postea correctis sic, quem ad modum ignotum est, nolles ignosci? prorsus non nosti litteras dei. lege enim, quid de Petro scripserit Paulus et quid inde etiam senserit Cyprianus, et non tibi displiceat ecclesiae mansuetudo, quae membra Christi dispersa colligit, non collecta dispergit, quamquam et illi, qui tunc firmissimi fuerunt et uerba haereticorum insidiosa intellegere potuerunt, pauci quidem in comparatione ceterorum sed tamen etiam ipsi quidam pro fide fortiter exulabant, quidam toto orbe latitabant. ac sic ecclesia, quae per omnes gentes crescit, in frumentis dominicis conseruata est et usque in finem, donec omnino gentes omnes etiam barbaras teneat, conseruabitur. ipsa est enim ecclesia in bono semine, quod seminauit filius hominis et usque ad messem crescere inter zizania praenuntiauit. ager autem mundus est, messis finis saeculi.

32 Hilarius ergo decem prouinciarum Asianarum aut zizania non triticum arguebat aut ipsum etiam triticum, quod defectu quodam periclitabatur, quanto uehementius tanto utilius arguendum putabat. habent enim etiam scripturae canonicae hunc arguendi morem, ut tamquam omnibus dicatur et ad quosdam uerbum perueniat. quod enim dicit apostolus ad Corinthios: Quo modo dicunt quidam in uobis, quia

1 Gal. 2, 14 4 Gal. 2, 11—14; Cypr. ep. 71, 3 p. 773, 11—22 ed. Hartel. 11 Matth. 13, 24—30; 38—39 24 I Cor. 15, 12

1 ingredientes quidem ad *L* 3 sic] si *L* 4 legis *A* 5 paulus apostolus scripserit *R* 6 displicet, *corr. m. 1* displiceat *M* dispiceat, *m. 2* displiceat *R* 7 collegit *M* 9 pauci quidem] sed pauci quidem sunt *P* (sed *del. m. 1*) *a e f* sed pauci quidem *L r l* ad comparationem *R* 10 qui | dem *M* exultabant *MA* 11 quidam—latitabant *om. A* si, *corr. m. 1* sic *M* 13 omnes gentes omnino *R* omnino gentes (*om.* omnes) *C* 14 enim est *L* est igitur *P* 16 finis est saeculi *edd.* 18 ergo] uero *R* asinarum *C* asiarum *L* 20 quanto] quando *A* tanto *L* tanto] quanto *L* 21 enim *om. R* 23 enim] etiam *P* apostolus dicit *edd.*

resurrectio mortuorum non est? manifestat utique non omnes esse tales, uerum tamen et tales non extra sed in eis fuisse testatur. a quibus ne illi seducerentur, qui non ita sentiebant, paulo post monuit dicens: Nolite seduci; corrumpunt mores bonos conloquia mala. sobrii estote, iusti et nolite peccare; ignorantiam enim dei quidam habent; ad reuerentiam uobis loquor. quod autem dicit: Cum enim sint inter uos aemulatio et contentio, nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis? tamquam omnibus dicit et uides, quam sit graue, quod dicit. proinde nisi in ipsa epistula legeremus: Gratias ago deo meo semper pro uobis in gratia dei, quae data est uobis in Christo Iesu, quia in omnibus ditati estis in illo, in omni uerbo et in omni scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est in uobis, ita ut nihil uobis desit in ulla gratia, putaremus omnes Corinthios carnales et animales, non percipientes, quae sunt spiritus dei, contentiosos, aemulos, secundum hominem ambulantes. itaque et totus mundus in maligno positus est propter zizania, quae sunt per totum mundum, et Christus propitiator est peccatorum nostrorum, non tantum nostrorum sed et totius mundi propter triticum, quod est per totum mundum.

33 Refrigescit autem caritas multorum propter scandalorum abundantiam, quanto magis magisque glorificato

4 I Cor. 15, 33—34 8 I Cor. 3, 3 12 I Cor. 1, 4—7 17 I Cor. 2, 14; 3, 3 19 I Ioh. 5, 19 21 I Ioh. 2, 2 25 Matth. 24, 12

1 manifesta *A* 2 extra se sed *M* 3 illis educerentur *corr. m. 2 P* qui] quod *A* et qui *PL* 4 se•duci (t *eras.*) *M* 6 iusti] iuste *eflr sec. Vulg.* (*ed. Clem.* iusti) *et Gr.* 8 sit *A sec. Vulg.* 9 estis carnales *edd.* 16 desit uobis *P edd.* 17 in nulla *P* gratia si putaremus *R* et] etiam et *C* 23 et *om. MA* totus, *corr. m. 1* totius *M* est *om*, *m. 1 add. M* 25 refrigescit, *corr.* refrigescet *C* refrigescet *P*

Christi nomine congregantur in communionem sacramentorum eius etiam maligni et perseueranter omnino peruersi sed tamen tamquam palea de area dominica non nisi ultima uentilatione separandi. non extingunt isti frumenta dominica in eorum quidem comparatione pauca sed multa per se ipsa; non extingunt electos dei congregandos in fine saeculi, sicut euangelium loquitur, a quattuor uentis, a summis caelorum usque ad terminos eorum. ipsorum enim uox est: Saluum me fac, domine, quoniam defecit sanctus, quoniam diminutae sunt ueritates a filiis hominum, de quibus et dominus dicit: inter abundantiam iniquitatis qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. denique non unum hominem sed plures in eodem psalmo loqui consequentia docent, ubi dicitur: Tu, domine, seruabis nos et custodies nos a generatione hac in aeternum. propter hanc enim abundantiam iniquitatis, quam dominus futuram esse praedixit, etiam illud positum est: Cum uenerit filius hominis, putas inueniet fidem in terra? dubitatio enim cuncta scientis nostram in illo dubitationem praefigurauit, quando ecclesia ex multis, de quibus multum sperauit, saepe decepta, quod aliter, quam credebantur, inuenti sunt, sic perturbatur in suis, ut de nullo facile boni aliquid uelit credere. ipsos tamen, quorum inuenturus est fidem in terra, per totum agrum cum zizaniis crescere dubitare fas non est.

3 Matth. 3, 12; 13, 30 6 Matth. 24, 31 9 Ps. 11, 2 11 Matth. 24, 12—13 14 Ps. 11, 8 18 Luc. 18, 8

1 in communione *L* 2 perseuerant *R* perseuerabunt *PL edd. praeter m* 4 extinguent *PL edd. praeter m* ista *MAR* dominica frumenta *L* 6 extinguent *P edd. praeter a m* congregando, *corr. m. 1* congregandos *M* 7 loquitur *om. A* 11 dominus inter abundantiam iniquitatis dicit qui autem perseuerauerit *R* (autem *sec. Vulg.*) 12 permanserit *C* 16 hac | et in *P* enim hanc *L* 19 super terram *C* 21 separauit, *m. 2* sperauit *M* 23 credere uelit *R* 24 fidem inuenturus est *R* in terram *MAR*

34 Ipsa est ergo ecclesia, quae intra sagenam dominicam cum malis piscibus natat, a quibus corde semper et moribus separatur atque discedit, ut exhibeatur uiro suo gloriosa non habens maculam neque rugam. corporalem autem separationem in litore maris, hoc est in fine saeculi expectat corrigens, quos potest, tolerans, quos corrigere non potest; non tamen propter eorum, quos non corrigit, iniquitatem ipsam bonorum deserit unitatem.

X 35 Noli ergo, frater, contra diuina tam multa, tam clara, tam indubitata testimonia colligere uelle calumnias ex episcoporum scriptis siue nostrorum sicut Hilarii siue, antequam pars Donati separaretur, ipsius unitatis sicut Cypriani et Agrippini primo, quia hoc genus litterarum ab auctoritate canonis distinguendum est. non enim sic leguntur, tamquam ita ex eis testimonium proferatur, ut contra sentire non liceat, sicubi forte aliter sapuerunt, quam ueritas postulat. in eo quippe numero sumus, ut non dedignemur etiam nobis dictum ab apostolo accipere: Et si quid aliter sapitis, id quoque uobis deus reuelabit. uerum tamen in quod peruenimus, in eo ambulemus, in illa uia scilicet, quae est Christus, de qua uia psalmus ita loquitur: Deus misereatur nostri et benedicat nobis; inluminet uultum suum super nos, ut cognoscamus in terra uiam tuam, in omnibus gentibus salutare tuum.

1 Matth. 13, 47 3 Eph. 5, 27 4 Matth. 13, 48—49 18 Phil. 3, 15—16 20 Ioh. 14, 6 21 Ps. 66, 2—3

1 ergo] enim *R* 4 aut, *m. 2* neque *L* 6 tolerans—potest *om. A* 7 quorum (rum *in ras. 1 l.*) *M* ipsa *MCR edd.* 8 unitatem deserit *N* disserit *A* 10 colligere uel calumpniari episcoporum scripta *N* calumnia (*m. 1? corr.* calumnias) | sex *M* 15 testimonia proferantur *R* 16 sapuerint *M* expostulat *R* 19 deus uobis *edd.* (*Gr.* ὁ θεὸς ὑμῖν) uobis *om. A* nobis *N* reuelauit *MACP* (*m. 2* reuelabit) *RL edd. praeter m* in quid, *m. 2* in quod *C* in id in quod *R* 20 scilicet uia *R* quae] quod *M* (*corr. m. 1* que) *ACPN* christus est *R* 21 psalmista ita *M* ita psalmus *PRL edd.* 22 nobis] nos *C*

36 Deinde si Cypriani, sancti episcopi et gloriosi martyris, te delectat auctoritas, quam quidem, sicut dixi, a canonis auctoritate distinguimus, cur in eo te non delectat, quod unitatem orbis terrae atque omnium gentium et diligendo tenuit et disputando defendit, quod eos, qui se tamquam iustos ab ea separare uoluissent, adrogantissimos et superbissimos iudicauit inridens eos hoc sibi adsumere, quod nec apostolis concessit dominus, ut ante tempus zizania colligerent aut, tamquam ipsis paleam ferre et aream purgare concessum sit, paleas conarentur a tritico separare, quod unumquemque alienis peccatis maculari non posse monstrauit, quam sibi omnes impiae seditionis auctores solam causam separationis adsumunt, quod in eo ipso, in quo aliter sapuit, collegas diuersa sentientes nec iudicandos nec a iure communionis amouendos esse decreuit, quod in ea ipsa epistula ad Iubaianum, quae in concilio, cuius auctoritatem ad rebaptizandum sequi uos dicitis, primitus recitata est, cum fateatur in praeteritum sic esse admissos in ecclesiam, qui fuerant alibi baptizati, ut denuo non baptizarentur, unde illos sine baptismo fuisse arbitratur, tantum tamen ponit utilitatis et salubritatis in pace ecclesiae, ut propter illam non eos credat ab ecclesiae muneribus separari?

37 Qua in re, sicut ingenium tuum noui, facillime perspicis totam causam uestram penitus euersam et extinctam. si enim

7 Matth. 13, 28—30; 3, 12 15 Cypr. ep. 73 p. 778 ed. Hartel.

1 si] si te (*om.* te *post* martyris) *R* sancti Cypriani *edd.* martyres, *corr. m. 1* martyris *M* 2 quidem] qd (= quid) *C* a *om. N* canonicis *M* (ci *exp.*) *ACP* canonica *edd.* 5 defendit] terruit (rr *m. 2 in ras.*) defendit *M* tenuit et defendit *N* qđ (đ *in ras. 1 l. m. 2*) *M* 7 sibi hoc *R* 8 apostolis *ras. ex* apostolus *M* 9 palā *N* aream] eam *A* concessum (u *ex ras. et corr.*) *M* 11 peccatis alienis *L edd.* quod *L* omnes sibi *R* 14 senten|ties, *m. 2 supra* sentientes *M* scientes, *m. 2* sencientes *L* nec iudicandos] non iudicandos *NR* communicationis *A* 15 ea *om. R* epistola ipsa• *M* iubianum *R* 18 alibi fuerant *R* 19 non *om. L* 20 arbitrabatur *L* 21 eas *A* 23 sicut] si *N* perspicit *N*

sacramenta cum peccatoribus communicando, sicut putatis, periit ecclesia, quae fuerat in orbe terrarum — nam uos ideo separastis —, iam prius tota perierat, cum, sicut dicit Cyprianus, in eam sine baptismo admittebantur, ac sic nec ipse Cyprianus habebat, in qua ecclesia nasceretur, quanto magis multo posterior uester auctor paterque Donatus! si autem illo tempore, cum in eam sine baptismo admittebantur, erat tamen ecclesia, quae pareret Cyprianum, pareret et Donatum, manifestum est non contaminari iustos peccatis alienis, quando cum eis sacramenta communicant. ac per hoc separationem, qua existis ab unitate, qua excusatione possitis abluere, non habetis impleturque in uobis sanctae scripturae illud oraculum: Filius malus ipse se iustum dicit, exitum autem suum non abluit.

38 Meritis autem Cypriani sic non aequatur, qui propter paria sacramenta nec ipsos haereticos audet rebaptizare, sicut non aequatur meritis Petri, quisquis non cogit gentes iudaizare. sed illa Petri non tantum claudicatio uerum etiam correctio scripturis canonicis continetur; Cyprianus autem sensisse aliter de baptismo, quam forma et consuetudo habebat ecclesiae, non in canonicis sed in suis et in concilii litteris inuenitur. correxisse autem istam sententiam non inuenitur: non incongruenter tamen de tali uiro existimandum est, quod correxerit et fortasse suppressum sit ab eis, qui hoc errore nimium delectati sunt et tanto uelut patrocinio carere noluerunt. quamquam non desint, qui hoc Cyprianum prorsus non sensisse contendant, sed sub eius nomine a praesumptoribus atque

13 Prou. 24, 35 (12) sec. Septuag.

3 prius *om.* *L* tota] quod tota *CP* 9 alienis peccatis *edd.* 10 hanc, *m. 2* hoc *P* 12 impletur (*om.* que) *L* 13 ipsum *M.1*: *cf. p. 484, 19* 15 paria] uel paria propria *P* propria *L* 16 baptizare *L* 18 tum, *m. 2* tantum *P* 19 in scripturis *M* 20 habet *C* 21 in conciliis *C* concilii (*om.* in) *L* 24 correxerit *ras ex* correxerat *M* correxit *R* 25 patrono *L* noluerint *A* 26 desunt *C* hoc *om.* *R* 27 contendebant (eb *exp.*) *P*

mendacibus fuisse confictum. neque enim sic potuit integritas atque notitia litterarum unius quamlibet inlustris episcopi custodiri, quem ad modum scriptura canonica tot linguarum litteris et ordine ac successione celebrationis ecclesiasticae custoditur, contra quam tamen non defuerunt qui sub nominibus apostolorum multa confingerent frustra quidem, quia illa sic commendata, sic celebrata, sic nota est; uerum quid possit aduersus litteras non canonica auctoritate fundatas, etiam hinc demonstrauit impiae conatus audaciae, quod et aduersus eas, quae tanta notitiae mole firmatae sunt, sese erigere non praetermisit.

39 Nos tamen duas ob res non negamus illud sensisse Cyprianum, quod et stilus eius habet quandam propriam faciem, qua possit agnosci, et quod ibi magis contra uos causa nostra demonstratur inuictior uestraeque separationis praesumptio, uidelicet ne macularemini peccatis alienis, tota facilitate subuertitur, cum apparet in litteris Cypriani communicata esse cum peccatoribus sacramenta, cum admissi sunt in ecclesiam, qui secundum uestram et, sicut uultis, illius sententiam baptismum non habebant, et tamen ecclesiam non perisse, sed in sui generis dignitate per totum orbem sparsa dominica frumenta mansisse. ac per hoc si perturbati tamquam ad aliquem portum sic ad auctoritatem Cypriani confugitis, uidetis, quem illic scopulum uester error offendat; si autem iam nec illuc confugere audetis, sine ullo luctamine naufragatis.

40 Porro autem Cyprianus aut non sensit omnino, quod eum

1 integras *A* 2 episcopi* *P* 3 litguarum (*sic!*) *N* 4 ac] atque *N* et *edd. praeter a* 6 confringerent (*pr.* r *exp.*) *M* 7 notata *L* qu[illegible] possit *A* 8 canonica auctoritate non *R* 9 impiae conatus audaciae demonstrauit *R* 10 tante *C* tantae *N* tanto *R* sunt *om. A* 14 nostra causa *edd.* 16 tota] quibus tota *CP* (*m. 2 del.* quibus) *L* 18 esse *om. MAN* amissi, *m. 2* admissi *M* in aeccła *P* 20 ecclesia *ACP* 22 si] sic *PL* 24 offendit *MAN* 25 nec *om. A* lactamine *A* 26 naufrangatis (*post.* n *del.*) *N*

sensisse recitatis, aut hoc postea correxit in regula ueritatis aut hunc quasi naeuum sui candidissimi pectoris cooperuit ubere caritatis, dum unitatem ecclesiae toto orbe crescentis et copiosissime defendit et perseuerantissime tenuit uinculum pacis; scriptum est enim: Caritas cooperit multitudinem peccatorum. accessit huc etiam, quod tamquam sarmentum fructuosissimum, si quid in eo fuerat emendandum, purgauit pater falce passionis: Sarmentum enim, ait dominus, quod in me dat fructum, purgat illud pater meus, ut maiorem fructum adferat. unde, nisi quia haerens in diffusione uitis radicem non deseruit unitatis? nam etsi traderet corpus suum, ut arderet, caritatem autem non haberet, nihil ei prodesset.

41 Adtende adhuc paululum in litteras Cypriani, ut aduertas, quam inexcusabilem ostenderit, qui se uoluerit ab unitate ecclesiae, quam deus in omnibus gentibus promisit et reddidit, quasi iustitiae suae causa separare, magisque intellegas, quam sit uera sententia paulo ante a me commemorata: Filius malus ipse se iustum dicit, exitum autem suum non abluit. ponit in quadam epistula sua, quam scribit ad Antonianum, rem quandam satis rei, de qua nunc agimus, necessariam; sed melius uerba eius inserimus. 'antecessores', inquit, 'nostri quidam episcopi istic in prouincia nostra dandam pacem moechis non putauerunt, in totum

5 I Petr. 4, 8 8 Ioh. 15, 2 12 I Cor. 13, 3 18 p. 482, 13 22—p. 485, 8 Cypr. ep. 55 c. 21 p. 638, 23—639, 7 ed. Hartel.

1 in regulam *L* 2 hoc *L* quasi in (i *exp.*) aeuum (a *exp.*) *M* quasi in aeuum *A* quas (*m. 2* quasi) ineuum *C* 3 dum in unitate *L* dum inuitate, *m. 1 corr.* dum in unitate *N* dum inuitat *MA* 5 cooperuit *MR* 10 fructum maiorem *R* 11 heretis, *m. 2* adherens *L* 13 autem *om. P* 14 litteris *N* ut animaduertas *R* 15 quam | quam *A* ostenderit] se ostendit *L* 16 reddit *MAN* 18 commemorato, *m. 2* commemorata *P* 19 iustum se *R* 21 scripsit *edd.* rei satis *R* 22 necessarium *M* eius uerba *edd.* 23 episcopi] de episcopis *edd. praeter a sec. Cypr.* isti in *A* in ista *R* 24 moechis] mediis *A* in] sed in *PL a* et in *cett. edd. sec. Cypr.* *super* totum *m. 2* ł omnino *P*

paenitentiae locum contra adulteria clauserunt, non tamen a coepiscoporum suorum collegio recesserunt aut catholicae ecclesiae unitatem uel duritie uel censurae suae obstinatione ruperunt, ut, quia apud alios adulteris pax daretur, qui non dabat, de ecclesia separaretur. manente concordiae uinculo et perseuerante ecclesiae catholicae indiuiduo sacramento actum suum disponit et dirigit unusquisque episcopus rationem propositi sui domino redditurus.' quid ad haec dicis, frater Vincenti? nempe intueris hunc tantum uirum, pacificum episcopum et fortissimum martyrem nihil uehementius sategisse quam ne unitatis uinculum rumperetur. uides eum parturientem, non solum ut paruuli in Christo concepti nascantur, uerum etiam ne iam nati de sinu matris excussi moriantur.

12 Porro autem ipsam rem, quam contra impios separatores commemorauit, adtende. si adulteris communicabant, qui paenitentibus adulteris pacem dabant, numquid illi, qui hoc non faciebant, collegio maculabantur istorum? si autem, quod ueritas habet et quod ecclesia merito tenet, recte paenitentibus adulteris pax dabatur, illi, qui in totum locum paenitentiae contra adulteros claudebant, impie utique agebant, qui membris Christi sanitatem negabant et claues ecclesiae pulsantibus subtrahebant et misericordissimae patientiae dei, quae illos propterea sinebat uiuere, ut paenitendo sanarentur sacrificio contriti spiritus et contribulati cordis oblato, dura crudelitate contra dicebant. nec tamen istos misericordes et pacificos cum eis Christiana sacramenta communicantes et eos intra

1 locum paenitentiae *L* adulterium *C* cluserunt *Cypr. codd.* ab episcoporum *codd. a* 2 aut] quantum *P* 3 duritiae *codd. a Cypr.* obstinatione* (*fuit* m) *L* 4 dabatur *edd. praeter a sec. Cypr.* 5 separeretur *M* separetur *R* 6 catholicae ecclesiae *edd. praeter a sec. Cypr.* 7 disponebat et dirigebat *P* 9 uincenti* (*fuit* i) *M* 10 nihil *om. A* satagisse *L* 11 uides enim non solum eum parturientem *R* 16 illi *om. N* 18 merito ecclesia *R* 20 qui—negabant *om. N* 21 negabant *in fine u. om. P* 23 sacrificioque *P* 24 ablato *C* crulitate, *corr. m. 1* crudelitate *M*

unitatis retia tolerantes, donec ad litus perducti separarentur, tam immanis eorum error et impietas inquinabat aut, si inquinabat, iam tunc ecclesia malorum communione deleta est nec erat, quae pareret ipsum Cyprianum. si autem, quod certum est, permansit ecclesia, certum est etiam peccatis alienis in unitate Christi neminem posse maculari non malorum factis consentientem, ne ipsis peccatis communicando polluatur, sed propter societatem bonorum malos tamquam paleam usque ad ultimam uentilationem in area dominica tolerantem. quae cum ita sint, ubi est praesumptio separationis uestrae? nonne filii mali estis? ipsi uos iustos dicitis, exitum autem uestrum non abluitis.

43 Iam si uelim et illa commemorare, quae Tychonius, homo communionis uestrae, scriptis suis inserit, qui magis contra uos pro ecclesia catholica scripsit frustra se ab Afrorum quasi traditorum communione secernens, quo uno eum Parmenianus suffocat, quid respondere poteritis, nisi quod de uobis idem Tychonius dixit et ego paulo ante recolui: 'Quod uolumus, sanctum est'? scribit enim ille Tychonius, homo, ut dixi, uestrae communionis, a ducentis et septuaginta episcopis uestris concilium Carthagini celebratum, in quo concilio per septuaginta et quinque dies postpositis omnibus praeteritis limatam esse sententiam atque decretam, ut tradi-

1 Matth. 13, 47—49 8 Matth. 3, 12; 13, 29—30; 38 10 cf. p. 482, 13—14 18 cf. p. 459, 1

1 tolentes, *m. 2 supra* ł tolerantes *P* separentur *N* 2 aut si inquinabat *om. C* aut] ut *P* inquinaret *P* 3 aecclesiam *P* est] esset *P* 7 ne] nec *R* pollueretur *P* 8 malos *bis, alterum del. N* paleā (~ *fortasse m. 2*) *P* paleas *L edd.* 9 uentilatio, *m. 2* uentilationem *P* tolerantem (ntem *in ras. m. 2*) *L* 10 nostrae, *corr. m. 1* uestrae *M* mali filii *R* 13 thysconius (h *et pr.* s *exp.*) *P* 14 inseruit *R* 15 ab Afrorum] ab fratrum *A* 16 quasi *ex corr. m. 2 L* parmenianus (*post.* a *m. 2 super ras. 2 l., quarum post. fuit* o) *P* 17 offocat (*sic!*) *L* 18 dicit *L* ante paulo *A* 20 communionis uestrae *R* 21 cartagini celebratum concilium *R* cartagine *P* (*m. 2* ł cartagini) *N* 22 omnibus postpositis *R*

toribus immensi criminis reis, si baptizari nollent, pro integris communicaretur. Deuterium etiam Macrianensem episcopum communionis uestrae dicit traditorum plebem congregatam ecclesiae miscuisse et secundum statuta illius concilii a ducentis et septuaginta uestris episcopis facti fecisse cum traditoribus unitatem eique Deuterio post hoc factum iugiter communicasse Donatum nec solum huic Deuterio sed etiam uniuersis Maurorum episcopis per quadraginta annos, quos dicit usque ad persecutionem per Macarium factam traditoribus sine baptismo communicasse.

44 Sed dicis: 'Quis mihi est iste Tychonius?' ille est Tychonius, quem Parmenianus rescribendo compescit et eum deterret, ne talia scribat; non tamen refellit ea ipsa, quae scribit; uno, sicut supra dixi, eum premit, quod, cum talia diceret de ecclesia toto orbe diffusa et quod neminem in eius unitate macularent aliena peccata, ab Afrorum se tamen quasi traditorum contagione remouebat et erat in parte Donati. posset autem dicere Parmenianus ista eum omnia esse mentitum; sed, sicut idem Tychonius commemorat, adhuc uiuebant multi, per quos haec certissima et apertissima esse ostenderentur.

45 Sed de his taceo. contende Tychonium esse mentitum; ad Cyprianum te reuoco, cuius mentionem ipse fecisti. prorsus secundum scripta Cypriani, si peccatis alienis in unitate quisque maculatur, iam ante Cyprianum periit ecclesia nec erat unde existeret ipse Cyprianus. si autem hoc sentire sacrilegum est et certum est ecclesiam permanere, nemo alienis

1 re*is (g *eras.*) *P* 2 communicarentur (*post.* n *exp.*) *N* macrinensem *A* macedoniensem *R* 3 uestrae *om.* *N* congregatam plebem *R* 4 commiscuisse *R* 5 consilii, *m. 2* concilii *P* uestris episcopi (*m. 2* episcopis) *C* episcopis uestris *R* *edd.* facti, *m. 2* facta *C* 9 dic* , *corr.* dic̃* *M* ad *om.* *PL* machariam *M* 13 ipse *R* 14 uno] uno enim *R* sed uno *PL* *edd.* 15 neminem] minime *R* 16 se* (*fuit* d) tamen *C* s; (*m. 2* se) tamen *P* tamen se *R* traditoribus, *m. 2* traditorum *P* 18 ista omnia ipsum esse *R* 20 hec *m. 1* *supra paruam ras.* *N* 23 scripturam *L* 25 sacrilegum sentire est *R*

peccatis in eius unitate maculatur, frustra filii mali iustos uos dicitis, exitum uestrum non abluitis, non purgatis.

XI 46 'Cur ergo', inquis, 'nos quaeritis? cur sic suscipitis, quos haereticos dicitis?' uide, quam facile breuiterque respondeam. quaerimus uos, quia peristis, ut de inuentis gaudeamus, de quibus perditis dolebamus; haereticos autem uos dicimus, sed antequam ad pacem catholicam conuertamini, antequam errore, quo inretiti estis, exuamini; cum autem transitis ad nos, prius utique relinquitis, quod eratis, ne ad nos haeretici transeatis. 'baptiza ergo me,' inquis. facerem, si baptizatus non esses aut si Donati uel Rogati, non Christi baptismo baptizatus esses. non sacramenta Christiana te faciunt haereticum sed praua dissensio. non propter malum. quod processit ex te, negandum est bonum, quod remansit in te, quod malo tuo habes, si non ibi habes, unde est bonum, quod habes. ex catholica enim ecclesia sunt omnia dominica sacramenta, quae sic habetis et datis, quem ad modum habebantur et dabantur etiam prius, quam inde exiretis. non tamen ideo non habetis, quia ibi non estis, unde sunt, quae habetis. non in uobis mutamus, in quibus nobiscum estis; in multis enim estis nobiscum; nam et de talibus dictum est: Quoniam in multis erant mecum; sed ea corrigimus. in quibus nobiscum non estis, et ea uos hic accipere uolumus. quae non habetis illic, ubi estis. nobiscum autem estis in baptismo, in symbolo, in ceteris dominicis sacramentis. in spiritu autem unitatis et uinculo pacis, in ipsa denique

1 cf. p. 482, 13—14  22 Ps. 54, 19  26 Eph. 4, 3

1 in unitate eius *R*  2 uos esse dicitis *L*  4 hereticos esse dicitis *R*  6 uos esse dicimus *edd.*  7 conuertimini *A*  8 errorē *L*  10 me ergo *C*  11 si uel rogati uel donati *R*  uel] aut *C*  13 faciunt te *edd.*  discensio *C*  non enim propter *R*  14 bonum est *N*  19 habet *A*  20 mutamus in uobis *R*  in quibus (*parua ras.*) *P*  22 quoniam *om.* *C* quoniam et *L*  sed et ea (et *exp.*) *P*  23 uos ea *R*  24 illic habetis *R*  in baptismo et in simbolo *R*  26 autem *om.* *C*  et in uinculo *R*

catholica ecclesia nobiscum non estis. haec si accipiatis, non tunc aderunt, sed tunc proderunt, quae habetis. non ergo, sicut putatis, suscipimus uestros, sed suscipiendo efficimus nostros, qui recedunt a uobis, ut suscipiantur a nobis, et, ut incipiant esse nostri, prius esse desinunt uestri. nec nobis coniungi compellimus operarios erroris, quem detestamur, sed ideo nobis illos homines coniungi uolumus, ne hoc sint, quod detestamur.

47 'Sed baptizauit', inquis, 'post Iohannem Paulus apostolus'. numquid post haereticum? aut si forte audes illum amicum sponsi haereticum dicere et in unitate ecclesiae non fuisse, uolo et hoc scribas. si autem hoc dementissimum est uel sentire uel dicere, iam tuae prudentiae est considerare, quare post Iohannem Paulus apostolus baptizauerit. si enim post aequalem, omnes post uos baptizare debetis; si post maiorem, debes et tu post Rogatum; si post minorem, debuit post te Rogatus, cum presbyter baptizasses. si autem baptismus, qui nunc datur, ideo pariter ualet in eis, quibus datur, quamuis sint inparis meriti, per quos datur, quia Christi est, non eorum, a quibus ministratur, puto, quod iam intellegas ideo Paulum dedisse quibusdam baptismum Christi, quia Iohannis baptismo fuerant baptizati, non Christi; Iohannis quippe ille baptismus dictus est, sicut multis locis diuina scriptura testatur, quod et ipse dominus dicit: Baptismus Iohannis unde erat? de caelo an ex hominibus?

6 I Mach. 3, 6  9 Act. 19, 1—5  10 Ioh. 3, 29  24 Matth. 21, 25

1 ecclesia catholica *C*  non estis nobiscum *M*  3 suscipitis, *corr. m. 1* suscipimus *M*  5 desinunt esse *edd.*  desinant, *corr.* desinunt *L*  uobis *R*  6 quem] quos *L*  7 sed—detestamur *in fine p. om. M*  10 eum *R*  12 et] ut *L*  hoc *om. AN*  14 paulus apostolus post iohannem *R*  sic *A*  16 post te] poste *C*  18 parum, *m. 1 supra* ł pariter *R*  19 imparis meriti sint *N*  per quod, *m. 2* per quos *P*  christus, *m. 1 corr.* christi *A*  20 a *om. MA*  ministratur] datur *L*  21 quibusdam dedisse *R*  22 non] et non *R*  23 baptismus ille *edd.*  dictus *ras. ex* ductus *R*  sicut in multis *RL*  scriptura diuina *C*

baptismus autem, quem dedit Petrus, non erat Petri sed Christi et, quem dedit Paulus, non erat Pauli sed Christi et, quem dederunt, qui tempore apostolorum non caste sed per inuidiam Christum adnuntiabant, non erat eorum sed Christi et, quem dederunt, qui tempore Cypriani fundos insidiosis fraudibus rapiebant, usuris multiplicantibus faenus augebant, non erat eorum sed Christi. et quia Christi erat, ideo, quamuis non per aequales daretur eis, tamen, quibus dabatur, aequaliter proderat. nam si tanto melius quisque baptizatur, quanto a meliore fuerit baptizatus, non recte gratias agit apostolus, quod neminem Corinthiorum baptizauerit nisi Crispum et Gaium et Stephanae domum; tanto enim melius baptizarentur, quanto erat Paulus melior, si ab ipso baptizarentur. denique cum dicit: Ego plantaui, Apollo rigauit, uidetur significare se euangelizasse, illum baptizasse. numquid melior Apollo quam Iohannes? cur ergo post istum non baptizauit, qui post Iohannem baptizauerat, nisi quia iste baptismus per quemlibet datus Christi erat, ille autem per quemlibet datus, quamuis Christo uiam praepararet, tamen Iohannis erat?

48 Inuidiose dici uidetur: 'Post Iohannem baptizatum est et post haereticos non baptizatur'; sed potest et hoc inuidiose dici: 'Post Iohannem baptizatum est et post ebriosos non baptizatur'. melius enim hoc uitium commemoro, quod nec occultare possunt, in quibus regnat, et, quam multi ubique sint, quis uel caecus ignorat? et tamen inter opera carnis, quae qui agunt, regnum dei non possidebunt, etiam hoc

3 Phil. 1, 15; 17 5 Cypr. de lapsis c. 6 p. 241, 3—4 ed. Hartel. 11 I Cor. 1, 14—16 14 I Cor. 3, 6

2 dedit—3 quem *om.* *N* 4 erat *om.* *A* 5 *ante* fundos *ras.* *1—2 l.* *A* 8 tamen a quibus *L* 10 a *om.* *AN* melior *N* fuerat (*m. 2* fuerit) baptizatus *C* est qui baptizat *N* 11 egit *C* 12 gagium *A* staphanae *P* 14 illo *R* 16 cur ergo non post ipsum baptizauit *R* 18 erat christi *M* 19 praeparararet *N* 24 hoc uitium enim *punctis corr.* *M* 25 sint ubique *C* 26 sunt, *corr. m. 1* sint *M* 27 qui *om.* *A*

ponit apostolus, ubi etiam haereses enumerat: Manifesta, inquit, sunt opera carnis, quae sunt fornicationes, inmunditiae, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, animositates, dissensiones, haereses, inuidiae, ebrietates, comissationes et his similia, quae praedico uobis, sicut praedixi, quoniam, qui talia agunt, regnum dei non possidebunt. hac ergo ratione, quamuis baptizatum sit post Iohannem, non baptizatur post haereticum, qua ratione, quamuis baptizatum sit post Iohannem, non baptizatur post ebriosum, quoniam et haereses et ebrietates in eis operibus sunt, quae opera qui agunt, regnum dei non possidebunt. nonne tibi uidetur quasi intolerabiliter indignum, ut, cum baptizatum fuerit post eum, qui non sobrie uinum bibens sed uinum omnino non bibens regno dei uiam parauit, non baptizetur post ebriosum, qui regnum dei non possidebit? quid hic respondetur, nisi quia ille baptismus erat Iohannis, post quem Christi baptismo baptizauit apostolus, iste autem baptismus Christi est, quo baptizauit ebriosus? inter Iohannem et ebriosum a contrario multum interest; inter baptismum Iohannis et baptismum Christi non a contrario sed tamen multum interest. inter apostolum et ebriosum multum interest; inter baptismum Christi, quem dedit apostolus, et baptismum Christi, quem dedit ebriosus, nihil interest. sic inter Iohannem et haereticum a contrario multum interest et inter baptismum

1 Gal. 5, 19—21

1 ponat *P* (*m. 2* ponit) *L*   manifesta] manifesta autem *edd. sec. sacr. litt.*   2 sunt inquit *L*   3 inmundicia *L sec. sacr. litt.* inuidiae *R*   luxuriae *PN*   4 animositatis *C*   5 inuidiae immunditiae ebrietates *R*   9 non post baptizatur post *A* non baptizatum est post *N*   11 quoniam hereses *P*   12 his *R*   15 uiā ñ parauit (iā ñ *exp.*) *M*   18 per; *corr. m. 1* post *N*   19 quod *M*   baptizat *N*   21 christi et baptismum iohannis *P edd.*   23 *post* Christi *ras. unius fere u.* (*24—26 l.*) *R*   dat *N*   24 inter] interest inter *L*   25 a contrario multum interest et *om., m. 2* et *s. u. add. L*   multum a contrario *R*   et *om. C*

Iohannis et baptismum Christi, quem dat haereticus, non a contrario sed multum interest; inter baptismum autem Christi, quem dedit apostolus, et baptismum Christi, quem dat haereticus, nihil interest. agnoscitur enim sacramentorum species aequalis, etiam cum magna differentia est in hominum meritis.

49 Sed da ueniam; erraui, quando te uolui de ebrioso baptizante conuincere; exciderat mihi cum Rogatista me habere *rem,* non cum qualicumque Donatista. potes enim tu in tam paucis collegis tuis et in omnibus clericis uestris nullum inuenire forsitan ebriosum. uos enim estis, qui non ex totius orbis communione sed ex obseruatione praeceptorum omnium diuinorum atque omnium sacramentorum tenetis catholicam fidem, in quibus eam solis inuenturus est, cum uenerit filius hominis, quando non inueniet fidem in terra, quia nec terra estis nec in terra, sed caelestes in caelo habitatis! nec adtenditis nec timetis, quia deus superbis resistit. humilibus autem dat gratiam? nec uos euangelii locus ipse compungit, ubi dominus ait: Cum uenerit filius hominis, putas inueniet fidem in terra? continuo quippe tamquam praesciens nonnullos sibi superbe adrogaturos hanc fidem dixit ad quosdam, qui sibi iusti uidebantur et spernebant ceteros, similitudinem hanc:

14 Luc. 18, 8 17 Iac. 4, 6 19 Luc. 18, 8 22 Luc. 18. 9—10

1 et baptismum] et inter baptismum *L edd.* 3 Christi *om. C* 4 enim] autem *C* sacramentum *C* 5 aequalis est etiam *L* •in (*fuit* ı) *M* 7 uolui te *R* 8 me habere *codd. a* me rem habere *cett. edd.; scripsi* me habere rem (*cf. Plaut. Bacch. 564* quibuscum haberes rem; *Merc. 534* habet rem tecum) 9 cum *om. L* tu• *M* tui (i *exp.*) *P* tam *in ras. m. 1 M* 13 omnium *om. N* tenetis• *N* 14 ea *A* filius hominis cum uenerit *R* 15 quando] quod *M* quia—in terra *om., m. 1 in inf. marg. add. N* 16 caelis *R* habitantes *A* nec timetis nec attenditis *edd.* 17 superbis deus *R* deus *om. N* 18 locus euangelii *R* 20 super terram *R* 21 arrogat u•ros (i *eras.*) *m. 2 coniunctum M* 22 dicit *L* quosdam] quos. *MA* iusti uidebantur sibi *R*

Duo quidam ascenderunt in templum orare, unus Pharisaeus et alter publicanus et cetera. iam tibi, quae sequuntur, ipse responde. inspice tamen diligentius ipsos paucos uestros, utrum nullus illic baptizet ebriosus. tam enim late uastat animas haec pestilentia et tanta libertate dominatur, ut multum mirer, si non etiam uestrum gregiculum penetrauit, quamuis ante ipsum aduentum filii hominis, unius boni pastoris, iam uos oues ab haedis separasse iactetis.

II 50 Audi sane per me uocem dominicorum frumentorum in area dominica usque ad ultimam uentilationem inter paleam laborantium per totum scilicet mundum, qua deus uocauit terram a solis ortu usque ad occasum, ubi etiam laudant pueri dominum: Quicumque uos ex occasione legis huius imperialis non dilectione corrigendi sed inimicandi odio persequitur, displicet nobis. et quamuis res quaeque terrena non recte a quoquam possideri possit nisi uel iure diuino, quo cuncta iustorum sunt, uel iure humano, quod in potestate est regum terrae, ideoque res uestras falso appelletis, quas nec iusti possidetis et secundum leges regum terrenorum amittere iussi estis, frustraque dicatis: 'Nos eis congregandis laborauimus', cum scriptum legatis: Labores impiorum iusti edent, sed tamen quisquis ex occasione legis huius, quam reges terrae Christo seruientes ad emendandam uestram

7 Ioh. 10, 11; 16 8 Matth. 25, 32—33 9 Matth. 3, 12 11 Ps. 49, 1 13 Ps. 112, 1 21 Prou. 13, 22; 25

1 quidam] quippe *C* ascendebant *P* ut orarent *R sec. Vulg.* 2 et cetera *om.* *R* iam] ita *L* tibi *om.* *A* 4 illic] hic *C* ebriosos, *m. 2* ebriosus *P* 5 haec pestilentia animas *edd.* 7 penitraū, *m. 2* penitrauit *C* 8 iactatis *R* 9 frumentorum] sr̄um tuorum *P* 10 are, *corr.* (*m. 1?*) area *M* ultimum *A* 11 quia *Rm* 12 hoc casum *C* 13 pueri laudant *R edd.* dominum] nomen domini *R* 14 inimitandi *A* 15 dispicet, *m. 2* displicet *R* 16 a quoquam non recte *R* uel *om.* *L* aut *R* 17 * sunt (ē *eras.*) *M* 18 regum est *R edd.* terrenorum *L* appelletis] amplectitis *L* 19 terrae *L* 20 ammittere *C* 22 sed *del. m. 2 P* huius legis *edd.* 23 de emendanda uestra impietate *A* ad *in ras. m. 1 M* emendam, *m. 2* emendandam *P*

impietatem promulgauerunt, res proprias uestras cupide appetit, displicet nobis. quisquis denique ipsas res pauperum uel basilicas congregationum, quas sub nomine ecclesiae tenebatis, quae omnino non debentur nisi ei ecclesiae, quae uera Christi ecclesia est, non per iustitiam sed per auaritiam tenet, displicet nobis. quisquis pro aliquo flagitio uel facinore proiectum a uobis ita suscipit, sicut suscipiuntur, qui excepto errore, quo a nobis separamini, sine crimine apud uos uixerunt, displicet nobis. sed nec facile ista monstratis et, si monstretis, nonnullos toleramus, quos corrigere uel punire non possumus; neque propter paleam relinquimus aream domini neque propter pisces malos rumpimus retia domini neque propter haedos in fine segregandos deserimus gregem domini neque propter uasa facta in contumeliam migramus de domo domini.

XIII 51 Tu autem, frater, quantum mihi uidetur, si uanam gloriam hominum non adtendas et insensatorum contemnas opprobrium, qui dicturi sunt: 'Quare modo?' sine dubio transies ad ecclesiam, quam ueram sentire te intellego. nec huius sententiae tuae testimonia longe peto. tu ipse in eiusdem epistulae tuaè principio, cui nunc respondeo, haec uerba posuisti: 'Cum optime', inquis, 'te nouerim longe adhuc a fide Christiana sepositum et studiis olim deditum litterarum quietis et honestatis fuisse cultorem cumque postea conuersus ad Chri-

11 Matth. 3, 12 12 Matth. 13, 47—48 13 Matth. 25, 32—33 14 II Tim. 2, 20

1 appetat *P* 2 dispicet, *m. 2* displicet *R* res ipsas *R* 4 christi uera *M* 5 aecclesiae, *m. 2* aecclesia *C* dispicet, *m. 2* displicet *R* 6 proiectus a uobis ita suscipitur *L* 9 dispicet, *m. 2* displicet *R* ista facile *L* 10 monstratis, *corr. m. 1* monstretis *M* 11 linquimus *R* 13 nec *L* finē *L* 16 hominum gloriam *R* 18 quare sine dubio modo *R* quare modo destruis quae prius aedificabas sine dubio *lrm; cf. Hier. 45, 4* 19 nec] haec *L* 20 longe] lege *L* ipse] uel ipse idem *C* ipse enim *R* quippe *edd.* tuae epistulae *C edd.* 21 nunc] non *M* (*m. 1? supra* nunc) *AR* 22 nouerim te *R edd.*

stianam fidem, ut ex multorum relatione cognoui, disputationibus legalibus operam dares'. certe si tu ad me illam epistulam misisti, haec uerba tua sunt. cum ergo fatearis me conuersum ad Christianam fidem, cum ego nec ad Donatistas nec ad Rogatistas conuersus sim, sine ulla dubitatione confirmas et praeter Rogatistas et praeter Donatistas esse Christianam fidem. haec ergo fides, sicut dicimus, in omnibus gentibus dilatatur, quae secundum dei testimonium in semine Abrahae benedicuntur. quid igitur adhuc dubitas tenere, quod sentis, nisi quia id, quod non sentis, uel aliquando sensisse uel aliud defendisse confunderis, et, dum erubescis corrigere errorem, non erubescis permanere in errore, quod utique potius erubescendum fuit?

52 Hoc est illud, quod scriptura non tacuit: Est confusio adducens peccatum et est confusio adducens gratiam et gloriam. confusio adducit peccatum, cum erubescit quisque prauam mutare sententiam, ne aut inconstans putetur aut diu errasse se ipso indice teneatur; ita descendunt in infernum uiuentes, id est suam perditionem sentientes, quos Dathan et Abiron et Core hiatu terrae absumpti tanto ante futuros figurauerunt. confusio autem adducit gratiam et gloriam, cum erubescit quisque de propria iniquitate et paenitendo in melius commutatur, quod te facere piget illa perniciosa confusione superatum, ne tibi

8 Gen. 22, 18   14 Eccli. 4, 25   19 Ps. 54, 16   20 Num. 16, 31—33

1 relatione multorum *L*   conlatione, *corr.* (*m. 1?*) relatione *M*   relationem (m *eras.*) *P*   2 dares et certe *R*   3 misisti epistulam *R*   4 ergo *M*   5 rogastas *M*   sum *A*   7 sicut] ut *R*   diximus *L*   9 benedicantur *L*   10 id *om. A*   quod nunc sentis uel aliquando non sensisse *Rlrm*   11 aliud] diu *L*   12 in errore permanere *R*   in errorem *C*   14 illud *om. PR*   ꝗ *C*   18 aut *om. A*   diuersasse, *corr. m. 1* diuerrasse, *m. 3* diu errasse *A*   diuersus a se *lr*   iudice *L edd.*   19 id est] idē *MC*   21 absumpsit, *m. 2* absumptos, *m. 3* absumpti *M*   consumpti *A*   assumpti *L*   absorpti *edd.*   22 perducit ad gratiam *R*   quisque erubescit *R*   23 commitatur (*sic !*) *C*

ab hominibus nescientibus, quid loquantur, obiciatur apostolica illa sententia: Si enim, quae destruxi, haec eadem iterum aedifico, praeuaricatorem me ipsum constituo. quae si dici posset etiam in eos, qui ueritatem correcti praedicant, quam peruersi oppugnabant, in ipsum Paulum primitus diceretur, in quo ecclesiae Christi magnificabant deum audientes, quod euangelizaret fidem, quam aliquando uastabat.

53 Nec quemquam putes ab errore ad ueritatem uel a quocumque seu magno seu paruo peccato ad correctionem sine paenitentia posse transire. sed nimis inpudens error est hic uelle calumniari ecclesiae, quam tot diuinis testimoniis esse constat ecclesiam Christi, quod aliter tractat illos, qui eam deserunt, si hoc ipsum paenitendo corrigant, aliter illos, qui in ea nondum fuerunt et tunc primum pacem eius accipiunt, illos amplius humiliando, istos lenius suscipiendo, utrosque diligendo, utrisque sanandis materna caritate seruiendo. habes epistulam prolixiorem fortasse, quam uelles. esset autem multo breuior, si te tantum in respondendo cogitarem; nunc uero, etiam si tibi nihil prosit, non puto nihil eis profuturam, qui eam legere cum dei timore et sine personarum acceptione curauerint. amen.

2 Gal. 2, 18 6 Gal. 1, 23—24

1 ominibus *C* quod *C* obiciantur (n *exp.*) *M* illa apostolica *PRL* (*corr.* apostolica illa) *edd.* 2 destruxisti *A* haec eadem] prius haec *R* eadem *m* 3 aedificio (*postr.* i *exp.*) *P* 5 praedicabant *L* peruersio oppugnabant *C* 6 diceretur primitus *M* dicetur *A* 11 impudens nimis *R* hic, *corr. m. ut uid. 1* huic (*sic!*) *M* hinc *N* *edd.* 12 ecclesiam *edd. praeter a* constat esse *edd.* 13 quod] quae *L* 14 corrigat, *corr. m. 1* corrigant *M* nondum in ea *R* 15 eius pacem *R edd.* 16 istos autem lenius *R* 21 legere] digere. *m. 2* diligere *A* acceptione... (*ras. 2—3 l.*) *M* 22 amen *om. CL*

## XCIV.

SANCTO DOMINI BEATISSIMO ET UNICE NOBIS UNANIMO AC VENERABILI ET DESIDERABILI PATRI FRATRI MAGISTRO AUGUSTINO EPISCOPO PAULINUS ET THERASIA PECCATORES.

1 Lucerna semper est pedibus meis uerbum tuum et lumen semitis meis. ita quotienscumque litteras beatissimae sanctitatis tuae accipio, tenebras insipientiae meae discuti sentio et quasi collyrio declarationis infuso oculis mentis meae purius uideo ignorantiae nocte depulsa et caligine dubitationis abstersa. quod cum saepe alias per munera epistularum tuarum mihi donatum senserim, tum praecipue isto recentium litterarum libello, cuius mihi tam gratus quam dignus portitor fuit uir benedictus domini frater noster Quintus diaconus, qui longo quidem, posteaquam ad urbem uenerat, interuallo, cum eo iuxta sollemnem meum morem post pascha domini pro apostolorum et martyrum ueneratione uenissem, benedictionem oris tui reddidit nobis. uerum tamen oblitterato, quod nesciente me Romae consumpserat, tempore recentissimus mihi uisus est a conspectu tuo,

5 Ps. 118, 105  8 Apoc. 3, 18

*P* = *cod. Parisinus 11641 s. VI; deest finis epistulae a p. 505, 15* etiam haec
$P^1$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1672 s. IX.*
*E* = *cod. Cheltenhamensis 2173 s. X.*
*V* = *cod. Vaticanus 495 s. XV.*
*U* = *cod. Vaticanus 499 s. XV.*
*(Paulini Nol. opera ed. Hartelius I p. 379—387.)*
*Louanienses hanc epistulam in uno Vaticano exemplari (495) repertam primi ediderunt.*

2 domino *s r; cf. u. 13 et p. 513, 23* unianimo *P* 3 et desiderabili *om. EVU edd.* 4 tyrasia $P^1$ 8 delectationis *VU l s r* 9 prius *$P^1$VU l r* nocte] mente *PE* 10 per munere *PE* 12 praecipuo *VU l s r* 13 grauatus $P^1$ portior *PE* domino *PE Hartel.* 14 ad orbem, *corr.* ad urbem *P* ab urbe *$P^1$U* 17 uenerationem $P^1$ 18 nescientem me *E* consumpseram *$P^1$U* 19 tempore] tempore me *E*

ita ut tunc statim eum a te mihi uenisse crederem, cum primum uidebam et cum mihi plenum odorem suauitatis tuae in eloquiis tuis caelestis unguenti castitate fragrantibus offerebat. fateor tamen uenerandae unanimitati tuae non potuisse me uolumen ipsum statim, ut acceperam, Romae legere; tantae enim illic turbae erant, ut non possem munus tuum diligenter inspicere et eo, ut cupiebam, perfrui, scilicet ut perlegerem iugiter, si legere coepissem. itaque, ut fieri solet, secura expectatione conuiuii praeparati auidae licet mentis esuriem refrenaui et spe certa capiendae saturitatis, cum in manu tenerem panes desiderii mei in uolumine deuorando, quod postea uoranti mihi et in ore et in uentre dulcissimum fuit, inhiantem in fauos litterarum tuarum gulam facile suspendi, donec urbe proficiscerer et interponendum ad itineris statiua diem, quem in oppido Formiano habuimus, totum huic operi manciparem, ut in deliciis epistulae tuae spiritalibus ab omni faece curarum et suffocatione turbarum liber epularer.

2 Quid ergo humilis et terrenus respondeam ad hanc sapientiam, quae data est tibi desuper, quam mundus hic non capit et quam nemo sapit nisi sapientia dei sapiens et uerbo dei eloquens? itaque quia experimentum habeo Christi in te loquentis, in deo laudabo sermones tuos et non timebo a timore nocturno, quia docuisti me in spiritu ueritatis salubre moderandi in occiduis mortalibus animi

2 Gen. 8, 21 3 Cant. 1, 2 13 Cant. 4, 11 20 Ioh. 14, 17 22 II Cor. 13, 3 23 Ps. 55, 5; 11; 90, 5

1 crederem] uix crederem *VU edd.* 2 primo *U* dolorem *PE* 3 flagrantibus *codd.* 4 unanimitate *P* 6 tuus *E* 9 scilicet *P*1*VUlsr* 12 et ore et in uentre *E* dulcissimus *PP*1*E* 13 iniante *P*1 fabos, *m. 2* fauos *P*1 gu..lam (*parua ras.*) *P*1 gylam *PE* 14 ad *om. PP*1*E* 15 statiba, *m. 2 in marg.* statuebam *P*1 17 turbarum] curarum, *corr. m. ut uid. 1* turbarum *P*1 20 hic mundus *VU edd.* 21 quam] qua *P*1*VU lsr* d* uerbo (*fuisse uid.* o; *m. 2 in marg.* di *P*1 deo uerbo *V* (*m. 2 supra* al dei) *U* dei uerbo *edd.* 22 Xp̄i *ras. ex* Xp̄m *E* 23 tuos *om. U* 25 salubre] saluare *P*1*VU lsr* acciduis *P*1

temperamentum, quo et illam beatam matrem et auiam Melanium fleuisse carnalem obitum unici filii taciturno quidem luctu non tamen sicco a maternis lacrimis dolore uidisti. cuius quidem modestas et graues lacrimas sicut propior uel aequalior animae eius spiritus altius intellexisti et perfectae in Christo feminae salua uirilis animi fortitudine cor maternum de cordis tui similitudine melius ex aequo statu contemplatus es, ut eam primum pro naturali affectione permotam deinde causa potiore compunctam fleuisse perspiceres non tam illud humanum, quod unicum filium condicione mortali functum in praesenti saeculo amisisset, quam quod propemodum in saeculari uanitate praeuentum, quia necdum illum deseruerat senatoriae dignitatis ambitio, non iuxta sanctam uotorum suorum auaritiam cogitaret adsumptum, ut de conuersationis gloria transisset ad gloriam resurrectionis communem cum matre requiem coronamque capturus, si in huius saeculi uita matris exemplo saccum togae et monasterium senatui praetulisset.

3 Verum tamen idem uir, ut et antea rettulisse me puto sanctitati tuae, his operibus locupletatus abscessit, ut maternae humilitatis nobilitatem si ueste non gesserit, mente praetulerit. ita enim secundum uerbum domini *mitis* moribus fuit *et humilis corde*, ut non inmerito credatur introisse in requiem domini, *quoniam sunt reliquiae homini pacifico et mansueti possidebunt terram placentes deo in*

22 Matth. 11, 29  23 Hebr. 3, 11; 18; 4, 1; 3; 10—11  24 Ps. 36, 37  25 Matth. 5, 4; Ps. 114, 9

1 quod *E*  abia, *m. 2* auia $P^1$  2 Melaniam *edd.*  fleuissē $P^1U$  carnale in obitum *E*  3 lucto *E* fletu *U*  dolere $P^1$  4 proprior *PEVU ls*  6 animis *E*  7 aequo] quo et *U*  statu] ista tu $P^1$  8 naturale *PE*  9 perspicere *E*  10 condicioni *PE*  defunctum $P^1VU$ *edd.*  12 illu, *corr. m. 1* illum $P^1$  14 conuersionis $P^1VU$ *edd.*  19 retulissem exuto sanctitati tuae $P^1$ retulissem ex uoto sanctitatis tuae *VU* retuli ex uoto sanctitatis tuae *l s r*  21 mente] tamen mente $P^1VU$ *edd. Hartel.*  22 enim *om. E*  24 hominum *PE*  25 placente, *m. 2* placentes *V*

regione uiuorum. nam certe et illud apostoli non solum tacito mitis affectu sed et conspicuis religiosus impleuit officiis, ut, cum esset altorum huius saeculi in ordine et honore collega, non tamen ut gloriosus terrae alta saperet, sed ut Christi perfectus imitator humilibus consentiret et tota etiam die misereri et commodare persisteret. unde et semen eius potens in terra factum est inter eos, qui dei fortes terrae nimium eleuati sunt, ut etiam de beatissima familiae ac domus eius uisitatione sanctum hominis meritum reueletur. generatio, inquit, rectorum benedicetur; gloria non caduca et diuitiae non labentes in domo eius, domo, quae aedificatur in caelis non labore manuum sed operum sanctitate. sed cesso plura de memoria tam dilecti mihi quam deuoti Christo hominis enarrare, cum et pristinis litteris non pauca super eo narrasse me repetam et nihil possim de beata huius filii matre et sanctorum pari radice ramorum Melanio melius aut sanctius praedicare, quam sanctitas tua in eam profari et disputare dignata est, ut, quia ego peccator inmunda labia habens nihil dignum loqui potueram ut longinquus a meritis fidei eius animaeque uirtutibus, tu ille uir Christi, doctor Israhel in ecclesia ueritatis, procurante in melius dei gratia parareris dignior tam uirilis in Christo animae praedicator, qui et mentem eius

4 Rom. 12, 16 6 Ps. 36, 26 7 Ps. 111, 2 8 Ps. 46, 10 10 Ps. 111, 2—3 19 Es. 6, 5

1 solum *om.* *E* 2 mitis] mentis *VU edd.* affectu|||| (*parua ras.*) $P^1$ conspicuus religiosis *VU* conspicuis religiosis *lsr* 3 ut] et $P^1$*VUls* 4 sapere *E* 6 et *om.* *PE* etiam] enim *PE* miserere *PE* 8 dei *om.* *VU lsr* dī *PE* dō $P^1$ dii *m* terrae fortes *VUlsr* 9 uisitatine, *corr.* uisitatione *P* 10 generatione $P^1$ 12 domus quae $P^1$*VUlsr* 13 manuum] hominum *E* plura de] plurima de *P* pluri. plurima de *E* de plura de $P^1$ pluria de *Hartel.* 14 renarrare $P^1$ 15 eos $P^1$*V*; *in U* s *post* eo *eras. uid.* reputem *m* 16 possum *U* pari] patri $P^1$ patre *VUlsr* 17 ramorum] romanorum *E* Melanium *m* (*Migne* Melania) 18 ut *om.* *E* 19 inmunda labia] inmundabilia *E* 21 tu *om.* *PE* Israhel *spatio 6 l. relicto om.* *VU* Israhel *om.* *lsr* 23 et qui *m*

diuina uirtute firmatam, ut dixi, spiritu propiore conspiceres et mixtam cum uirtute pietatem eloquio digniore laudares.

4 Quae uero post resurrectionem carnis in illo saeculo beatorum futura sit actio, tu me interrogare dignatus es. at te ego de praesenti uitae meae statu ut magistrum et medicum spiritalem consulo, ut doceas me facere uoluntates dei, tuis uestigiis ambulare post Christum et mortem istam euangelicam prius emori, qua carnalem resolutionem uoluntario praeuenimus excessu non obitu sed sententia recedentes ab huius saeculi uita, quae tota temptationum uel, ut tu aliquando ad me locutus es, tota temptatio est. utinam ergo sic dirigantur uiae meae post uestigia tua, ut exemplo tuo soluens calciamentum uetus de pedibus meis disrumpam uincula mea et liber exultem ad currendam uiam, quo possim adsequi mortem istam, qua tu mortuus es huic saeculo, ut uiuas deo Christo uiuente in te, cuius et mors et uita in corpore tuo et corde et ore cognoscitur, quia non sapit cor tuum terrena nec os tuum loquitur opera hominum, sed uerbum Christi abundat in pectore tuo et spiritus ueritatis effunditur in lingua tua superni fluminis impetu laetificans ciuitatem dei!

5 Quae autem uirtus hanc in nobis efficit mortem nisi caritas,

7—10 = p. 507, 10—12 13 Ex. 3, 5; Ios. 5, 16; Act. 7, 33 17 Phil. 3, 19 18 Ps. 16, 4 19 Col. 3, 16 Ioh. 14, 17; 15, 26 20 Ps. 45, 5 22 Cant. 8, 6

1 firmatum $P^1$ firmatam—uirtute *om. E* propriore *P* 4 actio] actio nostra *$P^1$VU lsr* est (t *exp.*) *E* 5 a te ego $P^1$ at ego *PEVU edd. Hartel.; scripsi* at te ego statu *cum parua ras. super* u $P^1$ ut] et *$P^1$VU lsr* 6 consulo *om., m. 1 in marg. add.* consolo (*corr.* consulo) *P* consolo *E* uoluntatē* (s *eras.; ~ m. 2*) $P^1$ 7 tuis, *corr.* tuisque *V* tuisque *edd.* mortem (*postr. l. exp.*) ista euangelica *P* morte ista euangelica *Em; cf. p. 507, 10; 28* 8 qui *E* quam *V lsr; cf. p. p. 507, 11* 9 peruenimus, *m. 2* perueniamus *V* perueniamus *lsr; cf. p. 507, 11* obitus $P^1$ 10 temptationum] temptationum plena *VUlsr* uel ut] uelut *E* 13 de] a *$P^1$VU lsr* 14 currendum *m* 16 Christo] in christo *$P^1$VU edd.* 18 opera *om. E* 20 impletū $P^1$

quae fortis est ut mors? sic enim oblitterat nobis et perimit hoc saeculum, ut impleat mortis effectum per affectum Christi, in quem conuersi auertimur ab hoc mundo et cui uiuentes morimur ab elementis huius mundi nec tamquam uiuentes in eorum conspectu usuque decernimus, quia portio nostra mors Christi est, cuius a mortuis resurrectionem non adprehendimus in gloria, nisi mortem eius in cruce mortificatis membris et sensibus carnis imitemur, ut iam non nostra uoluntate uiuamus sed illius, cuius uoluntas sanctificatio nostra est et qui ideo pro nobis mortuus est et resurrexit, ut iam non nobis sed illi uiuamus, qui pro nobis mortuus est et resurrexit et dedit nobis pignus repromissionis suae spiritu suo, sicut pignus uitae nostrae posuit in caelis in corpore suo, quod est corporis nostri. unde nunc expectatio nostra dominus est et substantia, quae ab ipso facta est, apud ipsum et in ipso et per ipsum est, qui conformatus est corpori humilitatis nostrae, ut nos conformaret corpori gloriae suae et secum in caelestibus conlocaret. propterea et qui digni fuerint uita aeterna, erunt olim in gloria regni eius, ut cum ipso sint, sicut apostolus ait, et cum ipso maneant, sicut et ipse dominus ad patrem dixit: Volo, ut, ubi ego
6 sum, et illi sint mecum, sine dubio illud, quod in psalmis habes: Beati, qui habitant in domo tua; in saecula

4 Col. 2, 20  9 I Thess. 4, 3  10 II Cor. 5, 15  12 II Cor. 1, 22; 5, 5  14 Ps. 38, 8  20 I Thess. 4, 16  21 Ioh. 17, 24  23 Ps. 83, 5

1 oblicterat *V* (erat *in ras. m. 2*) *U*  2 per*imit (h *eras. uid.*) *E*  effectu *E*  5 uisuque *VU edd.*  decernimur $P^1$*VUlsr*  6 a mortuis] amor tuis *E*  11 pro *om. E*  12 est *om. E*  et dedit *om. E*  repromissionis—pignus *om.*, *in marg. m. 1 add. P*  14 est] est caput *VU edd.*  15 est facta *U*  16 et per ipsum est] et per ipsum (*supra u.* est *m. 1 add. sed. del.*) *P*  per ipsum est (*om.* et) $P^1$*VU lsr*  et per ipsum (*om.* est) *m*  17 corpore *P* (*corr.* corpori) *E*  humilitatis—corpori *om. VUlsr*  corpore *P* (*corr.* corpori) *E*  18 suae et] suae ut *V* (*in ras.*) *U lsr*  19 erunt *om.* *P*$P^1$*E Hartel.*  olim *om. VU edd.*  21 sicut ipse *E*  22 illud] hoc illud est *VU edd.*

saeculorum laudabunt te. puto autem hanc laudationem uocibus concinentium esse promendam, etsi inmutabuntur sanctorum resurgentium corpora, ut sint sicut et domini corpus post resurrectionem apparuit, in qua utique resurrectionis humanae uiua imago praefulsit, ut dominus ipse, qui in corpore ipso, quo passus fuerat, et resurrexerat, quasi speculum contemplationis omnibus fuerit. qui utique cum in eadem carne, qua mortuus et sepultus fuerat, et resurrexisset, omnium omnia officia membrorum expressa oculis et auribus hominum saepe conlatus exhibuit. quod si etiam angeli, quorum simpliciter spiritalis est creatura, linguas habere dicuntur, quibus utique laudes domino creatori canant et gratias referre non desinant, quanto magis hominum etsi spiritalia iam post resurrectionem corpora manentibus tamen glorificatae carnis omnibus membris et per omnia membra formis et numeris suis et linguas habebunt in oribus suis et linguis effantibus dabunt uoces, quibus diuinas laudes uel sensuum suorum gaudiorumque affectus per uerba depromant forte etiam hoc gratiae gloriaeque adposituro sanctis suis domino in saeculis regni sui, ut tanto potioribus linguis et uocibus canant, quanto ad beatiorem naturam corporum beata inmutatione profecerint, ut in corporibus iam spiritalibus constituti iam forsitan non humanis sed illis angelicis atque caelestibus, quales apostolus in paradiso audiuit, sermonibus eloquantur! et ideo forsitan homini ineffabiles eos sermones fuisse testatus est, quia sanctis inter alias praemiorum species

24 II Cor. 12, 4

2 promerendam *E* 4 in quo *P*[1]*VUlsr* 5 in *om. E* 8 et *om. VU edd.* 9 omnia *om. P*[1]*VUlsr* 10 conlatas *P*[1] collata *VU lsr* 12 cantant *P*[1]*VU edd.* 13 referri *PE* desinunt *VU edd.* et si] et *PE* 14 post resurrectione *P*[1] 16 linguis *E* oris *VU* 17 diuinas *om. E* 18 gaudiorum (*om.* que) *PE* effectus *PE* 19 apposituros *P*[1]*E* 21 ad beatiorem] abeatiorem *V* 22 mutatione *P*[1]*VUlsr* proficerint *PE* 24 audiuit in paradiso *P*[1]*VU edd.* 25 eloquantur (n *s. u.*) *P* ideo, *corr.* inde *V* inde *U lsr* homini *om. P*[1]*VUlsr*

iam nouae linguae parentur. quibus idcirco homines huius saeculi adhuc uti non licet, ut iam his gloriae suae congruentibus inmortales loquantur, de quibus dictum est: Etenim clamabunt et hymnum dicent procul dubio in caelestibus, ubi cum domino erunt et delectabuntur in abundantia pacis gaudentes in conspectu throni, mittentes ante pedes agni pateras et coronas et cantantes ei canticum nouum adgregati choris angelorum, Virtutum, Dominationum, Thronorum, ut et ipsi cum Cherubin atque Seraphin et quattuor illis animalibus uoce perpetua concinentes dicant: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaoth et reliqua, quae nosti.

7 Hoc est ergo, quod egenus et pauper ego ille insipiens et paruulus tuus, quem ut uerus sapiens ferre consuesti, rogo, ut me scientiam uel opinionem super hoc tuam doceas, quia scio te inluminatum spiritu reuelationis ab ipso duce et fonte sapientium, ut, sicut praeterita cognouisti et praesentia uides, ita etiam de futuris aestimes, quid censeas de his caelestium creaturarum uel etiam super caelos in conspectu altissimi agentium uocibus sempiternis, quibus tandem organis exprimantur. quamlibet enim apostolus dicendo: Si linguis angelorum loquar proprium quendam illos suae naturae uel, ut ita dixerim, gentis habere sermonem ostenderit tanto humanis sensibus et eloquiis altiorem, quanto ipsa angelorum creatura et statio mortalibus incolis et terrenis sedibus

4 Ps. 64, 14  5 I Thess. 4, 16; Ps. 36, 11  6 Apoc. 4, 6; 10; 5, 9  8 Col. 1, 16  9 Es. 6, 2—3; Apoc. 4, 8  16 Eph. 1, 17; Sap. 7, 15; Prou. 18, 4; Eccli. 1, 5  17 Sap. 8, 8  21 I Cor. 13, 1

1 parantur *VU edd.*  hominibus *VU edd.*  3 dictum est etenim *bis, alterum m. 2 del. P*[1]  7 canentes *VU edd.*  8 chroris *ex* thronis *P*  9 tronos *P*[1]  cherubin etque (*pr.* e *exp. m. ut uid. 1*) seraphin *E*  Cherubim et Seraphim *lsr* Cherubim atque Seraphim *m*  10 uoce perpetua concinentes *om. P*[1]*VUlsr*  14 consuisti *PE*  18 aestimes] quid aestimes *VU lsr*  20 gentium *PE*  21 quamuis *VU edd.*  23 ut *om. PE*  gentes *PE*  24 altiore *E*  25 et statio mortalius incolis *P*[1] et statio mortalibus in caelis *VUls* mortalibus et statio in caelis *r*

praestat, at tamen forsitan linguas angelorum pro generibus uocum atque sermonum dixerit, sicut et de charismatum uarietate disserens inter dona gratiarum numerat genera linguarum utique hoc in signo esse significans, quod multarum gentium sermone loqui singulis donaretur. sed et uox dei saepe ad sanctos emissa de nube ostendit posse loquelam esse sine lingua, si quidem lingua corporis membrum sit pusillum et magnum. sed forte ex hoc ipso, quia in hoc membro uocis officium deus posuit, etiam incorporeae angelorum creaturae sermones et uoces linguam uocauerit, sicut scriptura adsolet deo quoque secundum species operationum nomina adsignare membrorum. ora pro nobis et doce nos.

8 Frater noster carissimus et dulcissimus Quintus quam tarde ad nos remeat a uobis, tam cito a nobis ad uos redire festinat. instantiam uero eius in litteris exigendis etiam haec epistula lituris quam uersibus crebrior loquitur; commemorati exactoris nimiam festinationem scheda fecit; nam pridie Idus Maias uenit ad nos, ut rescripta peteret, et Idibus ante sextam dimitti obtinuit. uidete ergo, utrum eum commendauerim an accusauerim huius modi testimonio. forte enim, immo sine dubio laudabilis magis quam culpabilis iudicabitur, qui a tenebris, quod in comparatione uestri luminis sumus, iustissime refestinauit ad lucem suam.

2 I Cor. 12, 10; 28 7 Iac. 3, 5 22 I Petr. 2, 9

2 dix..it *V* dixit *l s r* de] in dei *VU* (*corr.* de) 3 ueritate *E* 6 ad scs *PE* loquellam (*altera* l *eras.*) $P^1$ loquillam *P* 7 membrorum $P^1$ *r* 8 quia sine hoc membro in quo est uocis *VU l s r* 9 possit $P^1$*VU l s r* incorpore $P^1$ in corpore *VU l s r* 10 creatore, *corr. m. ut uid. 1* creature *E* creare *VU l s r* 11 scriptum assolet *l s* scriptura solet *r m* queque *E* 13 et dulcissimus *om. PE* 14 ad..uos (*ras. 1—2 l*) $P^1$ 15 stantiam, *m. 2* instantiam $P^1$ etiam] et *edd.* 16 lituris, *m. 2 in marg.* litteris $P^1$ litoris *E* licturis *VU* loquitur] loquitur quę *E* 17 exatoris, *corr. m. 1* exactoris $P^1$ nimia festinatione *E* sceda *VU* schedam *E* schidam $P^1$ 18 peterit *E* et *om. E* 19 sexta $P^1$ 20 an] uel *VU edd.* modi *om.* $P^1$*E* testimonium *E* 22 qui a] quia *E*

## XCV.

DOMINIS CARISSIMIS ET SINCERISSIMIS, SANCTIS ET DESIDERABILIBUS ET VENERABILIBUS FRATRIBUS SUB MAGISTRO DOMINO IESU CONDISCIPULIS PAULINO ET THERASIAE AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Cum uos fratres nostri coniunctissimi nobis, quos nobiscum desiderati desiderare et salutati resalutare consuestis, assidue uident, non tam augentur bona nostra quam consolantur mala. nam ipsas causas et necessitates, quibus petere transmarina coguntur, non amamus, immo etiam odimus et, quantum ualemus, deuitare conamur et tamen nescio quo modo, credo pro meritis nostris, deesse non possunt; sed cum ad uos ueniunt et uident uos, fit, quod scriptum est: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo exhortationes tuae iucundauerunt animam meam. proinde ad istam laetitiam, qua uobiscum est frater Possidius, cum ex ipso audieritis, quam tristis eum causa compulerit, hoc me uerissime dicere cognoscetis. et tamen si quisquam nostrum propter hoc solum iret trans mare, ut uestra praesentia frueretur, quid hac causa iustius, quid posset dignius inueniri? sed id uincula nostra non ferrent, quibus religati sumus infirmorum seruire languoribus nec eos praesentia corporali relinquere, nisi cum hoc cogunt tanto imperiosius quanto periculosius aegrotando. utrum exerceamur his, an potius plectamur, nescio, nisi quod non secundum peccata

13 Ps. 93, 19 25 Ps. 102, 10

*P = cod. Parisinus nou. acq. 1672 s. IX.*
*V = cod. Vaticanus 495 s. XV.*
*U = cod. Vaticanus 499 s. XV.*

*Louanienses hanc epistulam in uno Vaticano exemplari (495) repertam primi ediderunt.*

2 desiderabibus, *corr. m. 1* desiderabilibus *P* 4 tyrasie *P* 7 assiduę *P* 9 quibus—odimus *om. VU edd.* 12 credo pro meritis nostris *om. U* possunt (u *ex corr. m. ut uid. 1*) *P* 13 ad nos ueniunt et uident nos *VU edd.* 20 hac] ac *P* 21 id] ea *P*

nostra facit nobis neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis, qui tanta solatia doloribus miscet agitque mirabili medicina, ne amemus mundum, ne deficiamus in mundo.

2 Quaesiui abs te prioribus litteris, qualisnam tibi uideatur futura aeterna uita sanctorum; sed bene mihi respondisti etiam de praesentis uitae statu adhuc esse utique consulendum, nisi quod me consulere uoluisti, quod aut mecum nescis aut mecum scis aut magis quam ego forsitan scis, quippe qui etiam uerissime dixeris euangelicam mortem prius emoriendum, 'qua carnalem resolutionem uoluntario praeuenimus excessu non obitu sed sententia recedentes ab huius saeculi uita'. simplex haec actio et nullo dubitationis aestu fluctuat, quod ita nos uiuere oportere censemus in hac uita mortali, ut uitae inmortali quodam modo coaptemur. uerum omnis quaestio, quae agentes quaerentesque conturbat homines, qualis ego sum, illa est, quonam modo uiuendum sit uel inter eos uel propter eos, qui nondum uiuere moriendo nouerunt non resolutione corporis sed quodam se a corporalibus inlecebris auertentis mentis affectu. plerumque enim uidetur nobis, quod, nisi eis aliquantulum congruamus ad ea ipsa, unde illos extrahi cupimus, nihil cum eis salubriter agere poterimus. quod cum facimus, talium delectatio subrepit et nobis, ut saepe etiam loqui uana delectet auremque praebere loquentibus nec adridere tantum sed etiam risu uinci ac solui. ita puluereis quibusdam uel etiam luteis affectibus nostras animas praegrauantes laboriosius et pigrius leuamus ad deum, ut uiuamus euangelicam uitam moriendo euangelicam mortem. quod si aliquando successerit, statim subicietur: 'Euge, euge!'

10—12 = p. 501, 7—10

11 quam *codd. edd.; cf. p. 501, 8* praeueniamus *VU edd.; cf. p. 501, 9* 15 mortali, *corr. m. 1* inmortali *P* 17 quonam] qm̄ (= quoniam) *P* uidendum *P* 18 resolutionem *P* 19 corporalibus] corporibus *P* 20 auertentes *edd.* 23 subrepit, *corr.* subripit *V* subripit *U* 25 risui *P* 27 aggrauantes *VU edd.*

non ab hominibus, neque enim quisquam hominum sentit in alio talem mentis agnitionem, sed in quodam intus silentio nescio unde clamatur: 'Euge, euge!' propter hoc genus temptationis ab angelo colaphizatum se tantus apostolus confitetur. ecce unde uita humana super terram tota temptatio est, quando et ibi homo temptatur, ubi, quantum potest, uitae caelestis similitudini coaptatur.

3 Quid dicam de uindicando uel non uindicando, quando quidem hoc totum ad eorum salutem proficere uolumus, in quos uindicandum uel non uindicandum esse arbitramur? quis etiam sit uindicandi modus non solum pro qualitate uel quantitate culparum uerum etiam pro quibusdam uiribus animorum, quid quisque sufferat, quid recuset, ne non solum non proficiat sed etiam deficiat, quam profundum et latebrosum est! inpendentem quoque uindictam metuentes, quae ab hominibus metuitur, nescio utrum plures correcti sunt, quam in deterius abierunt. quid, cum saepe accidit, ut, si in quemquam uindicaueris, ipse pereat, si inultum reliqueris, alter pereat? ego in his cotidie peccare me fateor et ignorare, quando quoue modo custodiam id, quod scriptum est: Peccantes coram omnibus argue, ut ceteri timorem habeant, et quod scriptum est: Corripe eum inter te et ipsum solum, et quod scriptum est: Nolite ante tempus quemquam iudicare, et quod scriptum est: Nolite iudicare, ut non iudicemini, neque enim hic addidit 'ante tempus', et quod scriptum est: Tu qui es, qui iudices alienum seruum? suo domino stat aut cadit; stabit autem; potens est enim deus

4 II Cor. 12, 7 5 Iob 7, 1 20 I Tim. 5, 20 22 Matth. 18, 15 23 I Cor. 4, 5 25 Matth. 7, 1; Luc. 6, 37 26 Rom. 14, 4

3 hoc *om.* *P* 10 aut *VU edd.* 17 quid cum] cum (*in ras. satis ampla*) *V* cum *lsr* accidat *VU edd.* 18 relinqueris *P* 20 id] et *VU* 24 quemquam *om.* *VU edd. sec. Vulg.* (*Gr.* τι) quequā (*sic!*) *P* et quod—iudicare *om.* *VU edd.* 26 qui es, *m. 2* quis es *P* quis es *VU edd. sec. Vulg.* 27 iudices, *m. 2 corr. uid.* iudicas *P* iudicas *edd.*

statuere illum, unde confirmat de his se dicere, qui intus sunt. et rursus eos iudicari iubet, cum dicit: Quid enim mihi de his, qui foris sunt, iudicare? nonne de his, qui intus sunt, uos iudicatis? auferte malum ex uobis ipsis. quod cum etiam faciendum uidetur, quatenus fiat, quantae curae ac timoris est, ne forte contingat, quod de illo ipso intellegitur in secunda ad eosdem epistula cauendum admonere, ne maiore tristitia absorbeatur, qui eius modi est! et ne quisquam hoc non multum curandum putaret, ibi ait: Ut non possideamur a satana; non enim ignoramus mentes eius. quis in his omnibus tremor, mi Pauline, sancte homo dei! quis tremor, quae tenebrae! nonne putamus de his esse dictum: Timor et tremor uenerunt super me et contexerunt me tenebrae et dixi: ‘Quis dabit mihi pennas sicut columbae, et uolabo et requiescam? ecce elongaui fugiens et mansi in deserto’. uerum tamen etiam in deserto ipso fortassis expertus sit quod adiungit: Expectabam eum, qui me saluum faceret a pusillanimitate et tempestate. nempe ergo temptatio est uita humana super terram.

4 Quid? ipsa diuina eloquia domini nonne palpantur potius quam tractantur a nobis, dum in multo pluribus quaerimus potius, quid sentiendum sit, quam definitum aliquid fixumque sentimus? et ea cautio cum sollicitudinis plena sit, multo melior est tamen quam temeritas adfirmandi. nonne in multis, si non secundum carnem homo sapiat, quam mortem esse dicit apostolus, magno scandalo erit ei, qui adhuc secundum carnem sapit, ubi et dicere, quid sentias, periculosissimum et non dicere laboriosissimum et aliud, quam sentis, dicere perniciosissimum est? quid? cum ea, quae non adprobamus

2 I Cor. 5, 12—13 8 II Cor. 2, 7; 11 14 Ps. 54, 6—9 20 Iob 7, 1 27 Rom. 8, 5—6

8 ammonente *V* 14 supra *VU edd.* 22 domini *om. VU edd.* 27 dicit esse *VU edd.* 31 cum *om. P*

in eorum, qui intus sunt, sermone uel scriptis ........ putantesque id ad fraternae caritatis libertatem pertinere iudicium nostrum non occultamus et hoc non beniuolentia sed inuidia facere credimur, quantum peccatur in nos! et cum similiter eos, qui nostras sententias reprehendunt, laedere potius uelle quam corrigere suspicamur, quantum peccamus in alios! certe hinc existunt inimicitiae plerumque etiam inter carissimas familiarissimasque personas, dum, supra quam scriptum est, unus pro altero inflatur aduersus alterum, et, dum mordent et comedunt inuicem, timendum est, ne consumantur ab inuicem. quis ergo dabit mihi pennas sicut columbae, et uolabo et requiescam? siue enim quia pericula, in quibus quisque uersatur, grauiora sunt quam inexperta siue quia re uera ita est, quaelibet pusillanimitas tempestasque deserti minus mihi uidetur molesta quam ea, quae uel patimur uel timemus in turbis.

5 Proinde multum adprobo sententiam tuam de huius uitae statu esse agendum uel potius cursu quam statu. addo aliud, quia prius hoc requirendum atque tenendum est quam illud, quale futurum sit, quo iste fert cursus. inde ergo interrogaui, quid sentias, quasi de huius uitae recta regula retenta atque seruata iam securissimus, cum in tam multis maximeque in his, quae breuiter, ut potui, commemoraui, periculosissime laborare me sentiam. sed quia omnis haec ignorantia et difficultas hinc mihi uidetur existere, quod in magna uarietate morum et animorum et inter occultissimas uoluntates atque infirmitates hominum rem populi gerimus non terreni atque Romani sed Hierosolymitani caelestis, magis me libuit loqui tecum ex illo, quod erimus, quam ex isto, quod sumus;

8 I Cor. 4, 6 10 Gal. 5, 15 11 Ps. 54, 7

1 *lacunam significaui* 4 credimus *P m* (*Migne* credimur) 7 hic, *corr. m. 1* hinc *P* 9 infletur *P* 11 consummantur *P* 20 unde *P* 21 de *om. VU edd.* 22 securi simus *VU edd.* 23 quae *om. P* 26 animarum *VU edd.* et inter *om. VU edd.* ¦ ultissimas (*2—3 l. in initio p. euanuerunt*) *P* 27 hominum] habentium *VU edd.*

ibi enim etsi nescimus quae bona futura sunt, tamen non parua in re certi sumus, quod ista mala ibi non erunt.

6 De agenda ergo ista temporali uita eo modo, per quem ueniendum est ad aeternam, noui concupiscentias carnales esse frenandas tantumque remittendum in delectationes sensuum corporalium, quantum sustentandae huius agendaeque uitae satis est, omnesque molestias temporales pro ueritate dei et salute aeterna nostra et proximi patienter fortiterque tolerandas. noui etiam proximo ad hoc consulendum omni studio caritatis, ut istam uitam recte gerat propter aeternam; praeponenda etiam nobis spiritalia carnalibus, incommutabilia mutabilibus et haec omnia tanto magis minusue posse hominem, quanto magis minusue adiuuatur gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. cur autem ille sic ille autem sic adiuuetur uel non adiuuetur, nescio; id tamen deum summa sibique nota aequitate facere scio. propter illa uero, quae supra commemoraui, quem ad modum uiuendum sit cum hominibus, si quid tibi exploratum liquet, edoce me, obsecro; sin et te ita ut me mouent ista, confer ea cum aliquo mansueto cordis medico, siue illic inueneris, ubi degitis, siue cum Romam toto anniuersario pergitis, et, quod per illum tibi loquentem seu uobis conloquentibus dominus aperuerit, scribe mihi.

7 De resurrectione autem corporum membrorumque in illa incorruptione atque inmortalitate futuris officiis quoniam uicissim me interrogasti, quid sentiam, audi breuiter, quod, si non satis erit, poterit, si dominus adiuuerit, latius disputari. firmissime tenendum est, unde scripturae sanctae uerax et clara sententia est, uisibilia ista corpora atque terrena, quae nunc animalia dicuntur, spiritalia futura in resurrectione

28 I Cor. 15, 44

1 qua *P* non tamen non paruā re *P* non tamen de parua re *VU edd.*; *scripsi* tamen non parua in re 5 delectationis *P* delectatione *s* 6 huius] huiusmodi *VU edd.* 11 proponenda *V* 22 loquente se uobis *P* apparuerit *l s r* (*in marg. coni.* aperuerit)

fidelium atque iustorum. porro spiritalis corporis qualitas inexperta nobis quem ad modum uel comprehendi uel insinuari possit, ignoro. corruptio ibi certe nulla erit ac per hoc nec isto, quo nunc indigent, corruptibili cibo tunc indigebunt. nec tamen eum capere non poterunt ueraciterque consumere potestate, non necessitate; alioquin nec dominus eum post resurrectionem accepisset, qui nobis ita praebuit corporalis resurrectionis exemplum, ut hinc apostolus dicat: Si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit. qui cum membris omnibus appareret eorumque officiis uteretur, loca etiam uulnerum demonstrauit. quas ego cicatrices, non ipsa uulnera semper accepi et eas ipsas potestate, non necessitate. cuius potestatis facilitatem tunc maxime ostendit, cum uel in alia forma se demonstrauit uel in domo discipulis constitutis, cum ostia clausa essent, uerus apparuit.

8 Hinc oritur de angelis quaestio, utrum habeant corpora suis officiis et conuersationibus congrua, an tantum modo spiritus sint. si enim habere dixerimus, occurrit nobis: Qui facit angelos suos spiritus; si autem non habere dixerimus, plus habet scrupuli, quo modo scriptum sit eos corporeis hominum sensibus sine corpore praesentatos, hospitio susceptos, pedes eis lotos, edentibus et bibentibus ministratum. facilius enim uideri potest sic esse spiritus angelos dictos ut homines animas, sicut scriptum est cum Iacob in Aegyptum tot animas descendisse — neque enim corpora non habebant —, quam ut illa omnia sine corporibus gesta credantur. deinde certa quaedam in Apocalypsi angeli statura definitur in ea mensura, quae nisi corporum esse non possit,

6 Luc. 24, 30; 43; Ioh. 21, 13 9 I Cor. 15, 16 10 Luc. 24, 15—43; Ioh. 20, 14—29; Marc. 16, 5—14 19 Ps. 103, 4 21 Gen. 18, 2—9; 19, 1—3 25 Gen. 46, 27 28 Apoc. 10, 1—3

1 corporis] corporalis *P* 3 certe ibi *U* 5 poterit, *m. 2* poterunt *U* 15 hostia *V* 18 concursationibus *VUm* 21 scripuli *P* 23 edentibus] sedentibus *P* 26 discendisse *P*

ut, quod hominibus apparuerunt, non ad falsitatem sed ad illam potestatem ac facilitatem spiritalium corporum referatur. sed siue habeant angeli corpora siue quisquam possit ostendere, quem ad modum corpora non habentes gerere illa omnia potuerint, in illa tamen ciuitate sanctorum, ubi etiam per Christum redempti a generatione hac in aeternum coniungentur milibus angelorum, uoces corporales non latentes animos indicabunt, quia in illa societate diuina nihil cogitationis proximo poterit occultari, sed erit consonans in dei laude concordia non solum spiritu uerum etiam spiritali corpore expressa.

9 Hoc mihi interim uidetur. si quid congruentius ueritati uel iam tenes uel a doctioribus audire potueris, per te nosse studiosissime expecto. recense sane epistulam meam, cui quoniam festinantissime te respondisse de diaconi festinatione causatus es, ideo non conqueror, sed potius commemoro, ut, quod tunc omissum est, nunc reddatur. et de otio quippe Christiano ad percipiendam uel disserendam Christianam sapientiam quid sentias et de otio, quod putabam, tuo, cuius mihi occupationes incredibiles nuntiatae sunt, require et uide, quid a te scire quaesierim.

[Et alia manu:] Memores nostri felices uiuite magna gaudia et solatia nostra, sancti dei.

6 Ps. 11, 8; Hebr. 12, 22

1 apparuerit *VU edd.* 4 omnia illa *U* 10 spiritalis *P* 12 uidetur. interim *VU edd.* 13 doctoribus *P Migne* 22 uiuete *P*

## XCVI.

DOMINO DILECTISSIMO ET IN CHRISTI MEMBRIS HONORABILITER AMPLECTENDO FILIO OLYMPIO AUGUSTINUS.

1 Quicquid sis secundum saeculi huius cursum, nos tamen carissimo et sincerissimo conseruo nostro Olympio Christiano fidissime scribimus. hoc enim tibi esse scimus omni gloria gloriosius et omni sublimitate sublimius. fama quippe ad nos pertulit honorem te adeptum esse celsiorem, quae utrum uera esset, nondum apud nos fuerat confirmatum, cum haec scribendi prouenit occasio. sed quoniam nouimus te a domino didicisse non alta sapere sed humilibus consentire, quolibet culmine prouectus esses, non aliter, quam soles, litteras nostras te accepturum esse praesumimus, domine dilectissime et in Christi membris honorabiliter amplectende fili. temporali uero felicitate ad aeterna lucra te prudenter usurum minime dubitamus, ut, quanto plus potes in hac terrena re publica, tanto plus inpendas caelesti illi, quae te in Christo peperit, ciuitati, quod tibi uberius rependatur in regione uiuentium et in uera pace securorum ac sine fine gaudiorum.

2 Sancti fratris et coepiscopi mei Bonifatii petitionem tuae rursus caritati commendo, ne forte nunc fieri possit, quod

11 Rom. 12, 16

*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8. 9 s. X—XI.*
*C* = *cod. Casinensis* $16^{19}$ *s. XI.*
$P^1$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

3 fili, *corr. m. 1* filio *F* 4 sit $P^1$ 6 fidelissime *MA*$P^1$ *edd. praeter l m* scripsimus *P* esse tibi $P^1$ 7 omnis *P* subtilitate *A* 8 adeptū* (s *eras.*) *M* celsioremq; quae *P* 12 es *R* 13 esses *A* praesumpsimus *P* 15 aeternam (m *exp.*) *F* 19 securororum *C* *ac *M* sine fine] sine fine manentium *R m* 20 fratres *M* (*corr. m. 1* fratris) $P^1$ petionem *P* 21 posset *A* quod—posset *om., in marg. m. 1 add.* (*sed* possit *pro* posset) *P*

ante non potuit. cum enim posset sine ulla forsitan quaestione, quod praecessor eius quamuis sub alieno nomine comparauerat et sub ecclesiae nomine possidere iam coeperat, consequenter etiam ipse retinere, nolumus ergo, quoniam fisci debitor fuit, hunc scrupulum habere in conscientia. neque enim fraus ista quia fisco fiebat ideo non fiebat. et ille quidem Paulus, postquam episcopus factus est, renuntiaturus suis omnibus rebus propter inmensum cumulum fiscalium debitorum exacta quadam cautione, in qua ei certum pondus debebatur argenti, hos exiguos agellos, unde uictum sustentaret, tamquam ecclesiae comparauit sub nomine tunc potentissimae domus, ut etiam ex ipsis morem suum sequens, cum fisco non solueret, nullas exactorum molestias pateretur. iste autem, qui eidem ecclesiae illo defuncto est ordinatus, timuit hos agros suscipere et, cum possit pro solis fiscalibus debitis, quae de memoratis possessiunculis ille contraxerat, imperiale beneficium postulare, totum maluit confiteri, quod eas Paulus de argento proprio, cum esset fisco obnoxius, de hastario emerat, ut eas ecclesia, si fieri potest, non occulta episcopi iniquitate sed manifesta Christiani imperatoris liberalitate possideat. quod si fieri non potest, melius inopiae laborem serui dei tolerant, quam ut necessariorum facultatem cum conscientia fraudis obtineant.

1 quaestionē (~ *del.*) *C* inquisitione *P* 2 sub*** | *A* 3 possedere *F* ceperat *CR* cepit *M* consequentes *A* 4 nolumus, *m. 2* noluimus $P^1$ ergo *del. m. 2* $P^1$ tamen *edd.* 5 enim] enim ideo $P^1$ ⁝⁝ista (est *eras.*) $P^1$ 6 et] quia, *m. 2 supra* ł et $P^1$ 7 sui⁝⁝s (*parua ras.*) *F* rebus *in fine u. om.* *A* repb; (= reprobus) *C* 8 culum, *corr. m. 1* cumulum *M* 9 cautionē *M* (~ *eras.*) *C* (~ *del.*) certum ei *edd.* hos exiguos angelos *P* hos exiguos agallos *A* hoc exiguo sacello $P^1$ 10 tamquam] tamqui sub *C* ecclesiae—morem *om. et in marg. m. 1 add.* *C* 11 corporauit *R* 12 nullus *A* 14 es *F* (*m. 1 add.* t) *A* 15 possit *M* (*corr. m. 1* posset) *F* (*m. 1? corr.* posset) posset $P^1$ *edd.* memorat⁝⁝is (*parua ras.*) *F* 17 tutum *R* 19 ecclesias *F* occultata *R* 20 possedeat *F* 21 quid *A* 22 tollerant, *corr. m. 1* tollerent (*altera* l *exp.*) *M* facilitatem *PFC* conscientiae, *m. 2* conscientia $P^1$ 23 obtineat, *m. 2* obtineant $P^1$

3 Ad hoc tuum suffragium petimus impertire digneris, quia id, quod primo impetratum est, noluit allegare, ne iterum supplicandi sibi intercluderet facultatem; non enim erat ad desiderata responsum. nunc uero cum sis eadem benignitate, qua soles, sed amplior potestate, non desperamus adiuuante domino meritis tuis hoc facile posse concedi, cum, etiam si tuo nomine eadem loca peteres et memoratae ecclesiae ipse donares, quis reprehenderet aut quis non maxime praedicaret petitionem tuam non terrenae cupiditati sed Christianae pietati seruientem? domini dei nostri misericordia te in Christo feliciorem tueatur, domine fili.

## XCVII.

DOMINO EXIMIO ET MERITO PRAESTANTISSIMO MULTUMQUE IN CHRISTI CARITATE HONORANDO FILIO OLYMPIO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Quamuis mox, ut audiuimus te merito sublimatum, cum ipsa fama nondum certissima nobis esset, nihil aliud de animo tuo credidimus erga ecclesiam dei, cuius te ueraciter filium esse gaudemus, quam quod tuis litteris mox aperuisti, tamen etiam illis lectis, quibus ultro dignatus es, etiam si pigri et cunctantes essemus, exhortationem beniuolentissimam mittere, ut instruente humilitate nostra per religiosam oboedientiam tuam dominus, cuius munere talis es, ecclesiae suae iam iamque subueniat, maiore fiducia tibi scribimus, domine

1 impertiri *$P^1R$* impartiri *edd.* ut inpertire *P* 2 imperatum *$P^1$* alligare *$MFACP^1$* (*m. 2* allegare) 4 benignitate• (m *eras.*) *P* 5 solis, *corr.* (*m. 1?*) soles *F* sed et amplior *$P^1$* 7 loco *F* memorata *P* 8 condonares *R* 9 terreno *M* cupiditate, *corr.* (*m. 1?*) cupiditati *M* 10 misericordia• *P*

*Idem codices, qui in ep. XCVI.*

13 et merito] meritoq; *$P^1$* 17 nobis certissima *edd.* nobis *om. M* essent, *m. 2* esset *C* 18 credimus *$MFACP^1$* 20 tamen] tam *F* etiam si] etsi *A* 21 cūtantis, *corr.* (*m. 1?*) cunctantes *M* hortationem *$P^1$* 24 iam *om. MA* iamque] iam quod *M*

eximie et merito praestantissime multumque in Christi caritate honorande fili.

2 Et fratres quidem multi sancti collegae mei grauiter ecclesia perturbata profecti sunt paene fugientes ad gloriosissimum comitatum, quos siue iam uideris siue litteras eorum ab urbe Roma opportunitate cuiusquam occasionis acceperis, ego tamen, licet nullum consilium cum eis communicare potuerim, non potui praetermittere per hunc fratrem et conpresbyterum meum, qui urgenti necessitate pro salute ciuis sui etiam media hieme quomodocumque ad illas partes uenire compulsus est, et salutare et admonere caritatem tuam, quam habes in Christo Iesu domino nostro, ut opus tuum bonum diligentissima acceleretur instantia, quo nouerint inimici ecclesiae leges illas, quae de idolis confringendis et haereticis corrigendis uiuo Stilichone in Africam missae sunt, uoluntate imperatoris piissimi et fidelissimi constitutas; quo nesciente uel nolente factum siue dolose iactant siue libenter putant atque hinc animos inperitorum turbulentissimos reddunt nobisque periculose ac uehementer infestos.

3 Hoc autem, quod petendo uel suggerendo admoneo prae-

1 praestantissime] eximie *M* 3 collige, *m. 2* collegę *M* colligae, *corr.* (*m. 3 ?*) collegae *F* colleg*?* (*postr. syllabà m. 2 corrupta; fuitne* ii*? cf. p. 518, 15*) *A* mei (i *in ras. 1 l. m. 2*) *M* 4 ecclesiam (m *del. m. 2*) perturbatā (~ *eras.*) $P^1$ 5 uideres, *corr. m. 1* uideris *F* litteris $P^1$ 6 opportunitatis cuiusquam occasione *f l r m* cuiusqui, *m. 2* cuiusquam *C* 7 licet *om.*, *m. 2 add.* $P^1$ potero, *m. 2* potuerim $P^1$ 9 urgente *R f l r m* necessitate pro *bis C* citius sua, *m. 2 supra* alr̄. ciuis sui $P^1$ 10 media *om. C* illa, *add. m. 1* s *F* uenire et (et *exp.*) conpulsus *F* 11 est et] est *R* salutare et *om. M* 12 diligentissime *M* (*m. 1? corr.* diligentissima) *FP*¹ (*m. 2* diligentissima) diligentissimę *A* 13 qui *M* 14 de *om. F* confregendis, *m. 2* confringendis *M* 15 uiuo] loco, *m. 2 in marg.* uiuo $P^1$ stilicone *PR* •stilichone *F* isti lichomen *A* chone, *m. 2 in marg.* stilicone $P^1$ africa *PACP*¹ sunt et (et *exp.*) uoluntate $P^1$ sunt ex uoluntate *edd.* 16 piissima *C* constitutae, *m. 2* constitutas $P^1$ 17 dolose *om. R* 18 imperatorum *F* 19 ac] hac *M* (h *eras.*) *C* infestos (o *ex corr. m. 3; fuitne* u *?*) *F* 20 praestiam, *m. 3* praestantiam *F*

stantiam tuam, non dubito omnium per Africam collegarum meorum fieri uoluntate. arbitror quacumque primitus exorta occasione facillime posse ac debere maturari, ut nouerint, sicut dixi, homines uani, quorum et aduersantium salutem requirimus, et leges, quae pro ecclesia Christi missae sunt, magis Theodosii filium quam Stilichonem curasse mittendas. propterea quippe memoratus presbyter harum perlator, cum de regione sit Mileuitana, ab episcopo suo uenerabili fratre meo Seuero, qui tuam mecum sincerissimam dilectionem multum salutat, per Hipponem-Regium, ubi ego sum, transire iussus est, quia, cum forte simul essemus in magnis ecclesiae tribulationibus et perturbationibus, quaerebamus occasionem scribendi ad eximietatem tuam et non inueniebamus. iam quidem unam epistulam miseram in negotio sancti fratris et collegae mei Bonifatii episcopi Cataquensis; sed nondum ad nos peruenerant grauiora, quae nos uehementius agitarent, quibus comprimendis uel corrigendis quem ad modum meliore secundum uiam Christi consilio succurratur, commodius episcopi, qui propterea nauigauerunt, cum tanta benignitate tui cordis acturi sunt, qui potuerunt communi consilio diligentius

2 uoluntatem *MFAP*[1] (m *eras.*) arbitror, *m. 2* et arbitror *P*[1] et arbitror *P* arbitrorque *f l r m* exhorta *M* (h *eras.*) *FP*[1] (h *del.*) 3 occasione *cum ras. super* e *M* hac de re (*m. 1 supra* ł debere) *R* 4 dixi* *F* dixit *AP*[1] (*corr. m. ut uid. 1* dixi) uani quorum] uaniloquorum *A* 5 et *om. f l r m* que, *m. 2* quę *M* Christi ecclesia *edd.* ecclesiae *P*[1] 6 theodosi *A* quam] qui *C* stilichonum, *m. 3* stilichonem *F* 7 harum (ha *ex ras. et corr. m. 2*) *M* quam, *corr. m. 1* cum *M* 8 meleuitana *PMFA* me leuitatia, *m. 2* meleuitana *P*[1] fr̄, *m. 3* fr̄e *C* 9 tuam] tu[illegible], *m. 2* te[illegible] *M* sincerissima* dilectionē (~ *eras.*) *M* 11 uisus *P*[1] cum forte *bis A* simul] similes *A* 12 quere*bamus *M* 13 scribendi ad eximietatem *ex ras. et corr. m. 2*; *fuisse uid.* scribendia deximietatem *M* 15 colligae, *corr.* collegae *M* collegi *A* bonifati, *m. 2* bonifatii *P* 16 uehementis *C* 17 ad modum *m. 2 ex* amodum *M* meliores *M* (s *exp.*) *FA* 18 uiam] unam *P*[1] Christi uiam *l r m* Christi misericordiam *cett. edd.* commodis *C* 19 nauigauerant *M* negauerunt *A* cordis tui *R* 20 accuri, *m. 3* acturi *F* poterunt *P*

deliberatum aliquid ferre, quantum temporis permittebat angustia. illud tamen, quo animum clementissimi et religiosissimi principis erga ecclesiam prouincia nouerit, nullo modo esse differendum, sed etiam antequam episcopos, qui profecti sunt, uideas, quam primum tua praestantissima pro Christi membris in tribulatione maxima constitutis uigilantia potuerit, accelerandum suggero, peto, obsecro, flagito. neque enim paruum in his malis solatium dominus obtulit, quod te uoluit multo amplius posse, quam poteras, quando iam de tuis multis et magnis bonis operibus gaudebamus.

4 Multum sane de quorundam neque paucorum fide firma et stabili gratulamur, qui ex occasione legum ipsarum ad Christianam religionem uel catholicam pacem conuersi sunt, pro quorum salute sempiterna nos in hac temporali etiam periclitari delectat. propterea enim maxime ab hominibus nimium durumque peruersis nunc inimicitiarum grauiores impetus sustinemus, quos nonnulli eorum nobiscum patientissime sustinent; sed plurimum infirmitati metuimus, donec discant et ualeant adiuuante misericordissima gratia domini saeculum praesens et hominum diem robore cordis ualentiore contemnere. commonitorium, quod misi, fratribus episcopis, si, ut puto, nondum ibi sunt, ab eximietate tua illis tradatur, cum uenerint. tantam quippe tui sincerissimi pectoris habemus

2 quod *R* animo, *m. 2* animum $P^1$ 3 principes, *m. 2* principis *P* prouinciam *M* (*m. 2* prouinciamq;) *FACP*[1] (m *eras.*) nouerint *M* 4 deferendum *A* ep̄o *F* 5 tuam *P* 6 potuerint *A* potuerunt *MF* 7 accele*randum *F* accelerando, *m. 2* accelerandum *M* 8 obtulit, *sed* ob *in ras.* (*m. 1?*) *P* 10 ac *edd.* operibus bonis *edd.* 11 quarundam, *m. 2* quorundam *M* fides *A* 12 occasione *cum ras. super* e *M* 15 maxime (e *m. 2 in ras. 2 l.*) *M* ab] ad *R* nimio, *corr. m. 1* nimium *M* 16 durum (*om.* que) *A* dureque *edd.*; *cf. Martial. III 89, 2* peruersis *ex* peruerses *M* 18 infirmitate, *corr.* (*m. 1?*) infirmitati $P^1$ 20 ...diem (*parua ras.*) $P^1$ robore cordis ualentiore contempnere, *m. 2* roborē cordis ualentiorē conterere *C* cum robore cordis et (et *del. m. 2*) ualentiore contempnere $P^1$ 21 communitorium *F* commonitorum *A* si*ut $P^1$ sicut *AC* 22 eximiet | atua, *corr. m. 1* eximietate | tua *M* traditur *C* 23 uenerunt *R*

fiduciam, ut adiuuante domino deo nostro non solum impertitorem auxilii te uelimus uerum etiam consilii participem.

## XCVIII.

BONIFATIO EPISCOPO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Quaeris a me, utrum parentes baptizatis paruulis suis noceant, cum eos daemoniorum sacrificiis sanare conantur, et, si non nocent, quo modo eis prosit, cum baptizantur, parentum fides, quorum eis non potest obesse perfidia. ubi respondeo tantam illius sacramenti, hoc est baptismi salutaris esse uirtutem in sancta compage corporis Christi, ut semel generatus per aliorum carnalem uoluptatem, cum semel regeneratus fuerit per aliorum spiritalem uoluntatem, deinceps non possit uinculo alienae iniquitatis obstringi, cui nulla sua

1 inperittorem (*sic!*) *C* imperatorem *P* 2 consilii habere participem *P*

*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1672 s. IX.*
$P^1$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*H* = *cod. Palatinus 211 s. X.*
*R* = *cod. Reginensis 331 s. X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
$P^2$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1449 s. X—XI.*
$P^3$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*S* = *cod. Sangallensis 139 s. XI.*
$P^4$ = *cod. Parisinus 1798 s. XII.*
$P^5$ = *cod. Parisinus 2092 s. XII.*
*Eugippi excerpta (ed. P. Knoell):*
*p. 705, 14—707, 24 = p. 520, 5—523, 14* (uelint)
*p. 707, 26—709, 3 = p. 531, 3* (si) — *532, 15* (percipit)

*Inscriptionem spatio relicto om. S* 4 coepiscopo *HMA*$P^2P^3$ *edd.* 5 queres, *corr.* queris $P^2$ paruulis] filiis $P^5$ 6 sonare *R* 7 noceant $P^5$ prosit] sit (*del. m. 1*) prosit *M* 8 parentum *om.* $P^2P^4$ eis *om.* $P^2$ obesse non potest *P* 9 tantam (*post.* a *ex corr. m. 2*) $P^1$ salutaris] salutis *RS* 11 regeneratus] generatus, *corr. m. 1* regeneratus *A* 12 fuerat, *corr. m. 1* fuerit *H* uoluptatem *RS* 13 astringi $P^5$

uoluntate consentit. et anima enim patris mea est, inquit, et anima filii mea est. anima, quae peccauerit, ipsa morietur. non autem peccat ipsa, cum parentes ei omnino nescienti uel quilibet alius adhibet sacrilegia daemoniorum, sed ideo ex Adam traxit, quod sacramenti illius gratia solueretur, quia nondum erat anima separatim uiuens, id est altera anima, de qua diceretur: Et anima patris mea est et anima filii mea est. iam itaque cum homo in se ipso est ab eo, qui genuit, alter effectus, peccato alterius sine sua consensione non tenetur obnoxius. traxit ergo reatum, quia unus erat cum illo et in illo, a quo traxit, quando, quod traxit, admissum est; non autem trahit alter ab altero, quando sua unoquoque propria uita uiuente iam est, unde dicatur: Anima, quae peccauerit, ipsa morietur.

2 Ut autem possit regenerari per officium uoluntatis alienae, cum offertur consecrandus, facit hoc unus spiritus, ex quo regeneratur oblatus. non enim scriptum est: 'Nisi quis renatus fuerit ex parentum uoluntate' aut 'ex offerentium uel ministrantium fide' sed: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu. aqua igitur exhibens forinsecus sacramentum gratiae et spiritus operans intrinsecus beneficium gratiae,

1; 7; 14 Ezech. 18, 4   20 Ioh. 3, 5

1 consensit $P^1RSP^5$   et anima enim] etenim anima *Eug. cod. Vat.*   3 *post* morietur *ras. 12—14 l.* $P^1$   peccat* (i *eras.*) *H*   4 omnino *om.* *S*   omni non scienti, *m. 2* omnino nescienti $P^3$   alios, *corr.* alius $P^2$   sacrilegia (l *ex ras. et corr. m. 2*) *M* sacrificia *P*   7 et *om.* $P^2$   8 et *om.* $P^2$   9 est] et *MA*   aliter *P*   effectus ē peccato $P^5$   11 peccatum *S*   et in illo *om. Eug.*   a quo] quo *HS* aqua *A*   12 ammissum $P^1$ (*corr.* admissum) *RA* amissum *PM* (*m. 2* admissum) amisum, *m. 2* amissum *H*   trait (*a. m.* trahit) *P*   13 unicuique (icui *in ras. m. 2; fuisse uid.* una quoque) *M* unaquaque *A*   propria *om.* $P^5$   16 officio, *m. 2* officium $P^2$   aliena, *m. 2* alienae $P^1$   17 offeretur (*post.* e *del. m. 2*) $P^2$   unus, *m. 2 supra* solus $P^1$   18 oblatis $P^3$   19 uoluntatē (~ *eras.*) *P*   miserantium, *m. 2* ministrantium *M*   21 spiritu sancto *m*

soluens uinculum culpae, reconcilians bonum naturae regenerant hominem in uno Christo ex uno Adam generatum. regenerans ergo spiritus in maioribus offerentibus et paruulo oblato renatoque communis est; ideo per hanc societatem unius eiusdemque spiritus prodest offerentium uoluntas paruulo oblato. quando autem in paruulum maiores peccant offerentes eum atque obligare conantes daemonum sacrilegis uinculis, non est anima utrorumque communis, ut etiam culpam possint habere communem. non enim sic communicatur culpa per alterius uoluntatem, quem ad modum communicatur gratia per sancti spiritus unitatem. potest enim et in hoc et in illo homine esse unus spiritus sanctus, etiam si inuicem nesciant, per quem sit utriusque gratia communis; non autem potest spiritus hominis esse et huius et illius, per quem peccante altero et altero non peccante sit tamen culpa communis. ac per hoc potest paruulus semel ex parentum carne generatus dei spiritu regenerari, ut ex illis obligatio contracta soluatur; non potest autem semel dei spiritu regeneratus ex parentum carne regenerari, ut obligatio, quae soluta est, iterum con-

1 culpae] culpae et *P*[5] reconcilias *A* regenera*t (*fuit* n) *P* regenerans *P*[1] (*m. 2* regenerant) *P*[2] (*m. 2* regenerat) regenerat *P*[4] regenerauit *P*[5] 2 ** ex (et *eras.*) *P*[1] u*no *A* **generatum (re *eras.*) *P* generato *P*[4] 3 regerans, *corr. m. 1* regenerans *M* igitur *P*[5] offerentibus *om. S* ut *Eug. cod. Vat.* 4 hanc *om. Eug.* 5 uniusdemque *P*[2] unius eiusdem (*om.* que) *S* 6 paruulom, *corr. m. 1* paruulum *H* paruulo *P*[2] paruulorum *P*[4] peccant maiores *P* 7 daemon*um (i *eras.*) *P*[1] 8 utrumque, *m. 2 in marg.* utroru[mque *cod. recisione perditum*] *P*[3] possit *PP*[5] possent *P*[2] 9 sic *om. MA* si, *corr. m. 1* sic *P*[1] *culpa *P*[1] per alterius uoluntatem] alterius uoluntate *P*[1]*RSP*[4]*P*[5] 10 gratia communicatur *P*[5] 12 homine (e *in ras.*) *P*[1] sanctus *om. P*[3] etiam si] etiam (*om.* si) *A* etsi *P*[5] nesciat, *corr. m. 1* nesciant *P* 13 quem *om. P*[2] utriusque] ut$^{i}$sq; *P*[5] 14 esse* (t *eras.*) *P*[1] 15 sitam̄, *m. 2* sit tam̄ *M* si (*om.* tamen) *P*[4] sit autem *P* 16 paruulos, *m. 2* paruulus *P*[2] generatus ex parentum carne *P*[3] generatos, *corr.* generatus *P*[2] 17 ut ex—regenerari *erasis 2 l. om. H* 18 autem paruulus semel regeneratus dei spiritu *P*[5] spiritus, *m. 2* spiritu *P*[2] regeneratos, *corr.* regeneratus *P*[2] 19 generari *P*[4]

trahatur. et ideo semel perceptam paruulus Christi gratiam non amittit nisi propria impietate, si aetatis accessu tam malus euaserit. tunc enim etiam propria incipiet habere peccata, quae non regeneratione auferantur, sed alia curatione sanentur.

3 Verum tamen recte dicuntur parentes uel quicumque maiores filios seu quoslibet paruulos baptizatos daemoniorum sacrilegiis obligare conantes spiritaliter homicidae. nam in illis quidem interfectionem non faciunt, sed, quantum in ipsis est, interfectores fiunt. recte illis dicitur, quando ab hoc scelere prohibentur: 'Nolite occidere paruulos uestros', dicit enim et apostolus: S p i r i t u m  n o l i t e  e x t i n g u e r e, non quia ille extingui potest, sed, quantum in ipsis est, extinctores eius merito dicuntur, qui sic agunt, ut extinctum uelint. isto sensu recte intellegi potest, quod scripsit beatissimus Cyprianus in epistula de lapsis, cum eos, qui tempore persecutionis idolis immolauerant, arguens: 'Ac ne quid deesset', inquit, 'ad criminis cumulum, infantes quoque parentum manibus inpositi uel adtracti amiserunt paruuli quod in primo statim

12 I Thess. 5, 19  17 Cypr. ed. Hartel. p. 243, 9—11

1 percepta $P^2$ preceptam *A* preceptum, *m. 3* perceptam *H*  paruulis (*m. 2* paruulus) christi gratiam $P^3$ paruulis christi gratia *P*  2 ammittit $HP^3$ (*altera* m *exp. m. 2*)  propria impietatē (~ *del. m. 2*) $P^2$ propria* impietate* (m . . . . . m *eras.*) $P^1$  accessum tam *P* acce*ssū iam $P^4$  3 malis, *m. 2* malus $P^3$  incipiat *P*  4 oferantur $P^2$  6 parantes, *m. 2* parentes *H*  7 paruulus baptizatus, *corr.* paruulos baptizatos $P^2$  sacrilegis, *m. 2* sacrilegiis *H* sacrilegio *Eug.*  8 illius (u *m. 2 del.*) *H*  9 interfectione, *m. 2* interfectionem *H*  10 scel..ehi, *corr. m. 1* scel..ere $P^2$  11 enim *om.* $P^5$  et *om. Eug.*  12 apostolos, *corr. m. 1* apostolus $P^1$  spiritu, *m. 2* spiritum $P^2$  13 extinguere $P^4$  * in (p *eras.*) *H*  14 dicuntur *om.*, *m. 1 s. u. add.* uocantur $P^1$ uocantur $RSP^4P^5$  quia $P^4$  agunt** (ur *eras.*) $P^1$  uellent isto $P^2$ ul inisto $P^3$  15 recte *om.* $P^5$  quid, *corr.* (*m. 1?*) quod *H*  cyprinus *A*  16 qui *om.* *P*  persetionis, *m. 2* persecutionis *H*  17 hac (h *del. m. 2*) $P^2$  inquit *om.*, *m. 1 s. u. add.* *P*  18 ad cumulum criminis *S* a criminis cumulum (*sic !*) *PR*  cu*mulum (l *eras.*; *media* u *in ras. m. ut uid. 1*) $P^1$  19 uelut racti *P* uel attractati *MA* latracti $P^3$ uel attrectati *m*  a*miserunt (d *eras.*) $P^2$

natiuitatis exordio fuerant consecuti'. amiserunt, dixit, quantum adtinuit ad illorum scelus, a quibus amittere coacti sunt; amiserunt in eorum mente ac uoluntate, qui in illos tantum facinus commiserunt; nam si in se ipsis amisissent, remansissent utique diuina sententia sine ulla defensione damnandi. quod si sanctus Cyprianus arbitraretur, non eorum defensionem continuo subiceret dicens: 'Nonne illi, cum iudicii dies uenerit, dicent: Nos nihil fecimus nec derelicto cibo et poculo domini ad profana contagia sponte properauimus; perdidit nos aliena perfidia, parentes sensimus parricidas; illi nobis ecclesiam matrem, illi patrem dominum negauerunt, ut, dum parui et inprouidi et tanti facinoris ignari per alios ad consortium criminis iungimur, aliena fraude caperemur?' hanc defensionem non subnecteret, nisi iustissimam crederet et in dei iudicio paruulis profuturam. si enim uere dicitur: 'Nos nihil fecimus; anima, quae peccauerit, ipsa morietur,' nec illi peribunt sub dei iusto iudicio, quos parentes suo scelere, quantum ad se ipsos adtinet, perdiderunt.

4 Illud uero, quod in eadem commemoratur epistula quandam paruulam turbatis in fuga parentibus nutrici derelictam

7 Cypr. ed. Hartel. p. 243, 12—18 16 Ezech. 18, 4 19 Cypr. ed. Hartel. p. 255, 1—24

1 exordio natiuitatis $P^5$ 2 quoacti $P^2$ 3 ∗ac (h *eras.*) *P* 4 commiserant *P* si *om., m. 2 add.* *H* ipse $P^2$ semet $P^5$ ipsi *P* commisissent $P^5$ remansissent *om.* *P* 5 itaque $P^4$ sententiā (∼ *eras.*) $P^2$ 6 defensione *H* 7 subicere, *m. 2* subiceret $P^2$ 8 aduenerit $AP^5$ porulo, *m. 2* poculo *H* 9 sponte *in fine u. om.* $P^4$ perdedit, *corr.* perdidit $P^2$ 10 perficia, *m. 2* perfidia $P^2$ 11 deum *PMA Cypr.* 12 improuide tanti *P* facinori signari, *m. 2* facinoris ignari $MP^3$ 13 criminum *Cypr.* iungitur, *corr. m. 1* iungimur $P^2$ 14 iussimam, *m. 2* iustissimam *H* 15 paruulis *om.* $P^4$ profueram, *m. 2* profuturam *M* si *cum ras. super* i $P^2$ sic $P^1RP^5$ 17 sub] sed *A* iudio, *m. 2* iudicio *H* suos celere *m. 2 corr.* $P^3$ 18 se *om.* $P^1RSP^4P^5$ 19 uero *cum ras. super* e *et infra* $P^2$ autem *P* commemoratur in eadem $P^4$ commoratur, *m. 2* commemoratur $P^2$ 20 fugam $PP^2P^3P^5$ *edd.*

atque ab eadem nutrice daemonum sacrilegiis impactam postea in ecclesia inlatam sibi eucharistiam miris motibus respuisse, ideo mihi uidetur diuinitus factum, ne maiores putarent nihil se in paruulos illa iniquitate peccare, sed potius intellegerent per illum significantem quodam modo gestum corporis eorum, qui loqui non poterant, se mirabiliter admoneri, quid ipsi facere deberent, qui post tantum illud nefas sacramentis salutaribus inruebant, unde se utique paenitendo abstinere deberent. nec cum tale aliquid diuina prouidentia per infantulos agit, ipsos id agere scientia uel ratione credendum est. neque enim, quia cuiusdam prophetae dementiam deus uoluit etiam asina loquente cohercere, ideo iam miranda est asinorum sapientia. porro si per animal inrationale sonuit aliquid homini simillimum, quod miraculo diuino, non cordi asinino tribuendum sit, ita potuit omnipotens per infantis animam, non ubi ratio nulla erat, sed ubi adhuc sopita erat, gestu corporis eius ostendere, quid illi, qui et in se et in paruulos suos peccauerant, curare deberent. ceterum cum infans non redeat in parentem, ut cum illo et

11 Num. 22, 28

1 nutric*e $P^1$ sacrilegis *H* (*m. 2* sacrilegiis) *M* inpectam, *m. 2* inpactam $P^2$ 2 postea in] post eam *R* miris motibus *om.* $P^5$ modibus, *corr.* motibus $P^2$ 3 idem $P^1RSP^4P^5$ 4 illa] in illa $HMAP^3$ *edd.* 5 quodammodum, *m. 2* quodammodo $P^1$ 6 gustum *A* gestu *cum ras. super* u $P^2$ corporis::::eorum $P^2$ 7 facere *om.* *S* illud *om.* *P* illū $AP^2$ (*m. 2* illud) 8 sacramenti salutaris $HMAP^3$ (*m. 2* sacramentis salutaribus) irretibant $P^4$ se *om.* $P^4$ se*utiq; (c *eras. uid.;* q; *ras. et corr. ex* quae) $P^1$ 9 ne $PP^2$ 10 infantulos, *sed* u *super ras.* (*m. 1?*) $P^2$ agere id $P^5$ scientia* (e *eras.?*) $P^1$ 11 cuidam, *m. 2* cuiusdam *M* clementiam, *m. 2* dementiam $P^3$ 12 etiam uoluit $P^2$ uoluit et $P^5$ nam miranda *A* ammiranda *M* admiranda *edd.* 13 si *om.* $P^2$ animal::: (*parua ras.*) $P^1$ inrationabile *M* 14 simillimum homini $P^5$ miculo, *m. 2* miraculo *H* 15 asinino cordi *A* cordi asini $P^5$ omnipotens deus per $P^4$ 16 infantes $P^1$ (*m. 2* infantis) $P^2$ (*corr.* infantis) 17 posita *P* subita $P^2$ eius *om.* $PP^4$ ostendere, *postr. l. in ras.* (*m. 1?*) $P^1$ qui in se et in paruulis peccauerant $P^2$ 18 debeant *H* 19 redeant (n *del.*) *H* parentem (em *ex corr.*) *H* ut] et, *m. 2* ut $P^2$

in illo unus homo sit, sed omnino alter sit habens carnem suam et animam suam, anima, quae peccauerit, ipsa morietur.

5 Nec illud te moueat, quod quidam non ea fide ad baptismum percipiendum paruulos ferunt, ut gratia spiritali ad uitam regenerentur aeternam, sed quod eos putant hoc remedio temporalem retinere uel recipere sanitatem. non enim propterea illi non regenerantur, quia non ab istis hac intentione offeruntur. celebrantur enim per eos necessaria ministeria et uerba sacramentorum, sine quibus consecrari paruulus non potest. spiritus autem ille sanctus, qui habitat in sanctis, ex quibus una illa columba deargentata caritatis igne conflatur, agit, quod agit, etiam per seruitutem aliquando non solum simpliciter ignorantium uerum etiam damnabiliter indignorum. offeruntur quippe paruuli ad percipiendam spiritalem gratiam non tam ab eis, quorum gestantur manibus, quamuis et ab ipsis, si et ipsi boni fideles sunt, quam ab uniuersa societate sanctorum atque fidelium. ab omnibus namque offerri recte intelleguntur, quibus placet, quod offeruntur, et quorum sancta atque indiuidua caritate ad communicationem sancti spiritus adiuuantur. tota hoc ergo mater ecclesia, quae in sanctis est, facit, quia tota omnes, tota singulos parit. nam si Christiani

2 Ezech. 18, 4 12 Ps. 67, 14

1 sed—sit *om.* $P^4$ 4 illud (ud *ex corr. m. 2*) *H* quod (uod *ex corr. m. 2*) *H* quidem *MA* ad *om.* *P* 5 paruulos fuerunt (*pr.* u *exp.*) *A* paruulo profuerunt *P* 6 regerentur $P^5$ 7 redio, *corr. m. 1* remedio *M* remedio tunc temporalem $P^5$ recipe, *corr. m. 1* recipere *H* 8 qui $P^1RSP^4$ hoc, *corr.* (*m. 3 ?*) hac *H* ac, *m. 2* hac *M* 9 a*feruntur (*fuit* u) $P^2$ celebratur, *m. 2 corr. uid.* celebrantur $P^1$ ministeria necessaria $P^4$ necessaria (aria *ex corr. m. 2*) *H* 10 paruulus consecrari $P^5$ paruulos, *m. 2* paruulus $P^1$ 12 illa una $MP^5$ 13 ait, *m. 2* agit $P^2P^3$ 14 ignorantiam, *corr. m. 1* ignorantium *H* offeruntur indignorum *P* 15 quippe] qui *S* spiritualiter $P^5$ 16 et ab] etsi ab *P* 17 sint $P^1RSP^4$ quam et ab $P^2$ 19 et quorum] quoniam $P^1RSP^4P^5$ 20 et *S* diuidua, *m. 2* indiuidua *H* 21 haec ergo *P* ergo (*om.* hoc) $P^2$ ho (*m. 2* hoc) ergo $P^3$ $\overset{o}{g}$ $\overline{hc}$ $P^5$ 22 paret, *corr.* parit $P^2$

baptismi sacramentum, quando unum atque id ipsum est, etiam apud haereticos ualet et sufficit ad consecrationem, quamuis ad uitae aeternae participationem non sufficiat, quae consecratio reum quidem facit haereticum extra domini gregem habentem dominicum characterem, corrigendum tamen admonet sana doctrina, non iterum similiter consecrandum, quanto potius in catholica ecclesia etiam per stipulae ministerium frumenta purganda portantur, ut ad massae societatem mediante area perducantur!

6 Illud autem nolo te fallat, ut existimes reatus uinculum ex Adam tractum aliter non posse disrumpi, nisi paruuli ad percipiendam Christi gratiam a parentibus offerantur; sic enim scribens dicis: 'Ut, sicut parentes fuerunt auctores ad eorum poenam, per fidem parentum identidem iustificentur', cum uideas multos non offerri a parentibus sed etiam a quibuslibet extraneis, sicut a dominis seruuli aliquando offeruntur. et nonnumquam mortuis parentibus suis paruuli baptizantur ab eis oblati, qui in illis huius modi misericordiam praebere potuerunt. aliquando etiam, quos crudeliter parentes exposuerint, nutriendi a quibuslibet, nonnumquam a sacris

1 quod *edd. praeter m* adque *H* id *om. M* est *om.* $AP^5$ 4 consecratio re‹um (rerum *fuisse uid.*) $PP^1$ consecratior (*postr. l. exp. m. 2*) eum *M* consecratio eorum (*m. 2* eum) $P^3$ quidem * $P^4$ dominicū $P^4$ 5 cogerendum *cum ras. super* oge $P^2$ 6 sc̄a $P^2$ quantum $P^2$ 7 in catholica* ecclesia* (m . . . . . m *eras.*) $P^1$ catholice ecclesie[illegible] (*parua ras.*) $P^2$ stimulae $P^2$ 8 purgando *A* missae, *m. 2* massae *H* 9 area (*pr.* a *in ras. 2 l. m. 1*) $P^4$ 10 nolo (*postr. l. ex ras.*) *M* estimes $PP^2$ 11 ñ *exp. m. 2 M* 12 a parentibus] apparentibus $P^2$ 13 dič $P^2$ dicens, *corr. m. 1* dicis *S* 14 itē idē $P^2$ ideiitidem (idei *exp.*) $P^4$ 15 uideas (e *ex corr. m. 2*) *H* uides *P* apparentibus *H* (*pr.* p *m. 2 del.*) $P^2$ 16 ab hominibus $P^3$ seruulo (*corr.* seruuli) quando $P^2$ offeruntur aliquando $P^5$ 18 in *om.* $PP^2$ *edd. praeter f* misericordia praeuere $P^2$ 19 crudeliter (u *m. 2 add. et pr.* e *ex ras.*) *H* 20 exposuerunt $P^2SP^4P^5$ *edd.* nutriendi, *m. 2* nutriendos $P^1$ nutriendos *R edd. praeter a* a *om.* $P^1RSP^4P^5$ nonnumquam *om.* $P^4$ et nonnumquam $P^2$ a *om.* $MAP^3$ (*m. 1 add.*) sacris [illegible]uirginibus $P^2$

uirginibus colliguntur et ab eis offeruntur ad baptismum, quae certe proprios filios nec habuerunt ullos nec habere disponunt. ac per hoc nihil aliud hic fieri uides, nisi quod in euangelio scriptum est, cum dominus interrogasset, quis illi a latronibus sauciato et semiuiuo in uia derelicto proximus fuisset; responsum est enim: Qui in illum fecit misericordiam.

7 Difficillimam sane quaestionem tibi proposuisse uisus es in extremo inquisitionis tuae ea uidelicet intentione, qua soles uehementer cauere mendacium. 'si constituam', inquis, 'ante te paruulum et interrogem, utrum, cum creuerit, futurus sit castus uel fur non sit futurus, sine dubio respondebis: Nescio, et utrum in eadem paruula aetate constitutus cogitet aliquid boni uel mali, dices: Nescio. si itaque de moribus eius futuris nihil audes certi promittere et de eius praesenti cogitatione, quid est illud, quod, quando ad baptismum offeruntur, pro eis parentes tamquam fidedictores respondent et dicunt illos facere, quod illa aetas cogitare non potest aut, si potest, occultum est? interrogamus enim eos, a quibus offeruntur, et dicimus: Credit in deum? de illa aetate, quae, utrum sit deus, ignorat; respondent: Credit; et ad cetera sic respondetur singula, quae geruntur. unde miror parentes in istis

6 Luc. 10, 37

1 et *om.*, *s. u. add.* $P^2$ 3 ac] hac $P^2$ nihil aliud nihil hic *S* nisi *om.*, *m. 2* quam *add.* *H* 4 in euangełm $P^2$ 6 enim] ei $P^5$ misericordiam fecit in illum $P^4$ 8 es (s *in ras.*, *fuit* st) $P^1$ 9 inquisitione *P* 10 carere $P^2$ si constituat (*postr. l. ex ras. et corr.*), *corr. m. ut uid. 2* si quis constituat $P^1$ si quis constituat $RSP^4P^5$ 11 interroge•t (*fuit* n) $P^1$ interroget $RSP^4P^5$ 12 *ante* non *s. u.* (*m. 1?*) *add.* uel $P^3$ 13 ea $P^2$ paruula *om.* *P* 14 dices (s *in ras. m. ut uid. 1; fuitne* ns ?) $P^3$ si *cum ras. supra* $P^2$ 15 futuris *ras. ex* futurus $P^1$ audis, *m. 2* audes $P^1$ certe *H* certo $P^1RSP^4$ 16 cognitione *P* quod *om.*, *m. 1 add.* $P^1$ 17 fidedoctores respondent *M* fide dicto respondent $P^1RSP^4$ fide dictores spondent $P^5$ 20 credis in deum patrem omnipotentem de $P^5$ quae *om.* $P^5$ 21 sit deus *om.* *P* deus sit $P^5$ respondens *RS* respondet *P* sic respondetur ad cetera $P^4$ 22 singula] sic, *corr. m. 1* singula *S* gerunt *A* quaeruntur *lrm*

rebus tam fidenter pro paruulo respondere, ut dicant eum facere tanta bona, quae ad horam, qua baptizatur, baptizator interrogat; tamen eadem hora si subiciam: Erit castus, qui baptizatur, aut non erit fur? nescio utrum audet aliquis dicere, aliquid horum erit aut non erit, sicut mihi sine dubitatione respondet, quod credat in deum et quod se conuertat ad deum.' deinde tua scripta concludens adiungis et dicis: 'Ad istas ergo quaestiones peto breuiter respondere digneris, ita ut non mihi de consuetudine praescribas, sed rationem reddas.'

8 His litteris tuis lectis et relectis et, quantum sinebant temporis angustiae, consideratis recordatus sum Nebridium amicum meum, qui cum esset rerum obscurarum ad doctrinam pietatis maxime pertinentium diligentissimus et acerrimus inquisitor, ualde oderat de quaestione magna responsionem breuem. et quisquis id poposcisset, aegerrime ferebat eumque, si eius persona pateretur, uultu indignabundus et uoce cohibebat indignum deputans, qui talia quaereret, cum, de

1 paruulis $P^1RSP^4P^5$ eos $P^5$ 2 tanta bona facere *edd.* oram $PP^4$ (*m. 1 corr.* horam) horum *R* baptizatur *om.* $P^4$ baptizantur $PP^5$ baptizator *om.* *P* 3 interrogat ignorant tamen $P^4$ ora *P* sic $P^5$ subiciam] subito an $P^1RSP^4P^5$ 4 baptizator, *m. 2* baptizatur *H* aut̄ (~ *eras.*) non *M* an non $P^5$ a** n** (*fuit* aut non) $P^1$ dicere aliquis *edd.* 5 aut] an $P^4P^5$ respondet sine dubitatione $P^5$ 6 respondit $P^2$ 7 tua scripta* (m *eras.?*) $P^2$ ad dm̄ tua uerba $P^5$ scripta tua *edd.* concludes (*corr.* concludis) adiungens $P^2$ 9 ut et non $P^5$ sed *om.*, *m. 1 add.* *M* reddas rationem *M* ratione $P^5$ 11 et relectis *om.* $P^1RP^2SP^4P^5$ et relictis, *corr. m. 1* et relectis *A* temporis angustiae sinebant *edd.* sinebat, *corr. m. 1* sinebant $P^2$ 12 tempores, *corr.* temporis $P^2$ sum *om.*, *m. 1 add.* $P^1$ nembridium *P* 14 pertinentium maxime $P^5$ 15 magna* $P^1$ 16 hoc $P^2P^5$ *edd.* eum quae $PP^2$ (*corr.* eumq;) $P^3$ (*m. 2* ɫ quod *super* quae) 17 persona (a *in ras. m. 2*) $P^3$ uultu] multa $P^5$ 18 quoibebat $P^2$ reputans $P^5$ quaereret cum (*in ras. m. 2, fuisse uid.* quum) de re tanta $P^1$ quaereret cum (*in ras.*) de re tanta $P^3$ quaereret quin de re tanta *S* quereret cum dicere tanta $P^2$ quaereret alibi cum de re tanta *MA* quaereret alibi quam dere tanta habet cum re tanta *H*

re tanta quam multa dici possent deberentque, nesciret. sed ego tibi non similiter, ut solebat ille, suscenseo; es enim episcopus multis curis occupatus ut ego; unde nec tibi facile uacat prolixum aliquid legere nec mihi scribere. nam ille tunc adulescens, qui talia breuiter nolebat audire et de me multa in nostra sermocinatione quaerebat, ab otioso quaerebat otiosus; tu uero cogitans nunc, quis et a quo ista flagites, breuiter de re tanta respondere me iubes. ecce facio, quantum possum; dominus adiuuet, ut, quod postulas, possim.

9 Nempe saepe ita loquimur, ut pascha propinquante dicamus crastinam uel perendinam domini passionem, cum ille ante tam multos annos passus sit nec omnino nisi semel illa passio facta sit. nempe ipso die dominico dicimus: 'Hodie dominus resurrexit', cum, ex quo resurrexit, tot anni transierint. cur nemo tam ineptus est, ut nos ita loquentes arguat esse mentitos, nisi quia istos dies secundum illorum, quibus haec gesta sunt, similitudinem nuncupamus, ut dicatur ipse dies, qui non est ipse sed reuolutione temporis similis eius, et dicatur illo die fieri propter sacramenti celebrationem, quod non illo die sed iam olim factum est? nonne semel immolatus est Christus in se ipso et tamen in

1 quam *spatio relicto om.* $P^3$ de qua, *ras. et corr. m. ut uid.* 2 quam $P^1$ qu[illegible]anta (*ras. 6—7 l.; eras. uid.* ā de re t) quam *M* posset, *corr. m. 1* possent *P* possint $P^2$ deberentque] que (*in ras.; m. 2 supra* atque) deberent $P^3$ nesciret *spatio relicto om.* $P^3$ nescire *P* nescirent $P^2$ 2 es *ex* his $P^1$ 3 ep̄ns (n *del.*) $P^2$ ut *in ras. m. 2* $P^1$ facile *om. P* (*m. 1 add.*) $P^2$ 4 prolixum aliquid legere uacat $P^5$ prolixū. $P^4$ ne, *corr. m. 1* nec $P^1$ mihi *om.* $P^2$ 5 tali *P* de me multa] de multa $P^1HRMAP^3SP^4$ multa $P^5$ *edd. praeter m* de multis *m* 6 querebatur otiosus *A* 7 cogita $PP^1RP^2SP^5$ 8 de tanta re $P^5$ me *om.* $P^4$ 9 quantum (*post.* u *semiras.*) $P^2$ quod postulas ut *P* possim *ras. ex* possum *M* possimus $P^5$ 10 ita sepe $P^5$ propinquantes $P^3$ 11 uel] per $PP^2$ perentuan a domini $P^2$ repentinam domini $P^1RSP^5$ 12 illa *om. P* 13 facta *om.* $P^5$ est *S* illo $P^5$ dominiquo $P^2$ | [illegible]dicimus (*ras. 2—3 l.*) $P^1$ 14 surrexit $P^1RSP^5$ resurrexerit *P* surrexit $P^5$ transieft $P^4$ 16 mendaces $P^1RSP^4P^5$ 17 qui $P^2$ nuncupamus (mus *ex corr. m. 2*) *H* noncupamus $P^2$ 18 reuolutionem *P* 20 quo $P^2$ die *om.* $P^2$ 21 se *om., m. 2 add.* $P^1$

sacramento non solum per omnes paschae sollemnitates sed omni die populis immolatur nec utique mentitur, qui interrogatus eum responderit immolari? si enim sacramenta quandam similitudinem rerum earum, quarum sacramenta sunt, non haberent, omnino sacramenta non essent. ex hac autem similitudine plerumque iam ipsarum rerum nomina accipiunt. sicut ergo secundum quendam modum sacramentum corporis Christi corpus Christi est, sacramentum sanguinis Christi sanguis Christi est, ita sacramentum fidei fides est. nihil est autem aliud credere quam fidem habere. ac per hoc cum respondetur paruulus credere, qui fidei nondum habet affectum, respondetur fidem habere propter fidei sacramentum et conuertere se ad deum propter conuersionis sacramentum, quia et ipsa responsio ad celebrationem pertinet sacramenti, sicut de ipso baptismo apostolus: C o n s e p u l t i, inquit, s u m u s C h r i s t o p e r b a p t i s m u m i n m o r t e m; non ait: 'Sepulturam significauimus', sed prorsus ait: C o n s e p u l t i s u m u s. sacramentum ergo tantae rei non nisi eiusdem rei uocabulo nuncupauit.

10 Itaque paruulum etsi nondum fides illa, quae in credentium uoluntate consistit, iam tamen ipsius fidei sacramentum

15 Rom. 6, 4

2 populus *A* quod $P^2$ 3 sacra *M* (*m. 2* sacramenta) *A* 4 earum rerum $P^5$ *edd.* sunt *om.* $P^2$ haberet, *corr.* (*m. 3 ?*) haberent *H* 5 autem *om.* $P^4$ 6 etiam $PP^2$ *edd.* nomina rerum $P^5$ om̄a *P* ergo *om.* $P^4$ 7 quendam modum] quem (*ras. et corr. m. 2* quendam) modum $P^1$ quandam *Eug. cod. Vat.* sacramentorum $P^2$ est corpus christi *P* 8 sacramentum sanguinis] et sacramentum sanguinis *P* et sanguis $P^2$ est sanguis christi $P^5$ sangui||||s (*ras. 1—2 l.*) $P^1$ christi *om.* $P^2$ 9 ita] ita et $RP^4P^5$ et||||| (*ras. 1—2 l.*), *m. 2* ita et||| $P^1$ 10 ac—habere *om.* $P^3$ ac] hac $PP^2$ responderetur *H* (er *del.*) *MA* responditur $P^2$ 11 crede, *m. 3* credere *H* qui *ex corr. m. 2* (*fuitne* quam *?*) *H* nondum] non $P^4$ effectum $P^4$ responditur $P^2$ 12 et—sacramentum *om.* $P^3$ a deum $P^2$ 13 a celebrationem $P^2$ 15 sumus inquid *H* inquit *om.* *M* 16 a*it $P^4$ sepultura || $P^2$ significamus $P^4P^5$ 17 ergo] enim *Eug. cod. Vat.* 18 non nisi *in fine u.* *om.* $P^4$ uocabulo *ras. et corr. ex* uocabulum $P^1$ noncupauit $P^2$

fidelem facit. nam sicut credere respondentur, ita etiam fideles uocantur non rem ipsam mente adnuendo sed ipsius rei sacramentum percipiendo. cum autem sapere homo coeperit, non illud sacramentum repetet, sed intelleget eiusque ueritati consona etiam uoluntate coaptabitur. hoc quam diu non potest, ualebit sacramentum ad eius tutelam aduersus contrarias potestates et tantum ualebit, ut, si ante maioris usum ex hac uita emigrauerit, per ipsum sacramentum commendante ecclesiae caritate ab illa condemnatione, quae per unum hominem intrauit in mundum, Christiano adiutorio liberetur. hoc qui non credit et fieri non posse arbitratur, profecto infidelis est, etsi habeat fidei sacramentum, longeque melior est ille paruulus, qui, etiam si fidem nondum habet in cogitatione, non ei tamen obicem contrariae cogitationis opponit, unde sacramentum eius salubriter percipit. respondi, sicut existimo, quaestionibus tuis, quantum adtinet ad minus capaces et contentiosos, non satis, quantum autem ad pacatos et intellegentes, plus forte quam satis. nec tibi ad excu-

10 Rom. 5, 12

1 nam *om.* $P^2$ non *R* respondetur *PMA*$P^2P^3$ *edd.* etiam] etenim $P^2$ fidelis uocatur *M edd.* 2 non *om. M* ipsa *HM*$P^3$*S edd.* mentē *P* | annuendo, *m. 2* ñ annuendo *M* 3 homo sapere *S edd.* homo (*om.* sapere) $P^4$ coeperis, *corr. m. 1* coeperit *S* 4 illu, *corr. m. 1* illud *P* repetet, *m. 2* repetit *H* repetit *M*$P^2$ *edd. praeter m Eug.* intelleget *ex* intellegit $P^1$ intellegit *HMA*$P^2P^3$ *edd. praeter m Eug.* 5 coaptauitur, *m. 2* coaptabitur $P^1$ quoaptabitur $P^2$ 6 pot& *R* 7 maioris usum, *m. 2* maioris usum aetatis $P^1$*M* maioris (*m. 2 in marg.* rationis ł etatis) usum $P^3$ maioris usum aetatis *RS*$P^4P^5$ rationis usum *P*$P^2$ *edd.* 8 uitae (*m. 2* uita) migrauerit *M*$P^3$ uita migrauerit *H*$P^2P^5$ 9 commendant, *m. 2* commendante $P^1$*M* commendant *A* commendat $P^2$ ecclesia $P^2$ caritati *A* karitatem $P^2$ commendatione, *m. 2* contagione $P^3$ 11 libe**retur $P^1$ liberaretur *H* (ar *del.*) *MA*$P^3$ (ar *exp. m. 2*) 12 lon*geque $P^1$ 13 illo *m ex uno cod. Vat.* habeat *edd.* 14 cognitione $P^5$ non ei *om., m. 2 add.* $P^2$ obice *P* cognitionis $P^5$ 15 apponit *RS* opponet $P^2$ 16 estimo, *m. 2* existimo *P* 17 capacis $P^2$ et] et ad *H edd.* contentiosus $P^2$ autem *om. S* 18 fortis $P^2$ satis] sat $P^2$ sat est *HMA*$P^3$ *edd.* ad *om.* $P^2$

sationem meam obieci firmissimam consuetudinem, sed saluberrimae consuetudinis reddidi, quam potui, rationem.

## XCIX.

### RELIGIOSISSIMAE ATQUE IN CHRISTI MEMBRIS MERITO SANCTEQUE LAUDABILI FAMULAE DEI ITALICAE AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Tres epistulas tuae benignitatis acceperam, cum ista rescripsi: unam, quae adhuc meas litteras exigebat, alteram, quae ad te iam peruenisse indicabat, tertiam, quae beniuolentissimam pro nobis curam tuam etiam de domo clarissimi et egregii iuuenis Iuliani, quae nostris adhaeret parietibus, continebat. qua accepta continuo respondere non distuli, quia procurator eximietatis tuae cito se Romam posse mittere scripsit. cuius litteris grauiter contristati sumus, quod ea, quae illic in urbe uel circa urbem geruntur, non nobis insinuare curauit, ut certum apud nos fieret, quod incertae famae credere nolebamus. fratrum quippe litteris ante transmissis quamuis molesta et dura multo tamen leuiora nuntiata sunt. plus sane, quam dici potest, miratus sum, quod nec tanta occasione hominum tuorum fratres sancti episcopi scripserint

1 abieci firmissima $P^2$ 2 consuetudines *H* consuedinis, *m. 2* consuetudinis *M* reddendi $P^2$ quantum $P^4$ rationem (m *m. 2*) *H* rationem. amen $P^2$

*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
$P^1$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

4 adque *P* membris *bis, alterum del.* *R* merito* *P* 5 sanctaeque *P* sanctaeque et *R* sanctoque *M a e* sancto quae (a *exp.*) *F* sancto *A* dei] christi $P^1$ agustinus episcopus in *P* 7 istā *M* 8 litteras meas *A* alterā* quae *F* altera quoq; *MA* 9 te] et, *corr. m. 1* te *P* tertia *M* 12 quia] qua, *corr. m. 1* quia *F* 13 mittere posse *punctis m. 1 corr.* *M* 16 curabit, *m. 2* curauit *P*

nec epistula tua quicquam nobis de tantis tribulationibus uestris insinuauerit, quae utique per uiscera caritatis et nostrae sunt, nisi forte faciendum non putasti, quod nihil prodesse duxisti aut nos tuis litteris maestificari noluisti. prodest aliquid, quantum ego arbitror, etiam ista cognoscere, primo quia iniustum est gaudere uelle cum gaudentibus et flere non uelle cum flentibus, deinde quia tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes autem non confundit, quia caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis.

2 Absit itaque, ut recusemus audire, etiam quae amara et tristia sunt erga carissimos nostros. nescio quo enim modo minus fit, quod patitur unum membrum, si compatiuntur alia membra. nec ipsa mali releuatio fit per communionem cladis sed per solatium caritatis, ut, quamuis alii ferendo patiuntur, alii cognoscendo compatiuntur, communis sit tamen tribulatio, quibus probatio, spes, dilectio spiritusque communis est. omnes autem nos dominus consolatur, qui et haec temporalia mala praedixit et post haec bona aeterna promisit. nec debet, cum proeliatur, infringi, qui uult post proelium coronari, uire illo subministrante certantibus, qui praeparat ineffabilia dona uictoribus.

6 Rom. 12, 15 7 Rom. 5, 3—5 14 I Cor. 12, 26

1 nobis quicquam *R* 2 et *om. PF* (*add. m. 1*) 3 putasti] putas tibi *P*¹ 4 dixisti *MFAP*¹ *a* maestificare *M* 5 etiam *om.*, *m. 1 add. M* 6 primum *R* 7 non uelle] nolle *R* 8 probatio uero spem *M* 9 autem non *bis A* 12 resemus, *corr. m. 1* recusemus *P*¹ 13 tristitia *PP*¹ (ti *exp. m. 2*) quo enim] enim (*del. m. ut uid. 1*) quo enim *M* 15 alia, *m. 1 supra* ⁊ omnia *R* releuatio (leu *ex corr. m. ut uid. 1; fuisse uid.* uel) *P* reuelatio *MFA* (*m. 2* releuatio) *P*¹ (*ras. et corr.* releuatio) 16 cladi *FP*¹ (*m. 2* cladis) quamuis] quas *P*¹ 17 patiantur *P* compatiantur *P* patiuntur *R* 19 spiritusquae (a *del.*) *P* omnis, *corr. m. ut uid. 1* omnes *F* 20 et hac, *m. 2* et haec *P*¹ 22 praemium, *corr.* (*m. 1?*) praelium *A* 23 ineffabilia dona prepat *R*

3 Rescripta illa nostra non tibi ad nos auferant scribendi fiduciam, praesertim quia timorem nostrum non inprobabili defensione lenisti. paruulos tuos resalutamus et in Christo tibi grandescere optamus, qui iam in hac aetate cernunt, quam sit amor huius saeculi periculosus et noxius. atque utinam, cum magna et dura quatiuntur, parua et flexibilia corrigantur. de domo illa quid dicam, nisi benignissimae tuae curae gratias agam? nam eam, quam dare possumus, nolunt, quam uolunt autem, dare non possumus. neque enim, sicut falso audierunt, a decessore meo relicta est ecclesiae, sed inter antiqua eius praedia possidetur et antiquae alteri ecclesiae sic cohaeret quem ad modum ista, qua de agitur, alteri.

## C.

DOMINO EXIMIO MERITOQUE HONORABILI INSIGNITERQUE LAUDABILI FILIO DONATO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Nollem quidem in his afflictionibus esse Africanam ecclesiam constitutam, ut terrenae ullius potestatis indigeret auxilio.

1 scribendi auferant *R* 2 uestrum *R* 3 lesisti *M* 4 grandescere] gratia discere *P* qui] quia *P* 5 adque *P* 6 praua *P* cogantur, *corr. m. 1* corrigantur *M* 10 ad ecessore *corr. m. ut uid. 1 M* ecclesia *F* 11 antiquae] antiqua *A* altari *R* 12 qua de, *m. 2 signis corr.* de qua $P^1$ de qua *R edd.* alteri *om., in marg. m. 1 add.:* Aliter. Et antiquae alteri sic coheret quemadmodum ista de qua agitur alteri *R*

*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*C* = *cod. Casinensis* $16^{19}$ *s. XI.*
$P^1$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

14 *post* meritoque *in fine u. ras. 3—4 l. M* honorabili. *M* 15 laudabili *postr. l. ex ras. et corr. m. ut uid. 1 F* 16 afflictionibus, *corr. m. 1* afflictationibus *C* afflictationibus *MR m* esset africana ecclesia constituta *P* afriuam, *m. 2* africanam *C* 17 illius, *corr. m. 1* ullius *PM* illius *A*$P^1$ (*m. 2* ullius)

sed quia, sicut apostolus dicit, non est potestas nisi a deo, procul dubio, cum per uos sincerissimos catholicae matris filios eidem subuenitur, auxilium nostrum in nomine domini est, qui fecit caelum et terram. quis enim non sentiat in tantis malis non paruam nobis consolationem diuinitus missam, cum tu uir talis et Christi nominis amantissimus proconsularibus es sublimatus insignibus, ut ab sceleratis et sacrilegis ausibus inimicos ecclesiae bonae tuae uoluntati potestas sociata cohiberet, domine eximie meritoque honorabilis insigniterque laudabilis fili? denique unum solum est, quod in tua iustitia pertimescimus, ne forte, quoniam, quicquid mali contra Christianam societatem ab hominibus impiis ingratisque committitur, profecto grauius est et atrocius, quam si in alios talia committantur, tu quoque pro immanitate facinorum ac non potius pro lenitatis Christianae consideratione censeas cohercendum. quod te per ipsum Christum ne facias obsecramus. neque enim uindictam de inimicis in hac terra requirimus aut uero ad eas angustias animi nos debent coartare, quae patimur, ut obliuiscamur, quid nobis praeceperit, pro cuius ueritate ac nomine patimur; diligimus inimicos nostros et oramus pro eis. unde ex occasione terribilium iudicum ac legum, ne in aeterni iudicii poenas incidant, corrigi eos cupimus, non necari; nec disci-

1 Rom. 13, 1 3 Ps. 120, 2 20 Luc. 6, 27—28

3 eisdem (s *del. m. 2*) *P*[1] 6 con**lationem (*fuisse uid.* so) *F* et in christi *F* christi, *m. 2 in marg.* ł christiani *P*[1] 7 nominis (is *ex corr. m. 1*) *C* *es (∼ *super* e *eras.; fuitne* oẽs ?) *P*[1] 11 unum *om. P* 12 quoniam *om., m. 1 add. F* 13 omnibus *R* 15 pro *om. A* 16 consideratione̅ (∼ *eras.*) *M* 17 ipsum] Iesum *edd.* 18 *ante* aut *adpictum* H *M* at *cum ras. supra et* ∼ (*m. 3 ?*) *C* 19 animi nos] animis *P* patimur (ati *ex ras. et corr. m. 2*) *P*[1] 20 praecepit *R* et *R* 21 diligamus, *corr.* ut diligamus *M* qui diligimus *CP*[1] oramus *M* (*corr.* oraemus) *C* (am *ex corr.*) ex occasione̅ (∼ *eras.*) *M* ex hoccasione, *m. 2* ex hac occasione *C* excusatione *A* 22 in aeterni] interni *P*[1] 23 indidant, *m. 2* incidant *P*[1] corrige, *corr. m. 1* corrigi *F*

plinam circa eos neglegi uolumus nec supplicia, quae digna sunt, exerceri. sic ergo eorum peccata compesce, ut sint, quos paeniteat peccauisse.

2 Quaesumus igitur, ut, cum ecclesiae causas audis, quamlibet nefariis iniuriis appetitam uel afflictam esse cognoueris, potestatem occidendi te habere obliuiscaris, petitionem nostram non obliuiscaris. non tibi uile sit neque contemptibile, fili honorabiliter dilectissime, quod uos rogamus, ne occidantur, pro quibus dominum rogamus, ut corrigantur. excepto etiam, quod a perpetuo proposito recedere non debemus uincendi in bono malum, illud quoque prudentia tua cogitet, quod causas ecclesiasticas insinuare uobis nemo praeter ecclesiasticos curat. proinde si occidendos in his homines putaueritis, deterrebitis nos, ne per operam nostram ad uestrum iudicium aliquid tale perueniat, quo comperto illi in nostram perniciem licentiore audacia grassabuntur necessitate nobis impacta, ut etiam occidi ab eis eligamus, quam eos occidendos uestris iudiciis ingeramus. hanc admonitionem, petitionem, obsecrationem meam ne, quaeso, aspernanter accipias. neque enim te arbitror non recolere magnam me ad te et multo, quam nunc es, altius sublimatum, etiam si episcopus non essem,

10 Rom. 12, 21

1 sulpitia *M* suppliciis *edd.* quae digni (*m. 2* digna) *P* quibus digni *C*$P^1$*R* *edd.* 2 exeri *P* igitur *flrm* 3 paeniteant (*post.* n *exp.*) $P^1$ peccasse *flrm* 4 causa saudis *corr. F* 6 occidenti, *m. 3* occidendi *C* occidentis $P^1$ petitionem] et petitionem *C*$P^1$*flrm* 7 uile sit] bos laesit *in ras. m. 1 F* 8 ne—rogamus *om. M* 12 nobis *A* 13 occidos, *m. 2* occidendos $P^1$ in his] in his sceleribus *edd.* 14 per operam] peram, *m. 2* per operam *P* 15 tale] ad te, *m. 1 supra* ł tale *R* 16 grassabuntur (*m. 1* c *super* g) *M* impacta] impacta et indicta *edd.* 17 *post* occidi *ras. 3—4 l. M* eligamur *A* 19 aspernanter (*post.* e *ex ras. et corr.; fuisse uid.* u) *P* aspernanter (ter *in ras. m. ut uid. 1*) *F* aspernantur, *m. 2* aspernanter *AC* aspernando $P^1$ aspicias *C* 20 te *om. A* retinere *P* magnā (~ *in ras.*) *M* magna *F* magnum *C*$P^1$ me *om.*, *m. ut uid. 1 add. M* multum *P* quam *ex corr. m. 2* (*fuitne* qui ?) *C*

fiduciam tamen habere potuisse. cito interim per edicta excellentiae tuae nouerint haeretici Donatistae manere leges contra errorem suum latas, quas iam nihil ualere arbitrantur et iactant, ne uel sic nobis parcere aliquatenus possint. plurimum autem labores et pericula nostra, quo fructuosa sint, adiuuabis, si eorum uanissimam et impiae superbiae plenissimam sectam non ita cures imperialibus legibus comprimi, ut sibi uel suis uideantur qualescumque molestias pro ueritate atque iustitia sustinere, sed eos, cum hoc abs te petitur, rerum certarum manifestissimis documentis apud acta uel praestantiae tuae uel minorum iudicum conuinci atque instrui patiaris, ut et ipsi, qui te iubente adtinentur, duram, si fieri potest, flectant in melius uoluntatem et ea ceteris salubriter legant. onerosior est quippe quam utilior diligentia, quamuis ut magnum deseratur malum et magnum bonum teneatur, cogi tantum homines, non doceri.

1 interim] inter ēē $P^1$ per edicta] praedicta $P^1$ praedictae *cett. codd. a* per edictum *cett. edd.* 2 tuae *om. R* manere] mare *A* 3 latens, *corr. m. 1* latas *M* quasi | iam *F* 5 quae *A* quod *R* 6 adiuuaberis *C* et] etiam *P* 7 plenissimā (a *m. 1 ex* e) *M* 9 atque *ex* adque (*m. 1?*) *P* 10 apud acta] approba, *m. 2 supra* apud acta $P^1$ 11 iudicium *F* 12 atque *ex* adque (*m. 1?*) *P* iuuente, *m. 2* iubente *P* inuente *F* 14 utilior est diligentia *C* 16 teneatur bonum *edd.* cogi tantum] cogitant ů, *sed* ů *in ras. 1 l.* (*m. 1?*) *M* cogitandum *F*

## CI.

DOMINO BEATISSIMO ET VENERABILITER CARISSIMO ET SINCERISSIMO DESIDERANTISSIMO FRATRI ET COEPISCOPO MEMORIO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Nullas debui iam reddere litteras sanctae caritati tuae sine his libris, quos a me sancti amoris iure uiolentissimo flagitasti, ut hac saltem oboedientia responderem epistulis tuis, quibus me magis onerare quam honorare dignatus es. quamquam ubi succumbo, quia oneror, ibi etiam, quia diligor, subleuor. neque enim a quolibet diligor, subleuor, eligor sed ab eo uiro et domini sacerdote, quem sic acceptum deo sentio, ut, cum animam tuam tam bonam leuas ad dominum, quoniam in illa me habes, leues et me. debui ergo nunc libros mittere, quos emendaturum me esse promiseram et ideo non misi, quia non emendaui, non quia nolui, sed quia non potui curis uidelicet multis et multum praeualentibus occupatus. nimis autem ingratum ac ferreum fuit, ut te, qui nos sic amas, hic sanctus frater et collega noster Possidius, in quo nostram non paruam praesentiam reperies, uel non disceret

*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*P*¹ = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

2 uenerabiter *R* 3 sincerissime *M* sincerissimo, *m. 1* e *super* o *add. R* sinceriter *flrm* desiderantissimo *add.* (*m. 3?*) *s. u.* q: *F* ac desiderantissimo *ae* 5 iam debui reddere *R* iam reddere debui *edd.* 7 hac] ac *M* oboedientia* *P* 8 honorare quam *onerare *M* nisus, *m. 1 supra* ł dignatus *R* 9 oneror] nerror (*sic!*) *F* ibi *ras. ex* ubi *P* qua, *corr. m. 1* quia *M* 10 sublegor *F* et eligor *P*¹ elegor *M* (*m. 2* eligor) *F* ilico *P* *abeo *M* habeo *F* uiro] uerū (er *m. 3 inductum*) *F* 11 sacerdotē (∼ *m. 1?*) *F* accepto, *corr. m. 1* acceptum *M* 12 tam *om. F* 13 abes, *corr. m. 1* habes *M* 17 ut te] uitę *M* (*corr. m. 1* ut ad te) *A* uenite *F* 18 quo *om.*, *m. 2 add. P*¹ 19 nr̄a, *corr.* (*m. 1?*) nr̄am *P* disceret, *corr. m. 1* discederet *M* discederet *F*

uel sine nostris litteris disceret. est enim per nostrum ministerium non litteris illis, quas uariarum serui libidinum liberales uocant, sed dominico pane nutritus, quantus ei potuit per nostras angustias dispensari.

2 Quid enim aliud dicendum est eis, qui cum sint iniqui et impii, liberaliter sibi uidentur eruditi, nisi quod in litteris uere liberalibus legimus: Si uos filius liberauerit, tunc uere liberi eritis? per eum namque praestatur, ut ipsae etiam, quae liberales disciplinae ab eis, qui in libertatem uocati non sunt, appellantur, quid in se habeant liberale, noscatur. neque enim habent congruum libertati, nisi quod habent congruum ueritati. unde ille ipse filius: Et ueritas, inquit, liberabit uos. non ergo illae innumerabiles et impiae fabulae, quibus uanorum plena sunt carmina poetarum, ullo modo nostrae consonant libertati, non oratorum inflata et expolita mendacia, non denique ipsorum philosophorum garrulae argutiae, qui uel deum prorsus non cognouerunt uel, cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis et obscuratum est insipiens cor eorum et dicentes se esse sapientes stulti facti sunt et inmutauerunt gloriam incorrupti dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis et uolucrum et quadrupedum et serpentium uel qui

7 Ioh. 8, 36 12 Ioh. 8, 32 17 Rom. 1, 21—23

1 sine] si non *F* litteris nostris *edd.* disceret, *corr. m. 1* discederet *M* per nostrum] paruum, *corr. m. 1* per nostrum *M* 3 diuino, *m. 2* dominico *P*[1] poene *M* (*m. 2* pane) *FA* quantum *R* 6 i•mpii *P* in *om. P*[1] 8 uero *F* liberi (*postr. l. m. 1 in ras. 2 l.*) *P* liberati *F* eum] uni *F* ipse *ARa* 10 liberare, *m. 2* liberale *P* 11 liberati *MF* 13 liberauit *P* (*m. 2* liberabit) *F* (*corr. m. 1* liberabit) *A* 14 sint *F* 15 consonant nostrae *R* liberati *A* et *om., m. 2 add. P*[1] expoli•ta *PFP*[1] expoliata *A* 16 garrulitatis argutia, *m. 1 supra ł* garrulae argutiae *R* 17 prorsus deum *R* 21 stulti] et stulti *P* 22 incorrupti dei *om. M* incorruptibilem *P* 24 et quadrupedum] atque quadrupedum *edd.*

istis simulacris non dediti aut non nimis dediti coluerunt tamen et seruierunt creaturae potius quam creatori. absit omnino, ut istorum uanitates et insaniae mendaces, uentosae nugae ac superbus error recte liberales litterae nominentur hominum scilicet infelicium, qui dei gratiam per Iesum Christum dominum nostrum, qua sola liberamur de corpore mortis huius, non cognouerunt nec in eis ipsis, quae uera senserunt. historia sane, cuius scriptores fidem se praecipue narrationibus suis debere profitentur, fortassis habeat aliquid cognitione dignum liberis, cum siue bona siue mala hominum tamen uera narrantur. quamuis in eis cognoscendis, qui sancto spiritu non adiuti sunt rumoresque colligere ipsa humanae infirmitatis condicione compulsi sunt, quem ad modum non fallerentur in plurimis, omnino non uideo. est tamen aliqua in eis propinquitas libertatis, si uoluntatem mentiendi non habent nec homines fallunt, nisi cum ab hominibus humana infirmitate falluntur.

3 Verum quia in omnibus rerum motibus, quid numeri ualeant, facilius consideratur in uocibus eaque consideratio quibusdam quasi gradatis itineribus nititur ad superna intima ueritatis, in quibus uiis ostendit se sapientia hilariter et in omni prouidentia occurrit amantibus, initio nostri otii,

1 Rom. 1, 25 5 Rom. 7, 24—25 21 Sap. 6, 17

1 non dedi (*om.* ti aut non nimis dediti) coluerunt *A* dediti aut *ex* deditia ut *P* 3 insaniae (*post.* i *m. 1 exp. uid.*) *M* uentosae nugae] et uentosae nenię $P^1$ 4 liberares, *corr.* liberales *M* 5 qui dei] quid I (i *in ras. m. 2*) *P* 7 quae erant uera *R* quae uera sunt *edd. praeter m* 8 storia, *m. 2* ystoria *P* fide *A* 9 cognitione *cum ras. super* e *M* 11 his *A* spiritu sancto *FR edd.* sco *ras. et corr. ut uid. ex* scm *P* 12 rimoresque, *m. 2* rumoresque $P^1$ infirmitates *M* (*m. 2* infirmitatis) *F* (*m. 1? corr.* infirmitatis) 13 condicione *ex* condicioni $P^1$ 14 in eis aliqua *R edd.* 18 in omnibus] hominibus *A* qui *MFA aef* numerari *MFAR a e* dinumerari, *m. 2* numeri $P^1$ 19 eaquae (*post.* a *del.*) *P* 20 nititur *ras. ex* nutitur *M* intimae *A* 21 uiis] ius *M* sapientia, *corr. m. 1* sapientiae *M* in omni] homini *A* 22 prudentia *MR* (*m. 1 supra* ł prouidentia) oui, *m. 2* ocii $P^1$

cum a curis maioribus magisque necessariis uacabat animus, uolui per ista, quae a nobis desiderasti, scripta proludere, quando conscripsi de solo rhythmo sex libros et de melo scribere alios forsitan sex, fateor, disponebam, cum mihi otium futurum sperabam. sed postea quam mihi curarum ecclesiasticarum sarcina inposita est, omnes illae deliciae fugere de manibus, ita ut uix nunc ipsum codicem inueniam, quoniam tuam uoluntatem nec petitionem sed iussionem contemnere nequeo. quod sane opusculum si potuero mittere, non quidem me tibi obtemperasse uerum tamen te hoc a me tanto opere flagitasse paenitebit. difficillime quippe intelleguntur in eo quinque libri, si non adsit, qui non solum disputantium possit separare personas uerum etiam pronuntiando ita sonare morulas syllabarum, ut eis exprimantur sensumque aurium feriant genera numerorum, maxime quia in quibusdam etiam silentiorum dimensa interualla miscentur, quae omnino sentiri nequeunt, nisi auditorem pronuntiator informet.

4 Sextum sane librum, quem emendatum repperi, ubi est omnis fructus ceterorum, non distuli mittere caritati tuae; fortassis ipse tuam non multum refugiat grauitatem. nam superiores quinque uix filio nostro et condiacono Iuliano, quoniam et ipse iam nobiscum commilitat, digni lectione uel

1 maioris, *corr. m. 1* maioribus *P*[1] 2 a *om. A* desiderastis *R* 3 rithmos ex *M* (*corr.* rithmo sex) *F* (*m. 3* rithmo sex) melos *PM* (s *exp. m. 2*) *FAP*[1] (s *exp. m. 2*) 4 forsitans ex, *m. 3* forsitan sex *F* 6 fugire *M* (*m. ut uid. 1 corr.* fugere) *F* (*m. 3* fugere) 7 quoniam] qua, *corr. m. 1* quia (*super* a *ras.*) *M* 10 tant*opere *P* tantopere *FP*[1]*R edd.* 11 ·V· *P*[1] 12 possit *om.*, *m. 1* (?) *add. M* 13 sonarem orulas *corr. P* 15 in] m (i *supra*) *R* etiam *om. M* silentio*r* (~ *postea add. uid.*) *P* 16 sentire *MA* 17 adiutorem *M* (*m. 2* ł auditorem) *FR a* adiutorum *A* adiutor, *m. 2* auditorem *P*[1] infirmet *MF* firmet *A* 18 quem] quia *P* emendatū* (r *eras.*) *A* 19 omnis *om. M* 20 refugiet *edd.* 21 quinque superiores *R* folio, *m. 1* (?) *corr.* filio *M* 22 quoniam] qui (i *m. 2 in ras. 1 l.*) *M* digni lectione uel cognitione *scripsi*; dilectione uel cognitione *PFAP*[1] (*super* dilectione *m. 2 add.* digni) *R* dilectionē uel cognitionē (~ ..... ~ *eras.*) *M* cognitione *a* cognitione digni *e* lectione et cognitione digni *cett. edd.*; *cf. Retract. I 11, 1*

cognitione uidebuntur. quem quidem non audeo dicere plus amo quam te, quia nec ueraciter dico, sed tamen audeo dicere plus desidero quam te. mirum uideri potest, quem ad modum, quem pariter amo, amplius desiderem; sed hoc mihi facit spes amplior uidendi eum; puto enim, quod, si ad nos te iubente uel mittente uenerit, et hoc faciet, quod adulescentem decet, maxime quia nondum curis maioribus detinetur, et te ipsum mihi expeditius adportabit. quibus numeris consistant uersus Dauidici, non scripsi, quia nescio. neque enim ex Hebraea lingua, quam ignoro, potuit etiam numeros interpres exprimere, ne metri necessitate ab interpretandi ueritate amplius, quam ratio sententiarum sinebat, digredi cogeretur. certis tamen eos constare numeris credo illis, qui eam linguam probe callent. amauit enim uir ille sanctus musicam piam et in ea studia nos magis ipse quam ullus alius auctor accendit. habitetis omnes in aeternum in adiutorio altissimi, qui habitatis unanimes in domo, pater materque fratres filiorum et cuncti unius patris filii memores nostri.

16 Ps. 90, 1 17 Ps. 67, 7

2 amo] ammodo *F* tamen *om.* $P^1$ 4 quam, *corr. m. ut uid. 1* quem $P^1$ 8 numeris, *m. 2 supra* ·/· metris *P* 9 non scripsi *m. 2 ex* conscripsi *M* 10 interpres numeros *R* numero, *m. 2* numeros $P^1$ 11 ne, *m. 2* nec *M* necessitati *F* ad interpretandi ueritatē *M* 12 degredi *F* 13 cogerentur *P* cogebat *M* certus *F* constat e numeris *FA* numeris consistere (*m. 1 supra* ł constare) *R* 14 eā linguā (∼ . . . . ∼ *eras.*) $P^1$ prope *F* probe, *m. 1 supra* ł prope *R* 15 ipsae *A* 16 alius *om.*, *m. 1 post* auctor *s. u. add. M* habetis, *m. 2* habitetis $P^1$ in aeternum adiutorio *MFAP*$^1$ (*m. 2* in aeterno adiutorio) *R* in aeterno adiutorio *P* 17 habitantes *F* unianimes *PMF* 18 | ∗ pater *P* filiorum, *m. 2* filii *M* fili, *corr. m. ut uid. 1* filii *F* memoris, *m. 2* memores $P^1$

## CII.

SINCERISSIMO FRATRI ET CONPRESBYTERO DEOGRATIAS AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Quaestiones tibi propositas mihi delegare maluisti non, ut opinor, pigritia, sed quod ea quoque ipsa, quae nosti, libentius per nos audis, dum nos nimis diligis. at ego propterea malebam a te illas aperiri, quod ille ipse amicus, qui eas proposuit, quantum ex hoc conici datur, quod mihi ad quasdam epistulas non rescripsit, quasi nos uerecundatur sequi; uiderit quam ob causam. hoc tamen suspicor nec suspicio mea uel maliuola est uel absurda, cum et optime noueris, quantum eum diligam quantoque mihi dolori sit, quod nondum Christianus est, et utique non inconuenienter arbitror eum, quem uideo mihi rescribere noluisse, nihil sibi

*H* = *cod. Palatinus 211 s. X; deest initium usque ad p. 545, 14*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*C* = *cod. Casinensis 16*[19] *s. XI.*
*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*G* = *cod. Sangallensis 148 s. XI.*
*E* = *cod. Erlangensis 272 s. XI.*

*P*[1] = *cod. Parisinus 12193 s. IX.*
*P*[2] = *cod. Parisinus 12226 s. IX.*
*S* = *cod. Sangallensis 174 s. IX.*
*P*[3] = *cod. Parisinus 1958 s. XI.*
} *primam tantum quaestionem a p. 545, 17—551, 3 habent.*

*Eugippi excerpta (ed. P. Knoell):*
*p. 1013, 5—1015, 9 = p. 546, 13* (ideo) — *549, 21*
*p. 1015, 10—29 = p. 550, 5—551, 3*

4 uoluisti *A* 5 nosti[illegible] (*ras. 1—2 l.*) *M* 6 liberantius *A* at ego] ad ea *G* pro[illegible]ea *E* 7 illas] illis *M* 8 conicidatur *AP* (*m. 2 disi.*) concidatur, *m. 2* concedatur *M* 9 epistulas *om. E* uerecundatur (at *ex corr., fuisse uid.* ant) *C* 10 sequi, *sed* se *del. et post* qui *m. 2 add. G* 12 eam *M* (*m. 1? corr.* eum) *A* dolori mibi *E* 13 utique] ob id *E* 14 nihil—uoluisse *om., in marg. m. 1 add.* me quoque sequi nolle *E*

a me scribi uoluisse. proinde obsecro te, ut, quem ad modum ego tibi parui atque inter meas artissimas occupationes tuam sanctam mihique carissimam uoluntatem offendere timui, ut facerem, quod petisti, ita tu quoque facias, quod peto. hoc est autem, ut breuiter, quem ad modum a te, sicut mihi indicasti, postulauit, ad omnia illi respondere non graueris, quod et ante facere potuisti. scies enim, cum legeris, nihil paene a me dictum, quod ipse non noueras aut quod me tacente nosse non poteras. sed hoc opus meum habeas rogo cum ceteris, quorum studio scis conuenire. tuum uero illud, quod flagito, habeat ipse, cui hoc potissimum congruit, et ceteri, quos non parum ista delectant, quem ad modum abs te dici possunt, inter quos et ipse sum. uiuas semper in Christo nostri memor.

## SEX QUAESTIONES CONTRA PAGANOS EXPOSITAE.

### I. DE RESURRECTIONE.

2 Mouet quosdam et requirunt de duabus resurrectionibus quae conueniat promissae resurrectioni, utrumnam Christi an

3 ut] si, *m. 2* nisi *P* si non *edd.* 5 est *om. PG* 6 ille, *m. 2* illi *G* illa *A* 7 scis *E* 8 ipse *om. E* 9 rogo habeas *edd.* 10 tuum] tum *MCP* (*corr. m. 1* tuum) *G* tam *A* 11 cui (i *ex ras.; fuitne* r *?*) *P* conuenit *E* 12 ceteris *E* dici possunt abs te *edd.*

Sancti augustini de solutione quaestionum I de resurrectione II de tempore christianae religionis III de sacrificiorum distinctione IIII de eo quod scriptum est in qua mensura mensi fueritis remetietur uobis V de filio dei secundum salamonem VI de iona propheta. prima de resurrectione *HMP*; incipit epistula augustini de solutione quaestionum, de resurrectione *etc.* de resurrectione *A;* (*antecedente Retract. loco II 31* inter haec—sancta:) incipiunt capitula de resurrectione *etc.* prima quaestio. de resurrectione *E;* item responsio eiusdem ad propositas quaestiones I de resurrectione *etc.* de resurrectione *C;* explicit epistula. epistulam augustini post naturam boni scriptam hic habes legere. incipiunt solutiones quaestionum de resurrectione *etc.* augustinus ad deo gratias prbm. *G;* haec quaestio resurrectionis christi et lazari descripta de principio libri quaestionum VI beati augustini contra paganos $P^1P^2SP^3$; *cf. Aug. Retract. II 31.* 15 sex quaestiones—expositae *praeposui ex Retract. II 31* 17 requirint, *m. 1 corr.* requirunt *H*

Lazari. 'si Christi', inquiunt, 'quo modo potest haec conuenire resurrectioni natorum ex semine eius, qui nulla seminis condicione natus est? si autem Lazari resurrectio conuenire adseritur, ne haec quidem congruere uidetur, si quidem Lazari resurrectio facta sit de corpore nondum tabescente, de eo corpore, quo Lazarus dicebatur; nostra autem multis saeculis post ex confuso eruetur. deinde si post resurrectionem status beatus futurus est nulla corporis iniuria, nulla necessitate famis, quid sibi uult cibatum fuisse Christum et uulnera monstrauisse? sed si propter incredulum fecit, finxit; si autem uerum ostendit, ergo in resurrectione accepta futura sunt uulnera'.

3 Quibus respondetur ideo non Lazari resurrectionem sed potius Christi congruere promissae resurrectioni, quia Lazarus ita resurrexit, ut iterum moreretur, Christus autem, sicut de illo scriptum est, surgens a mortuis iam non moritur et mors ei ultra non dominabitur. quod etiam promissum est resurrecturis in fine saeculi et cum illo regnaturis in aeternum. sic autem non pertinet ad resurrectionem

5 Ioh. 11, 39—44 9 Luc. 24, 30; 39—43; Ioh. 20, 20; 27; 21, 13 15 Rom. 6, 9 17 Apoc. 20, 6; 22, 5

1 inquiunt quo modo, *m. 2* quo modo inquiunt *P* conuenire (*post.* n *m. 2*) $P^1$ 3 resurrectione *H* resurrectioni *P* conuenire] quo modo conuenire *E* 4 nec *CP* congrue $P^1P^2S$ (*m. 2* congruere) $P^3$ quidem] quid $P^1P^3$ 5 factę, *corr. m. 1* facta $P^2$ sit] est *E* 6 de eo, *m. 2* et de eo *SG* quod $P^1P^2SP^3E$ 7 post ex confuso eruetur] euolutio post confusa corpora futura esse credetur *E* post *in ras. m. 2* $P^3$ ex confuso eruetur *m. 2 del. et in marg. add.* longum tempus ex quadam quo soluta discesserant confusione reparabuntur (= *p. 548, 11—12*) *M* ex] eorum *P* confus*o (i *eras.*) $P^2$ confusa, *m. 2* confuso *G* po*st $P^3$ 8 statutus *H* statuis *ex ras., fuisse uid.* statutis *M* beatis *A* est futurus *H* 9 qui, *m. 2* quid *G* sibi] si *A* Christum fuisse *edd.* 11 ego, *m. 2* ergo *A* 14 resurrectione, *corr. m. 1* resurrectioni *H* 15 surrexit *E* moraretur, *m. 2* moreretur $P^1$ 16 surges, *m. 2* surgens *P* 17 ei] e, *corr. m. 1* ei *H* ei illi *E* illi *edd. sec. Vulg.* ultra *om. E* 18 resurrecturus *HG* (*m. 2* resurrecturis) et iam illo *H* et iam cum illo *A* regnaturus $P^2$ (*corr. m. 1* regnaturis) *H* 19 si, *m. 2* sic *G*

differentia natiuitatis Christi et nostrae, quod ille sine uirili semine nos autem ex uiro et femina creati sumus, sicut non pertinet ad ipsius mortis differentiam. non enim propterea illius non uera mors fuit, quia sine uirili semine natus est, sicut nec ipsius primi hominis aliter exorta caro quam nostra, quando quidem ille sine parentibus de terra creatus est nos uero ex parentibus, aliquid adtulit ad differentiam mortis, ut aliter ille moreretur aliter nos. sicut autem ad mortis sic nec ad resurrectionis differentiam ualet diuersa natiuitas.

4 Sed ne hoc ipsum, quod scriptum est de primo homine, similiter infideles nolint credere, quaerant uel animaduertant, si uel hoc possunt, quam multorum animalium genera sine parentibus ex terra procreentur, quae tamen coeundo pariant etiam ipsa sui similem prolem nec propter diuersitatem natiuitatis intersit aliquid ad naturam eorum, quae procreata sunt ex terra, et eorum, quae illis coeuntibus orta sunt. similiter enim uiuunt similiterque moriuntur, quamuis dissimiliter nata sint. ita non est absurdum, ut similiter resurgant

1 uiri *Eugippi cod. Vat. et m. 2 Paris. 11642* 2 sicut etiam non *edd.* 4 mors non uera *E* quia* *C* uiri *Eugippi cod. Vat. et m. 2 Paris. 11642* 5 coro, *corr. m. 1* caro *H* 6 quāquidem $P^1$ quanquidem $P^3$ qđ*quidem (o *eras.*) *M* ille sine (e....e *m. 2 corr. aut inducta*) $P^1$ terrae, *m. 1 corr.* terra *H* 7 ex] de *C* 8 ille *om.* $P^1$ moretur $P^2$ (*m. 1? corr.* moreretur) *S* (*m. 2* moreretur) moriretur, *m. 2* moreretur *M* autem, *m. 2* autem ñ *C* si, *m. 2* sic *G* 9 diuersitas (as *m. 2 in ras.*) $P^1$ natiuitas, *m. 2* natiuitatis $P^1$ natiuitatis *H* 10 ne] nec *P* si uel *E* 11 infideles] infideles homines *edd.* nolunt, *m. 2* uolunt *P* animaduertunt $P^2$ (*corr.* animaduertant) *S* (*m. 2* animaduertant) 13 procreantur $P^1P^2SAPP^3$ *Eug.* pareant, *corr. m. 1* pariant $P^2$ pariant, *m. 2* pariunt *S* pariunt *P Eug.* 14 etiam *om.* $P^1P^2$ (*m. 2 add.* iam) $P^3E$ ipsa *in fine u. om. A* ipse, *m. 2* ipsa $P^2S$ sui similem (i simi *m. 2 in ras.*) $P^2$ sui simile* (m *eras.?*) *P* sui uisibilem $P^1S$ (*m. 2* sui similem) $P^3$ sui simili *C* sui simile *E edd.* prolem *om. HMACPG* (*add. m. 2*) *E edd.* nec propter] propter nec non propter *E* 15 interest *Eugippi cod. Vat. et Paris. 11642* naturam (na *m. 2 in ras.*) *C* procreati, *corr. m. 1* procreata $P^1$ 16 orta sint *HA* 18 nati $P^1$ sunt *Eug.* absurdum est *C*

corpora, quae dissimiliter orta sunt. huius modi autem homines non ualentes intueri, ad quam rem intersit aliquid diuersum et ad quam non intersit, ubi aduerterint aliquam distantiam primordiorum, etiam omnia consequentia distare oportere contendunt. possunt tales putare oleum ex adipibus non debere natare super aquam sicut illud, quod ex oliua est, quoniam longe est utriusque origo dissimilis, quando illud ex ligno hoc ex carne profluxerit.

5 Quantum autem adtinet ad illam differentiam, quod Christi corpus non dissolutum tabe atque putredine die tertio resurrexit, nostra uero post longum tempus ex quadam, quo soluta discesserint, confusione reparabuntur, humanae facultati utrumque inpossibile est, diuinae autem potestati utrumque facillimum. ut enim radius oculi nostri non citius peruenit ad propinquiora tardius ad longinquiora, sed utraque interualla parili celeritate contingit, ita cum in ictu oculi, sicut apostolus dicit, fit resurrectio mortuorum, omnipotentiae dei et ineffabili nutui tam facile est quaeque recentia quam

16 I Cor. 15, 52

1 sint $P^1$ (*m. 2* sunt) *HMA* hominis, *m. 2* homines $P^2S$ 2 quem rem, *m. 2* quam rem $P^2$ 4 primordium, *m. 2* primordiorum *C* 5 possint *A* 6 nature $P^1P^2$ (*m. 2* natare) naturae, *corr.* natarae *H* 7 utriusque naturae origo *Eugippi cod. Vat.* 8 ex *ante* carne *in fine u. om. A* 9 autem *om. M* quo *E* 10 tabe (*corr. uid.* tabo) atque *H* tabeat .., *m. 2* tabe atque *G* tabo aut *E* resurrexerit *A* 11 nostri $P^1S$ (*m. 2* nostra) $P^3$ quo, *m. 2* qua *S* qua *G Eug.* 12 solutae, *m. 2* soluta *S* discesserint, *m. 2* discesserant *S* discesserant *HMACPGE edd.* 13 inpossibili, *m. 2 corr.* inpossibile *S* potestati] potest esse $P^1P^2S$ (*m. 2* alibi potestati) $P^3$ 14 facillimum] esse facillimum *E* 15 pinquiora, *corr. m. ut uid. 1* propinquiora $P^2$ longiora *Eugippi cod. Vat.* uraque $P^3$ 16 cele*ritate (b *eras.?*) *M* conti*git (*fuit* n) *H* contigit, *m. 2* contingit *AP* contigit *M* in *om.* $P^1P^2S$ (*add. m. 2*) $P^3$ 17 fit, *in marg. m. 2* ł fiet *P* 18 et, *m. 2* ex *G* nutui tā, *m. 2* nutu ita *C* nutu* tam *HG* nutu ita $P^1P^2S$ (*m. 2* nutu tam) $P^3E$ *Eugippi cod. Sang. 176* nutu *Eugippi cod. Vat. et Paris. 11642* est, *corr. m. 1* est ei $P^2$ quam] quā, *corr.* (*m. 1?*) quāq; $P^2$

diuturno tempore dilapsa cadauera suscitare. incredibilia sunt haec quibusdam, quia inexperta, cum omnis natura rerum tam sit plena miraculis, ut non quasi facili peruestigatione rationis sed uidendi consuetudine mira non sint atque ob hoc nec consideratione nec inquisitione digna uideantur. nam ego et mecum quicumque inuisibilia dei per ea, quae facta sunt, intellegere moliuntur, aut non minus aut amplius admiramur in uno seminis tam paruulo grano omnia, quae laudamus in arbore, tamquam liciata latuisse, quam mundi huius tam ingentem sinum, quae de corporibus humanis, dum dilabuntur, absumit, resurrectioni futurae tota et integra redditurum.

6 Quo modo autem contrarium est et Christum post resurrectionem cibatum et in resurrectione, quae promittitur, ciborum indigentiam non futuram, cum et angelos legamus eiusdem modi escas eodemque modo sumpsisse non ficto phantasmate sed manifestissima ueritate nec tamen necessitate sed potestate? aliter enim absorbet aquam terra sitiens aliter solis radius candens, illa indigentia iste potentia. futurae ergo resurrectionis corpus inperfectae felicitatis erit, si cibos sumere non potuerit, inperfectae felicitatis, si cibis eguerit.

6 Rom. 1, 20

1 cadere, *m. 2* cadauera $P^2$ suscitare* (*fuitne* r ?) *M* 3 peruestigationē $P^3$ 4 atque] quae *Eug.* ob] ab *G* ad *E* 5 *pr.* nec *om.*, *m. 1 add. E* ne *G* uidentur *Eug.* 6 quicumque mecum *E* ea *om.*, *m. 2 add. PG* 7 intellegere moliuntur] intellecta conspiciunt *Eug. sec. sacr. litt.* 8 admirantur $P^1M$ (*corr. m. 1* admiramur) 9 licita $P^1P^2$ (*m. 2* liniamenta) *S* (*m. 2* alibi liciata) $P^3E$ 10 tam—humanis *om.* $P^1$ qui *E* 11 dum *om.*, *m. 1 add.* $P^2$ assumit *HMACPGE edd.* adsumit *Eugippi cod. Paris. 11642* resurrectione futura *Eugippi cod. Vat.* futurae *om. E* 14 in *om. H* 15 angelis, *m. 1 corr.* angelos *S* 16 eius *Eugippi cod. Sang. 176 et Paris. 11642* huius *Eugippi cod. Vat.* ficto] facto *M* ficto et inani *edd.* 18 autem *E* absorbit *H* (*corr. uid.* absorbet) *M* (*corr.* absorbet) *G* (*m. 2* absorbet) aquam || aquam *alterum del.* $P^2$ terra aquam *edd.* 19 calens *CP* (*ras. ex* cadens) ista, *m. 2* iste $P^2SP^3$ ista $P^1$ 20 **perfectae (*fuit* in) *H* facultatis *C* cibus, *sed* s *in ras. m. 2 C*

possem hic de commutationibus corporalium qualitatum et de praepotenti ualentia in inferiora corpora corporum superiorum latius disputare; sed breuiter mihi respondere propositum est et talibus ingeniis hoc scribitur, quae admonere suffecerit.

7 Sciat sane, qui has proposuit quaestiones, Christum post resurrectionem cicatrices, non uulnera demonstrasse dubitantibus, propter quos etiam cibum ac potum sumere uoluit non semel sed saepius, ne illud non corpus sed spiritum esse arbitrarentur et sibi non solide sed imaginaliter apparere. tunc autem illae falsae cicatrices fuissent, si nulla uulnera praecessissent; et tamen nec ipsae essent, si eas esse noluisset. uoluit autem certae dispensationis gratia, ut eis, quos aedificabat in fide non ficta, non aliud pro alio sed hoc, quod crucifixum uiderant, resurrexisse monstraret. quid est ergo, quod dicitur: 'Si propter incredulum fecit, finxit'? quasi uero, si quisquam uir fortis pro patria dimicans multa aduersa uulnera exciperet et peritissimo medico, qui haec curare ita ualeret, ut cicatrices nullae apparerent, ipse potius diceret sic se uelle sanari, ut magis essent in corpore suo uestigia uulnerum tamquam tituli gloriarum, ideo ille medicus cicatrices finxisse diceretur, quia, cum per artem efficere potuerit,

1 possim *A* possent $P^1P^3$ qualitatum *om.* $P^1$ 2 praeponenti, *m. 2* praepotenti *G* in *om. AG* (*m. 2 add.*) *E* corpora—mihi *om.*, *m. 2 in marg. add. G* corporumque *E* superiorum *in fine u. om.* $P^1$ 3 sed] sub $P^4$ 4 quae] quod *E* admonere, *m. 2* ł admoneri *P* sufficerit, *corr.* suffecerit $P^2P^3$ sufficerit *S* (*m. 2* suffecerit) *H* 5 qui has] quia *H* quaestionis, *corr. m. 1* quaestiones *H* 6 resurrectionē (⁓ *m. 2*) *C* 9 solide] deside *A* imaginabiliter *E* appareret *Eugippi cod. Vat. et Paris. 11642* 10 tnnc (c *ex corr. m. 1*) *H* illae *om.* $P^1P^2SP^3$ falsae *om. E* 11 ne, *m. 2* nec *PG* ne *E* ipse *MACPG* ipsa $P^1P^2P^3$ eos *G* 12 certe $HACPP^3G$ ut *om.* $P^1P^2$ (*add. m. 1*) $SP^3$ 13 facta, *corr. m. 1* ficta $P^1$ 15 *post* dicitur *3 l.* (sei *aut* sci) *in fine u. del. et* si *in initio insequentis u. add.* (*m. 1?*) *M* fixit, *corr. m. 1* finxit *A* 16 propria, *m. 2* pro patria *S* 17 excipiat *E* hoc $P^1P^2S$ (*m. 2* haec) $P^3E$ ita curare *edd.* curare* (t *eras.*) *M* 18 ut cicatricas *A* ut si cicatrices *Eugippi cod. Vat.* 19 suo] eius *E* 21 fixisse *A* qua, *m. 1 corr.* quia *H* quod, *m. 1 corr.* q̣ *et m. 2 add.* a *C*

ut non essent, certa existente causa per artem effecit potius, ut essent. quae uno solo modo, sicut superius dixi, falsae conuincerentur, si nulla uulnera sanarentur.

## II. DE TEMPORE CHRISTIANAE RELIGIONIS.

8 Item alia proposuerunt, quae dicerent de Porphyrio contra Christianos tamquam ualidiora decerpta: 'Si Christus', inquiunt, 'salutis se uiam dicit, gratiam et ueritatem in seque solo ponit animis sibi credentibus reditum, quid egerunt tot saeculorum homines ante Christum? ut dimittam, inquit, tempora ante Latium regnatum, ab ipso Latio quasi principium humani nominis sumamus. in ipso Latio ante Albam dii culti sunt. in Alba aeque religiones ritusque ualuere templorum. non paucioribus saeculis ipsa Roma longo saeculorum tractu sine Christiana lege fuit. quid, inquit, actum de tam innumeris animis, quae omnino in culpa nulla sunt, si quidem is, cui credi posset, nondum aduentum suum hominibus commodarat? orbis quoque cum ipsa Roma in ritibus templorum caluit. quare, inquit, saluator qui dictus est, sese tot saeculis subduxit? sed ne dicant, inquit, lege Iudaica uetere hominum curatum genus, longo post tempore

6 Ioh. 14, 6

1 ut *om.*, *m. 2 add. G* certa—essent *om. C* exsiste, *m. 2* exsistentię *P*[3] exsistentiae *P*[1] effecit (*post.* e *ex corr. m. 2*) *P*[1] efficit, *m. 2* effecit *SG* efficit *PP*[3] *Eugippi cod. Vat. et Paris. 11642* 2 solum *PG* 4 II *om. ACGE* de—religionis *om. G* 5 contra Christianos *om. E* 6 se inquiunt salutis *edd.* 7 se *om. E* 8 animabus *E* quod *A* 11 nominis] hominis *HE* 12 aequae *H* religionis *A* ritus quae, *m. 2* ritusq, *G* 13 potioribus *cum ras. super pr.* o *H* saeculi *C* longo *ex corr., fuisse uid.* longa *H* longa, *m. 2* longo *MP* 14 lege] religione *E* 15 animis (mi *in ras.*) *H* animis, *m. 2* ꝉ animabus *P* animis *m. 2 exp. et, quod supra scriptum fuit, eras.; in marg. m. 2* animabus *G* animabus *ex corr. m. 1, fuisse uid.* animalibus *A* animabus *E* *super* quę *ras. G* qui *edd.* in nulla nulla *H* 16 his *E* 19 subdixit, *m. 1 corr.* subduxit *H* inquit dicant *edd.*

lex Iudaeorum apparuit ac uiguit angusta Syriae regione, postea uero prorepsit etiam in fines Italos sed post Caesarem Gaium aut certe ipso imperante. quid igitur actum de Romanis animis uel Latinis, quae gratia nondum aduenientis Christi uiduatae sunt usque in Caesarum tempus?'

9 Huic propositioni respondetur, ut primo ipsi dicant, utrum profuerint hominibus deorum suorum sacra, quae constat certis temporibus instituta. quae si negant aliquid profuisse ad animarum salutem, nobiscum ea destruunt et esse inania confitentur. nos quidem etiam perniciosa monstramus; sed parum non est, ut ipsi interim prius inania fateantur. si uero ea defendunt et sapienter atque utiliter adserunt instituta, quaero, quid actum sit de his, qui ante, quam haec instituta essent, morte obierunt; hac enim utique salute atque utilitate fraudati sunt. si autem potuerunt alio modo purgari, cur non idem modus perseuerauit in posteros? quid opus erat instituere nouitias consecrationes, quae antiquitus non fuerunt?

10 Hic si dicunt deos quidem ipsos semper fuisse et ad liberandos cultores suos pariter ubique ualuisse, sed pro uarietate rerum temporalium ac terrenarum, quae scirent certis temporibus locisque congruere, in his alias atque alias alibi atque alibi aliter atque aliter sibi uoluisse seruiri, cur hanc quaestionem ingerunt religioni Christianae, in qua

1 ad iuguit, *m. 2* et uiguit *G* 2 etiam *om. C* fine sitalos, *m. 2* fines italos *PG* 3 caium *CE edd.* igitur] dicitur *C* actum] acceptum (a *in ras.*) *E* 4 animis, *m. 2* ł animabus *P* animis, *m. 2* animabus *G* animabus *Alrm* uel Latinis *om. E* 5 cesareum *A* 6 huic—dicant *om. A* 8 temporum, *m. 2* ł temporibus *P* infutura *A* quaes | inegant *H* 9 ad *om.*, *m. 2 add. P* salutem, *corr.* saluti *C* 11 non *om. A* interim prius] int̃ prius *P* inter impios *G* inania prius *E* 12 eadẽ defendunt *G* 13 qui *om. E* 14 mortem *H* abierunt, *m. 2* obierunt *G* haec *M* (*m. 2* hi) *G* (*m. 2* nec) *E* utiqu*e *H* 15 fraudate *E* alio] hoc *E* 17 no*uicias (*fuit* n) *M* nouas *E* 22 alias atque alias, *m. 2* alios atque alios *G* 23 alias alibi] alias (*om.* alibi) *P* alibi aliter atque *om. E* 24 Christianae religioni ingerunt *edd.*

nobis ipsi pro diis suis aut respondere non possunt aut, si possunt, in eo ipso sibi etiam pro nostra religione respondeant ita nihil interesse pro diuersa temporum locorumque congruentia, quam diuersis sacramentis colatur, si, quod colitur, sanctum est, sicut nihil interest pro diuersa linguarum auditorumque congruentia, quam diuersis sonis dicatur, si, quod dicitur, uerum est, dum hoc sane intersit, quod linguae sonos, quibus inter se sua sensa communicent, etiam homines pacto quodam societatis instituere sibi possunt, quibus autem sacris diuinitati congruerent, uoluntatem dei secuti sunt, qui recte sapuerunt. quae omnino numquam defuit ad salutem iustitiae pietatique mortalium et, si qua in aliis atque aliis populis una eademque religione sociatis uarie celebrantur, quatenus fiat, plurimum refert, quo et humana exhortetur uel toleretur infirmitas et diuina non oppugnetur auctoritas.

11 Quam ob rem cum Christum dicamus uerbum dei, per quod facta sunt omnia, et ideo filium, quia uerbum, nec uerbum dictum atque transactum sed apud incommutabilem patrem incommutabile ipsum atque incommutabiliter manens, sub cuius regimine uniuersa creatura spiritalis et corporalis pro congruentia temporum locorumque administratur, cuius moderandae et gubernandae quid quando et ubi circa eam fieri oporteat, sapientia et scientia penes ipsum est profecto

16 Ioh. 1, 1—3

2 ipso *om.* *A* ipsi *E* responder̃ *P* 3 inter se, *m. 2* inter ẽ *G* 4 sacramentis *om.* *A* 5 sicut] si *E* diuersitate (sitate *in ras.*) *E* 6 auditorum qu*e (*fuit* a) *H* 8 sonus *A* se *om.* *E* communicent, *m. 2 corr.* communicant *et ante* homines *s. u. add.* ceteri *G* 9 quodam *in fine u. om.* *P* sibi instituere *edd.* instituere (*postr. l. in ras. m. ut uid. 1*) *A* 10 sacri, *m. 2* sacris *C* congruerent diuinitati *G* diuinati, *corr. m. 1* diuinitati *M* dei] di *E* 12 pietati qu*e *H* atque aliis *om.*, *m. 1 add.* *E* atque in aliis *f l r m* 13 regione *H* societatis *E* celebratur, *corr. m. 1* celebrantur *M* 14 fit *E* 15 tolleretur *A* extollatur *E* 16 ob rem *om.* *E* 17 ide, *m. 1 corr.* idem *H* 21 congruenti *A* cui *m* 22 eam] ei *E* 23 sapientia] pacientia *G* panes, *m. 2* penes *G* paene *MC*

et ante, quam propagaret Hebraeorum gentem, per quam sui aduentus manifestationem congruis sacramentis praefiguraret, et ipsis temporibus Israhelitici regni et deinde, cum se in carne de uirgine accepta mortalibus mortaliter demonstrauit, et deinceps usque nunc, cum implet omnia, quae per prophetas ante praedixit, et abhinc usque in finem saeculi, quo sanctos ab impiis dirempturus est et sua cuique retributurus, idem ipse est filius dei patri coaeternus et incommutabilis sapientia, per quam creata est uniuersa natura et cuius participatione omnis rationalis anima fit beata.

12 Itaque ab exordio generis humani quicumque in eum crediderunt eumque utcumque intellexerunt et secundum eius praecepta pie iusteque uixerunt, quando libet et ubi libet fuerint, per eum procul dubio salui facti sunt. sicut enim nos in eum credimus et apud patrem manentem et qui in carne iam uenerit, sic in eum credebant antiqui et apud patrem manentem et in carne uenturum. nec, quia pro temporum uarietate nunc factum adnuntiatur, quod tunc futurum praenuntiabatur, ideo fides ipsa uariata uel salus ipsa diuersa est nec, quia una eademque res aliis atque aliis sacris et sacramentis uel prophetatur uel praedicatur, ideo alias et alias res uel alias et alias salutes oportet intellegi. quid

1 progaret, *corr. m. 1* propagaret *M* 3 ipsius *E* se *om. E* 4 monstrauit *E* 5 impleta, *m. 2 s. u. add.* s *G* prophetas (a *ex corr. m. 2*) *M* 6 abhunc, *corr.* abhinc *HM* in fine *C* ad finem *m* quo• (*fuit* s) *H* 7 scos *m. 2 in ras. G* direpturus *A* retribuens *A* 8 coaeternus patri *E* 9 est] sunt *E* et, *m. 2* ex *G* 10 omnes, *m. 1 corr.* omnis *H* rationabilis *E* sit *A* 11 exhordi, *m. 1 corr.* exordio *H* crediderunt in eum *C* 13 pie et iuste *edd.* uixerint, *m 3* uixerunt *C* 14 fuerunt *H* sic *E* 15 in *om. CP* et qui—manentem *om. E* qui in] q ī (= quod in) *m. 2 in ras. C* 16 iam uenerit *m. 2 in ras. C* iam uenit *H* credebant in eum *edd.* 18 nunc] non *A* 19 praenuntiabitur, *corr. m. 1* praenuntiabatur *M* salus ipsi *E* 20 *ante* est *m. saec. XIIII add.* non *H* res aliis *om. A* 21 uel praedicatur aut prophetatur *edd.* et] atque *E edd.* 22 et alias *om. A* atque alias *edd.* quod *A*

autem quando fiat, quod ad unam eandemque fidelium et piorum liberationem pertineat, consilium deo tribuamus, nobis oboedientiam teneamus. proinde aliis tunc nominibus et signis aliis autem nunc et prius occultius postea manifestius et prius a paucioribus post a pluribus una tamen eademque uera religio significatur et obseruatur.

13 Nec nos eis obicimus, quod aliter Numa Pompilius deos colendos Romanis instituit, atque ab eis uel Italis antea colebantur, nec quod Pythagoreis temporibus illa philosophia celebrata est, quae antea uel omnino non erat uel in paucissimis eadem sentientibus non tamen eodem ritu uiuentibus fortasse latitabat, sed utrum illi dii ueri aut colendi sint et utrum illa philosophia saluti animarum aliquid prosit; hoc cum eis agimus, hoc in quaestionem uocamus, hoc disputando conuellimus. desinant igitur obicere nobis, quod omni sectae et omni nomini religionis obici potest. cum enim non fortuito labi sed diuina prouidentia tempora ordinari fateantur, quid cuique tempori aptum et opportunum sit, humanum consilium praetergreditur et illinc dispertitur, unde ipsa prouidentia rebus consulit.

14 Si enim dixerint propterea non semper nec ubique fuisse Pythagoricam disciplinam, quia Pythagoras homo fuit neque hoc in potestate habere potuit, numquid etiam hoc possunt dicere eo ipso tempore, quando fuit, et terrarum locis, ubi

1 fuit *A* unū eademque, *m. 2* unā eandemque *G* 2 piorum *ex corr. m. 1 H* tribu*amus (l *eras.*) *M* 3 omnibus *H* 4 poste *A* 5 post a] postea *C* postea a *E edd.* roligio uera *CP edd.* 7 eius *H* p̄ opilius *H* pompili*us (b *eras.*) *M* pampilius *A* pompinius *C* 8 atque aliter ab *CP edd.* itanis *E* ante ea *H* 10 ante ea *H* 11 eademq, sentientibus *G* non] nec *H* 12 dii illi *G* sunt *A* 13 animarum saluti *edd.* 15 designant (g *del.*) *C* sectae] non recte religioni *E* 16 nomini *om. G* nomine *C* religionis *om. E* religionis, *m. 2* religioni *G* obici] obia *H* non *om. H* fortuitu *A* 18 temporum *M* humanum] unum *H* 19 progreditur *E* illic *E* 21 dixerunt *A* 22 phygoras *cum parua super* yg *ras. A* 23 hoc *om. A* in *om. H* etiam *om. HMA* hoc etiam dicere possunt *edd.* 24 et in his terrarum *edd.*

illa philosophia uiguit, omnes, qui eum potuerunt audire, etiam credere sectarique uoluisse? ac per hoc magis, si tantae potestatis fuisset Pythagoras, ut, ubi uellet et quando uellet, sua dogmata praedicaret, et si haberet etiam cum ea potestate summam rerum praescientiam, nusquam et numquam appareret, nisi ubi et quando sibi homines credituros esse praenosceret. proinde, cum Christo non obiciant, quod eius doctrinam non omnes sequuntur, sentiunt enim et ipsi nequaquam hoc recte obici posse uel sapientiae philosophorum uel etiam numini deorum suorum, quid respondebunt, si excepta illa altitudine sapientiae et scientiae dei, ubi fortassis aliud diuinum consilium longe secretius latet, sine praeiudicio etiam aliarum forte causarum, quae a prudentibus inuestigari queunt, hoc solum eis breuitatis gratia in huius quaestionis disputatione dicamus tunc uoluisse hominibus apparere Christum et apud eos praedicari doctrinam suam, quando sciebat et ubi sciebat esse, qui in eum fuerant credituri? his enim temporibus et his locis, quibus euangelium eius non est praedicatum, tales omnes in eius praedicatione futuros esse praesciebat, quales non quidem omnes sed tamen multi in eius corporali praesentia fuerunt, qui in eum nec suscitatis ab eo mortuis credere uoluerunt, quales etiam nunc multos uidemus,

7—558, 8 = Aug. de praedest. sanct. c. 9, 17—10, 19  15—17 = ep. CCXXVI 3 p. in.

1 phyl$\overset{o}{a}$sophya* *H*  audire potuerunt *edd.*  2 sectarique eum | uoluisse *P*  3 ut] et *CP*  4 et *om. E*  se, *m. 2* si *M*  5 praecientiam *A*  6 appereret, *m. 2* appareret *A* apparet, *corr.* (*m. 1?*) appareret *C*  7 nosceret, *corr. m. 1* praenosceret *M*  obiciat, *corr.* obiciant *C*  9 philosophorum sapientiae *edd.*  10 nomini *HMA*  responderunt *E*  si, *m. 2* sed *P* sic *E*  11 illa *om. A*  illa altitudine] altitudine illius *E*  et scientiae *om. A*  ubi, *m. 2* ibi *G*  aliud, *m. 2* quod *pro* ud *signo corruptionis in margine adposito G*  12 sine] sinet *C*  13 aliarum *om. A*  uestigari *HAG*  14 eis *om. C*  gratia* (m *eras.*) huius *P*  17 erant *E*  tamen *E*  18 eius *om. E*  20 non *om. E*  21 praescientia *MG*  22 uoluerint *G*  uiderimus, *m. 2 del.* ri *G*

cum tanta manifestatione de illo compleantur praeconia prophetarum, nolle adhuc credere et malle humana astutia resistere quam tam clarae atque perspicuae tamque sublimi et sublimiter diffamatae diuinae cedere auctoritati, quam diu paruus et infirmus est intellectus hominis diuinae cedere ueritati. quid ergo mirum, si tam infidelibus plenum orbem terrarum Christus prioribus saeculis nouerat, ut eis apparere uel praedicari merito nollet, quos nec uerbis nec miraculis suis credituros esse praesciebat? neque enim incredibile est tales fuisse tunc omnes, quales ab eius aduentu usque ad hoc tempus tam multos fuisse atque esse miramur.

15 Et tamen ab initio generis humani alias occultius alias euidentius, sicut congruere temporibus diuinitus uisum est, nec prophetari destitit nec, qui in eum crederent, defuerunt ab Adam usque ad Moysen et in ipso populo Israhel, quae speciali quodam mysterio gens prophetica fuit, et in aliis gentibus, antequam uenisset in carne. cum enim nonnulli commemorantur in sanctis Hebraicis libris iam ex tempore Abrahae nec de stirpe carnis eius nec ex populo Israhel nec aduenticia societate in populo Israhel, qui tamen huius sacramenti participes fuerunt, cur non credamus etiam in ceteris hac atque illac gentibus alias alios fuisse, quamuis eos commemoratos in eisdem auctoritatibus non legamus? ita salus religionis huius, per quam solam ueram salus uera

24—p. 558, 2 = Aug. Retract. II 31

3 tamque] tam *A* tamquam *E* sublimi et *om. m* 4 credere *edd. praeter m* quam diu—ueritati *om. E* 5 est et intellectus *C* diuinae debet cedere *m* diuinae debet credere *cett. edd.* *ante* ueritati *m. 1 s. u. add.* nescit *M* 6 si tam] iam *E* 8 merito *om. E* quos nec] quos ne *H* 9 inuisibile *H* tunc fuisse *E* 11 et *edd.* 14 destituit *P* desistit *C* ne *C* 15 ab] et ab *E* in ipsos populos *E* 16 speciali• *P* 18 commemorantur, *m. 2* commemorentur *G* tam *E* 19 nec non de stirpe *E* nec ex aduenticia *edd.* 20 huius] in huius *E* 21 sacramentis, *m. 2* sacramenti *G* participatione *E* 22 hac atque illac gentibus] hec eque intelligentibus *E* illa, *m. 2* illac *MP* illā, *m. 2* illac *G* alias, *m. 2* tales *G* 23 commemorato sine isdem *corr. m. 2 G* 24 solum *C*

ueraciterque promittitur, nulli umquam defuit, qui dignus fuit, et, cui defuit, dignus non fuit. et ab exordio propagationis humanae usque in finem quibusdam ad praemium quibusdam ad iudicium praedicatur. ac per hoc et, quibus omnino adnuntiata non est, non credituri praesciebantur et, quibus non crediturís tamen adnuntiata est, in illorum exemplo demonstrantur; quibus autem credituris adnuntiatur, hi regno caelorum et sanctorum angelorum societati praeparantur.

III. DE SACRIFICIORUM DISTINCTIONE.

16 Iam uideamus eam, quae sequitur, quaestionem. 'accusant', inquit, 'ritus sacrorum, hostias, tura et cetera, quae templorum cultus exercuit, cum idem cultus ab ipsis, inquit, uel a deo, quem colunt, exorsus est temporibus priscis, cum inducitur deus primitiis eguisse.'

17 Huic respondetur, quoniam ex illo scripturarum nostrarum loco haec quaestio proposita agnoscitur, ubi scriptum est Cain ex fructibus terrae Abel autem ex primitiuis ouium obtulisse munus deo, hinc potius esse intellegendum, quam sit res antiqua sacrificium, quod non nisi uni uero deo offerri oportere ueraces et sacrae litterae monent, non quod illo

15 Gen. 4, 3—4 19 Deut. 6, 13; Matth. 4, 10

1 que promittitur *om. H* 6 crediturís*** (s *dilapsa; postr. l. erasa s fuisse uid.*) *M* creditur his *HAG* exemplum *Em* demonstratur *A* monstrantur *E* 7 crediturís‖‖‖ (s *dilapsa; ras. 2—3 l.*) *M* creditur his *HAP* (h *eras.*) *G* adnuntiatur, *m. 2* adnuntiabatur *G* hi] in *AG* 8 et sanctorum, *m. 2* sanctorum et *G* sanctorum (*om.* et) *A* 9 III *om. ACGE* de sacrificiorum distinctione *om. G insertum est primis ipsius quaestionis uerbis* (iam uideamus quae sequitur de sacramentorum distinctione quaestionem) *E* de] item de *C* distinctioni *H* 10 eam *om. E* 12 inquit *om. E* 13 cum *del. m. 2 P post* cum *m. 3 add.* hinc *C* 14 deum *E* primitiis, *m. 2* primitiis his *G* primitus *HM* (*ras.* primitiis) *AP* 15 qūo, *m. 2 add.* cū *G* quod *E* scripturā nostrā *A* 16 Cain] eam *A* 17 primiciis *E* obtulisse* (t *eras.*) *P* obtulisset *HMAG* (*postr. l. m. 2 del.*) 18 esse *om. E* antiqua res sit *E* 19 non nisi *om. E* deo uero *E edd.* 20 admonent *E*

egeat deus, cum in eisdem ipsis litteris apertissime scriptum sit: Dixi domino: 'Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges', sed quod etiam in his uel acceptandis uel reprobandis uel percipiendis non nisi hominibus consulat. nobis enim prodest colere deum, non ipsi deo. cum ergo inspirat et docet, quo modo colendus sit, non solum sua nulla indigentia facit sed nostra maxima utilitate. significatiua sunt autem omnia talia sacrificia et quarundam rerum similitudines, quibus admoneri nos oportet ad ea ipsa, quorum similitudines sunt, siue scrutanda siue noscenda siue recolenda. de qua re, quantum satis est, disserenda non breuis sermo flagitandus est, quo nunc respondere nobis propositum est, praesertim quia in aliis opusculis nostris de hac re multa iam diximus et, qui ante nos dei eloquia tractauerunt, de similitudinibus sacrificiorum ueteris testamenti tamquam umbris figurisque futurorum copiose locuti sunt.

18 Hoc sane nec in ista breuitate praetereundum est, quod templum, sacerdotem, sacrificium et alia quaecumque ad haec pertinentia nisi uni uero deo deberi nossent dii falsi, hoc est daemones, qui sunt praeuaricatores angeli, numquam haec sibi a cultoribus suis, quos decipiunt, expetissent. uerum haec cum exhibentur deo secundum eius inspirationem atque doctrinam, uera religio est, cum autem daemonibus secundum eorum impiam superbiam, noxia superstitio. quapropter qui Christianas litteras utriusque testamenti sciunt, non hoc

2 Ps. 15, 2    15 Col. 2, 17; Hebr. 10, 1

1 eget, *corr. m. 1* egeat *M*    in eisdem *corr. m. 1 ex* neisdem *M*    scriptum ē *G* sit scriptum *P edd.*    3 etiam] iam etiam *E*    in his uel] in his (*om.* uel) *E*    6 quodomo *H*    consulendus *G*    7 *ulla (n *eras.*) *M*    9 ipsa, *m. 1 corr. uid.* ipso *H* ipsa, *sed* a *ex corr.* (*m. 1?*) *M*    10 colenda *H*    11 breuissimo flagellandus (*m. 2* it *supra* ell) *C*    12 nobis *om. E*    est, *m. 2* ñ est *G*    15 testamenti ueteris *E*    16 locuti sunt copiose *G*    17 ista] iusta *E*    est *in fine u. om. A*    18 sacerdotem] sacerdotium *G m*    19 uno *A*    21 ab *E*    quos *ex corr., fuit* quod *H*    24 superbiam *om. A*    25 testamenta, *m. 1 corr.* testamenti *H*

culpant in sacrilegis ritibus paganorum, quod construant templa et instituant sacerdotia et faciant sacrificia, sed quod haec idolis et daemoniis exhibeant. et idola quidem omni sensu carere quis dubitet? uerum tamen cum his locantur sedibus honorabili sublimitate, ut a precantibus atque immolantibus adtendantur, ipsa similitudine animatorum membrorum atque sensuum quamuis insensata et exanima afficiunt infirmos animos, ut uiuere ac spirare uideantur accedente praesertim ueneratione multitudinis, qua tantus eis cultus inpenditur.

19 Quibus morbidis et pestilentiosis affectibus mederetur scriptura diuina, quae rem quidem notam sed tamen salubri remedio admonitionis inculcat dicens: *Oculos habent et non uident, aures habent et non audiunt* et cetera talia. haec enim uerba quo magis aperta et populariter uera sunt, eo magis incutiunt salubrem pudorem illis, qui, cum talibus simulacris diuinum cum timore cultum exhibent eaque uiuentibus similia uenerantes adorantesque contuentur eisque uelut praesentibus preces allegant, uictimas immolant, uota persoluunt, sic afficiuntur omnino, ut ea sensu carentia putare non audeant. ne arbitrentur autem isti hoc solum

13 Ps. 113, 5 (13)

1 sacris legis *M* 2 et instituant *an m. 1 sit, incertum C* et stituant (*m. 1 corr.* statuant) *H* et instruant *G* sacrificia *om. et* (*m. 1?*) *in marg. add. C* haec quod *M* 3 daemonis *A* 4 sensu (u *ex ras.*) *H* 5 sedes (es *in ras., fuisse uid.* sedib;) *M* honorabili—immolantibus *om. et* (*m. 2?*) *in marg. add. H* *ut (*fuit* t) *C* 7 exanimata *GE* 8 animos *om. E* uiuere] uenire, *m. 2* uiuere *G* hac (h *del.*) spirare *H* ac sperare *A* aspirare, *m. 2* ac spirare *P* et spirare *G* 11 mederetur, *m. 2* medetur *G* mede**tur (re *eras.*) *P* medetur *E edd.* scriptura diuina (a . . . . a *in ras. m. ut uid. 1; fuitne* is?) *M* 12 quā, *m. 2* cū *G* quem *E* 14 uidebunt *A sec. sacr. litt.* 15 aperdita *A* 16 eo] co *E* 18 ea quae *H* uenerantes] uenerantibus *H* 19 preces] praesentes *G* alligant *MCG* 20 persoluant, *m. 2* persoluunt *G* sic afficiuntur] sacrificiuntur *H* sacrific*ant (i *eras. et super* t *ras.*) *M* sacrificiis utuntur *A* omnino] animo *H* 21 ne arbitrentur] nec arbitrantur *P*

nostros libros uelle sonare, quod huiusce modi affectus humano cordi ex idolis innascitur, apertissime scriptum est: Quoniam omnes dii gentium daemonia. unde et apostolica disciplina non solum dicit, quod apud Iohannem legitur: Fratres, cauete a simulacris, uerum etiam quod apud Paulum: Quid ergo dico? quod idolis immolatum sit aliquid aut idolum est aliquid? sed quae immolant gentes, daemoniis et non deo immolant; nolo autem uos socios fieri daemoniorum. unde satis intellegi potest non tam ipsam immolationem, nam uero deo prisci sancti immolauerunt, sed quod diis falsis et impiis daemoniis immolatur, reprehendi a uera religione in superstitionibus gentium. sicut enim ueritas hortatur homines fieri socios sanctorum angelorum, ita seducit impietas ad societatem daemoniorum, cui praeparatur ignis aeternus sicut regnum aeternum societati sanctorum.

20 Neque illinc excusant impii sua sacrilega sacra et simulacra, quod eleganter interpretantur, quid quaeque significent. omnis quippe illa interpretatio ad creaturam refertur, non ad creatorem, cui uni debetur seruitus religionis illa, quae uno nomine λατρεία Graece appellatur. nec nos dicimus terram, maria, caelum, solem, lunam, stellas et quasdam non in

3 Ps. 95, 5 5 I Ioh. 5, 21 6 I Cor. 10, 19—20 15 Matth. 25, 41; 34

1 uelle] uel *A* sanare *E* 4 apud a (a *del.*) iohannem *C* 6 quod *om. H* quid] quod *C* idolis] idolum *H* 7 est] sit *ME sec. Vulg.* 8 immolant *del. m. 2 P* immolabant *A* 9 autem *om. E* daemoniorum fieri *M* fieri eorum daemoniorum (eorum *del.*) *E* 10 unde (e *in ras.*) *M* tam… *A* tam̄ *P* 11 nam] quam *E* sancti *om. GE* dii, *corr. m. 1* diis *M* 12 impiis *om. E* a uera *m. 2 ex* aura *G* 13 superstitutionibus (tu *del.*) *H* 14 sanctorum angelorum socios fieri *E* sancto angerum, *m. 1 corr.* sanctorum angelorum *H* 15 ad] a *A* conparantur *E* ignis aeternus *in ras.* (*m. 1?*) *C* aeternus ignis *E* 16 regium *A* societatis *H* 17 excurrant *E* impia *A* 18 elegant (~ *in ras. m. 2*) *M* quid quaeque] quid quae *M* quidque *E* signi ¦ cent *A* 19 interpretio, *corr. m. 1* interpretatio *M* 21 latria *HPGE* lathria *MAC* 22 stellis, *corr. m. 1* stellas *M* non impromptu *C*

promptu sitas aelites potestates esse daemonia; sed cum omnis creatura partim corporalis sit partim uero incorporalis, quam etiam spiritalem uocamus, manifestum est id, quod a nobis pie ac religiose fit, a uoluntate animi proficisci, quae creatura spiritalis est et omni corporali praeponenda. unde colligitur corporali creaturae non esse sacrificandum. restat spiritalis, quae uel pia uel impia est: pia scilicet in hominibus et angelis iustis et deo rite seruientibus, impia uero in hominibus et angelis iniquis, quos etiam daemones dicimus. ac per hoc nec spiritali quamuis iustae creaturae sacrificandum est, quoniam, quanto magis pia est et subdita deo, tanto minus se tali honore dignatur, quem scit non deberi nisi deo. quanto ergo perniciosius est sacrificare daemoniis, hoc est iniquae spiritali creaturae, quae in hoc proximo et caliginoso caelo habitans tamquam in aerio carcere suo praedestinata est supplicio sempiterno! quam ob rem etiam cum se homines superioribus caelestibus potestatibus, quae non sunt daemonia, sacrificare dicunt et solius nominis interesse arbitrantur, quod illi deos, nos eos angelos appellamus, non se opponunt eis ludificandis multiplici fallacia nisi daemones, qui errore delectantur et quodam modo pascuntur humano, quoniam sancti angeli non adprobant sacrificium, nisi quod ex doctrina uerae sapientiae ueraeque religionis offertur uni uero deo, cui sancta societate deseruiunt. proinde sicut impia superbia siue hominum siue daemonum sibi hos diuinos honores exhiberi

1 sitas] istas *E* caelites, *corr.* (*m. 1?*) caelitus *H* cęlestes *G* cęli terręque *A* daemonas *H* 2 omnes *H* 4 sit a *A* uita *H* 5 praeponenda—corporali *om. E* 8 iustis—angelis *om. et in marg.* (*m. 1?*) *add. C om. et in marg. m. 2 add. H* 10 ac] hac *AC* 13 sacrificari *HMA* 15 tamquam] tanto *P* erio, *m. 2* aerio *H* aereo *A* aerie *E* suo *om. C* 16 hominum *E* 17 non *om. G* 18 solius *M* (u *ex corr.*) *G* (*m. 2* solum ius) nominis (o *ex corr.*) *M* 20 multiplici (*postr. l. ex corr.; fuitne* e*?*) *M* 21 pascantur, *corr. m. 1* pascuntur *M* humano, *m. 2 add.* errori *C m. 2 supra* .s. sacrificio *G* 22 doctrina uera *E* 23 affertur *H* offeruntur, *m. 2* offertur *G* uni et uero *P* cui sancta in societate *A* cuius iam societati *G* 25 sibi (*post.* i *ex corr. m. 1*) *M*

uel iubet uel cupit, ita pia humilitas uel hominum uel angelorum sanctorum haec sibi oblata recusauit et, cui deberentur, ostendit. cuius rei manifestissima in sacris litteris nostris exempla monstrantur.

21 Dispertita autem diuinis eloquiis sacrificia pro temporum congruentia, ut alia fierent ante manifestationem noui testamenti, quod ex ipsa uera et unius sacerdotis uictima, hoc est ex fuso Christi sanguine ministratur, et aliud nunc, quod huic manifestationi congruum, qui iam declarato nomine Christiani appellamur, offerimus, non solum euangelicis uerum etiam propheticis litteris demonstratur. mutatio quippe non dei non ipsius religionis sed sacrificiorum et sacramentorum inpudenter nunc uideretur praedicata, nisi fuisset ante praedicta. quem ad modum enim unus idemque homo, si deo mane aliud offerat aliud uespere pro congruentia diurni temporis, non deum mutat nec religionem sicut nec salutem, qui alio modo mane alio uespere salutat, ita in uniuerso tractu saeculorum, cum aliud oblatum est ab antiquis sanctis aliud ab eis, qui nunc sunt, offertur, non humana praesumptione sed auctoritate diuina temporibus congrua sacra mysteria celebrantur, non deus aut religio commutatur.

### IV. DE EO QUOD SCRIPTUM EST: IN QUA MENSURA MENSI FUERITIS, REMETIETUR VOBIS.

22 Iam nunc deinde uideamus, quale sit, quod de mensura peccati atque supplicii proposuit sic euangelio calumniatus:

22 Matth. 7, 2

5 p *MAPG* 6 congruentiam *HMAPG* testamenti (i *ex corr. m. 2*) *H* 7 et in unius (in *del. m. 2*) *PG* et in unius *HMA* sacerdocii *E* 8 ex fuso] fuso *E* effuso *aef* ex effuso *lrm* 9 manifestatione, *corr.* manifestationi *H* 10 christiane *E* 14 idemque] idem *E* 16 nec] sed *A* sicut nec salutem *om. E* salute *C* 17 uespere] modo uespere *C* uniuersa *H* tractu] transacto *E* 21 non—commutatur *om. A* 22 IV *om. MACG* quarta quaestio *E* item de eo *C* de eo—uobis *om. G* est] est in euangelio *E* 23 metietur *E* 24 deinde *om. E* quale* (*fuit* s) *HM* 25 sic] sic in *E*

'Minatur', inquit, 'Christus sibi non credentibus aeterna supplicia et alibi ait: In qua mensura mensi fueritis, in ea remetietur uobis, satis, inquit, ridicule atque contrarie; nam si ad mensuram redditurus est poenam et omnis mensura circumscripta est fine temporis, quid sibi uolunt minae infiniti supplicii?'

23 Istam quaestionem a qualicumque philosopho esse obiectam atque propositam difficile est credere, quippe qui ait: 'Omnis mensura circumscribitur tempore,' quasi non soleat nisi temporum esse mensura sicut horarum et dierum et annorum, uel sicut dicimus breuem syllabam simplum habere temporis ad syllabam longam. puto enim modios et rabones, urnas et amphoras non temporum esse mensuras. quo modo ergo omnis mensura circumscribitur tempore? nonne ipsi dicunt solem istum sempiternum esse? qui tamen quantus sit ad terram, mensuris geometricis perscrutari audent et renuntiare. quod siue possit siue non possit, constat eum tamen propriam sui orbis habere mensuram, quia et, si comprehendunt, quantus sit, mensuram eius comprehendunt et, si hoc non adsequuntur, mensuram eius utique non comprehendunt nec ideo nulla est, quia homines eam nosse non possunt. potest igitur aliquid et sempiternum esse et certam sui modi habere mensuram. secundum ipsos enim de solis aeternitate locutus sum, ut sua sententia conuincantur atque concedant esse posse aliquid cum mensura sempiternum. ac sic non ideo

1 Ioh. 3, 18; Matth. 25, 46

1 inquid minatur *E* non *om. E* 3 in aere metietur, *m. 2* in ea remetietur *G* eadem remetietur *E* remetietur *P* (*ex* remitietur) *edd. sec. sacr. litt.* 5 circumscripta est (a e *ex ras. et corr. m. 1*) *M* 6 minae (i *ras. et corr. ex* u) *P* in mensura *E* infinita *E* 7 subiectam *HMA* 8 propositam *om. E* 12 puto—mensuras *om. et in marg.* (*m. 1?*) *add. C* 14 hominis *G* 15 solem • istum *C* 16 geometrici• (s *eras.*) *M* 17 siue *m. 2 ex* si ut *P* possit . . . possit, *m. 2* possint . . . possint *G* possint . . . possint *E edd.* 18 et si] sic *E* 19 conpreheudunt—eius *om. et in marg. m. 2 add. H* 20 utique eius *E* 21 quod *C* 24 conuincatur *M* 25 sic] si *M* ideo] uideo *A*

putent non esse credendum de supplicio sempiterno, quod minatus est Christus, quia idem dixit: In qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis.

24 Si enim dixisset: 'Quod mensi fueritis, hoc metietur uobis', etiam sic non omnino ad eandem rem ex omni parte necesse esset referre sententiam. possumus enim recte dicere: 'Quod plantaueris, hoc decerpes', quamuis nemo plantet pomum sed lignum, decerpat autem pomum magis quam lignum; sed illud dicimus secundum arboris genus, quia non ficum plantat, unde nucem decerpat. ita dici posset: 'Quod feceris, patieris,' non ut, si stuprum fecerit, stuprum patiatur, sed quod peccato isto fecit legi, hoc ei lex faciat, id est quia legem talia prohibentem de sua uita abstulit, auferat eum etiam ipsa lex de hominum uita, quam regit. item si dixisset: 'Quantum mensi fueritis, tantum metietur uobis', nec sic esset consequens, ut omni modo aequales peccatis poenas intellegere deberemus; neque enim aequalia sunt uerbi gratia triticum et hordeum et profecto dici posset: 'Quantum mensi fueritis, tantum metietur uobis', hoc est quantum tritici tantum hordei. quod si de doloribus ageretur atque diceretur: 'Quantum dolorem ingesseritis, tantus ingeretur uobis', fieri posset, ut tantus dolor esset quamuis tempore diuturnior, hoc est mora maior, ui par. neque enim, si de duabus lucernis dicamus: 'Tantum ignis iste caluit, quantum ille', ideo falsum erit, quia una earum forte citius extincta est.

1 quod] quae *E* 3 remetīetur—fueritis *om. HMA* remitietur, *corr.* remetietur *P* 5 rē* (*non fuit* m) *P* necesse esset] non esset necesse *E* 8 decerpit *PG* magis pomum *G* 9 illud] aliud *H* arborem *C* 10 nui est, *m. 1 corr.* nucem *C* potest *E* 11 ut non *HMA* si stuprum fecerit *om. E* feceris *HMA* patiatur, *m. 2* patiaris *M* 12 quod *om., m. 2 add. M* feci *A* lex ei *E* 13 uita] uitate *E* 14 de hominum uitam *H* de morum uita *E* gerit *E* si *om. A* 15 remetietur *edd.* 16 esse *C* poenis *HMA* 18 potest *E* 19 remetietur *edd.* 20 de *om., m. 1 add. M* dicetur *A* 21 ingeritur *E* 22 dolores sed quamuis *H* 23 maior, *m. 2* maiori *G* uis par *A* uel par *CP* impar *G* aut par *E* de *om. E*

non itaque, si aliquid secundum aliud tantum est secundum aliud non est tantum, quia non in omni modo tantum est, ideo falsus est modus, in quo tantum est.

Cum uero dixerit: In qua mensura mensi fueritis, metietur uobis cumque manifestum sit aliud esse mensuram, in qua metitur aliquid, aliud ipsam rem, quae metitur, iam fieri potest, ut, in qua mensura homines mensi essent uerbi gratia modium tritici, in ea illis metirentur milia modiorum, ut et tam multum interesset in quantitate frumenti et nihil in mensura, ut taceam de ipsarum rerum diuersitate, quia non solum fieri potest, ut, in qua mensura quisque mensus fuerit hordeum, in ea illi metiatur triticum, sed in qua mensura mensus fuerit frumentum, in ea illi metiatur aurum et frumenti sit unus modius auri autem quam plurimi. ita cum sine comparatione rerum ipsarum et genus et quantitas differat, dici tamen rectissime potest: 'In qua mensura mensus est, in ea illi metitum est.' unde autem hoc dixerit Christus, paulo superius satis elucet: Nolite, inquit, iudicare, ut non iudicemini; in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. numquid si iniquo iudicio iudicabunt, iniquo iudicabuntur? absit. nulla quippe iniquitas apud deum. sed ita dictum est: In quo iudicio iudicaueritis, in eo iudicabimini, tamquam diceretur: 'In qua uoluntate benefeceritis, in ipsa liberabimini', uel: 'In qua uoluntate malefeceritis, in ipsa puniemini', uelut, si quispiam

18 Matth. 7 1—2 21 Rom. 9, 14 .

2 in *om. A edd.* 3 falsū, *m. 2* falsus *G* 5 remetietur *AE edd.* cumque (que *del. m. 2*) *P* mensuram—aliud *om. E* 6 *pr.* metitur] metietur *MG* 8 metientur, *m. 2* metirentur *P* mtientur, *m. 2* metientur *G* 9 et ut *E* tam] tantum *CG* 10 *ante* ut *m. 2 add.* et *G* 11 solum *bis H* quisquis *a* quis *cett. edd.* 12 mensis, *m. 1 corr.* mensus *H* metietur *E* 13 fuerit *om. M* 14 modus *A* 17 mensus *bis H* *post.* est *om. et* (*m. 1?*) *add. C* 19 iudecimini *E* 21 iudicabunt, *m. 1 corr.* iudicabit *H* iudicio iudicabuntur *E* nulla *om. et* (*m. 1?*) *add. C* 23 tamqui *C* 24 benefeceritits *H* liberamini *HMAE* uel—puniemini *om. HMA* 25 quisquam *f l r m*

ad turpem concupiscentiam oculis utens excaecari iuberetur, recte utique audiret: 'In quibus oculis peccasti, in eis supplicium meruisti'. iudicio enim quisque animi sui seu bono seu malo utitur uel ad benefaciendum uel ad peccandum. unde non iniquum est, ut, in quo iudicat, in eo iudicetur, hoc est ut in ipso animi sui iudicio poenas luat, cum ea mala patitur, quae male iudicantem animum consequuntur.

26 Alia namque sunt manifesta tormenta, quae post futura praeparantur, etiam ipsa ex eodem malae uoluntatis cardine adtracta; in ipso autem animo, ubi appetitus uoluntatis humanorum omnium est mensura factorum, continuo poena sequitur culpam plerumque maior non sentientis caecitate grauiore. ideo cum dixisset: In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini, secutus adiunxit: Et qua mensura mensi fueritis, metietur uobis. in uoluntate quippe propria metietur bonus homo bona facta et in ea metietur ei beatitudo, itemque in uoluntate propria metietur malus homo mala opera et in ea metietur ei miseria, quoniam, ubi quisque bonus est, cum bene uult, ibi etiam malus, cum male uult. ac per hoc ibi etiam fit uel beatus uel miser, hoc est in ipso suae uoluntatis affectu, quae omnium factorum meritorumque mensura est. ex qualitatibus quippe uoluntatum non ex temporum spatiis siue recte facta siue peccata metimur. alioquin maius peccatum haberetur arborem deicere quam hominem occidere; illud enim fit longa mora ictibus multis, hoc uno ictu breuissimo tempore. pro quo tamen exigui temporis tam grandi peccato si perpetua deportatione homo puniretur, etiam mitius cum illo actum, quam dignus

1 concupiscentiam (concupis *in ras.*) *E* 3 seo ... seo, *m. 1 corr.* seu ... seu *H* 4 *pr.* ad *om. A* 5 iniquum] initium *A* in eo *om. E* 6 ipso] illo *G* 8 manifestam (m *del.*) *H* 10 extracta *P edd. praeter m* uoluptatis *C* 12 non sentiens, *corr.* (*m. 1?*) non sentientis *C* consentientis *P* caecitatem (m *del. m. 2*) grauiorē (~ *eras.*) *P* caecitatē grauiorē *CG* 14 et in qua *E* 16 metitur *C* et *om. H* 17 metitur *CE* 20 etiam ibi *G* illic etiam *A* 23 spatio *G* metimus, *corr. m. ut uid. 1* metimur *A* metietur *H* 24 maius] manus *H* 25 hominem *om. E* sit *H*

fuerat, diceretur, quamuis in spatio temporali longitudo poenae cum breuitate facinoris nullo modo sit comparanda. quid ergo contrarium est, si erunt pariter longa uel etiam pariter aeterna supplicia sed aliis alia mitiora uel acriora, ut, quibus tempus aequale est, non sit aequalis asperitas propter mensuram etiam peccatorum non in productione temporum sed in uoluntate peccantium?

27 Voluntas quippe ipsa punitur siue animi supplicio siue corporis, ut, quae delectatur in peccatis, ipsa plectatur in poenis et ut, qui iudicat sine misericordia, sine misericordia iudicetur. et in hac quippe sententia ad hoc solum eadem mensura est, ut, quod non praestitit, non ei praestetur atque ita, quod ipse iudicatur, aeternum erit, quamuis, quod iudicauit, aeternum esse nequiuerit. in eadem igitur mensura quamuis non aeternorum malefactorum aeterna supplicia remetiuntur, ut, quia aeternam uoluit habere peccati perfruitionem, aeternam inueniat uindictae seueritatem. non autem sinit proposita breuitas responsionis meae, ut colligam omnia uel certe quam plurima, quae de peccatis et de peccatorum poenis sancti libri habent, atque ex his unam eruam sine ulla ambiguitate sententiam, si tamen id ualeam uiribus mentis, etiam si congruum nanciscar otium. nunc tamen arbitror satis esse monstratum non esse contrarium aeternitati suppliciorum, quod in eadem mensura redduntur, in qua peccata commissa sunt.

10 Iac. 2, 13

1 pena, *corr.* penae *C* 2 sit *om.* *HMA* 3 erint, *m. 2* erunt *M* 4 sed in aliis *E* 8 supplicatio (ca *eras.*) *C* 9 ut quae] utraq; *A* in peccatis] in temporis *E* 10 ut et *C* et (*om.* ut) *A* iudicet *H* 13 ipsa *P* 15 remetiuntur *ex* remitiuntur *M* remetientur *E* 16 quod *C* perfructionem *HMm* perfunctionem *A* 17 uindictae inueniat *edd.* 18 propositas *A* ueritas *C* 19 peccatas, *m. 1 corr.* peccatis *H* poenis] libris (*del. m. 2*) poenis *M* 20 ulla* (m *eras.*) *P* 21 sententia, *m. 2* sententiã *G* uiribus mentis] totis uiribus *E* 22 nanciscor otium *M* nam tisa crotium *H* 23 aeternitatis *A* 25 sint *A*

V. DE FILIO DEI SECUNDUM SALOMONEM.

28 Post hanc quaestionem, qui eas ex Porphyrio proposuit, hoc adiunxit: 'Sane etiam de illo', inquit, 'me dignaberis instruere, si uere dixit Salomon: Filium deus non habet.'

29 Cito respondetur: Non solum hoc non dixit, uerum etiam dixit, quod deus habeat filium. apud eum enim sapientia loquens ait: Ante omnes colles genuit me. et quid est Christus nisi dei sapientia? item quodam loco prouerbiorum: Deus, inquit, docuit me sapientiam et scientiam sanctorum cognoui. quis ascendit in caelum et descendit? quis colligit uentos in sinu? quis conuertit aquam in uestimento? quis tenuit fines terrae? quod nomen est ei aut quod nomen est filii eius? horum duorum, quae in extremo commemoraui, unum rettulit ad patrem, id est 'quod nomen est ei', propter quod dixerat 'deus docuit me sapientiam', et alterum euidenter ad filium, cum ait 'aut quod nomen est filii eius', propter cetera, quae de filio magis intelleguntur, hoc est 'quis ascendit in caelum et descendit, quod Paulus ita commemorat: Qui descendit, ipse est, et qui ascendit super omnes caelos; quis colligit uentos in sinum? id est animas credentium in occultum atque secretum, quibus dicitur: Mortui enim estis

7 Prou. 8, 25 I Cor. 1, 24 9 Prou. 30, 3 (24, 26) sec. Septuag. 10 Prou. 30, 4 20 Eph. 4, 10 23 Col. 3, 3

1 V *om.* *ACGE* item de filio *C* de filio—Salomonem *om.* *G* 2 hanc quaestionem, *corr.* (*m. 1?*) has quaestiones *M* 3 sane—dixit *om.* *G* dignaueris, *m. 2* dignaberis *MP* dignaueris *HAC* (*corr.* dignaberis) 4 siue re *H* salemon (*sic!*) dixit *E* *post* Salomon *m. 2 add.* ait *G* non *om.* *H* 5 cito] cito enim *C* 7 generauit *E* 10 in caelum *om.* *E* 11 qui *P* collegit *edd.* (*Septuag.* συνήγαγεν, *Vulg.* continuit) uentos, *m. 1 corr.* uentus *H* in sinum *E* *edd.* (*Septuag.* ἐν κόλπῳ, *Vulg.* in manibus suis) qui *P* 12 uestimentum *G* 14 commeraui *H* 18 propter, *m. 2* preter *M* praeter *E* 19 qui *HAG* celom, *m. 1 corr.* celum *H* 21 collegit *H* *edd.* 22 uentos, *m. 1 corr.* uentus *H* in sinu *C* credentium *om.* *E* in occulto atque secreto *C* 23 atque] et atque *E*

et uita uestra abscondita est cum Christo in deo; quis conuertit aquam in uestimento? ut dici posset: Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis; quis tenuit fines terrae? qui dixit discipulis suis: Eritis mihi testes in Hierusalem et in tota Iudaea et Samaria et usque in fines terrae.

## VI. DE IONA PROPHETA.

30 Postrema quaestio proposita est de Iona nec ipsa quasi ex Porphyrio sed tamquam ex inrisione paganorum; sic enim posita est: 'Deinde quid sentire', inquit, 'debemus de Iona, qui dicitur in uentre ceti triduo fuisse? quod satis ἀπίθανον est et incredibile transuoratum cum ueste hominem fuisse in corde piscis; aut si figura est, hanc dignaberis pandere. deinde quid sibi etiam illud uult supra euomitum Ionam cucurbitam natam? quid causae fuit, ut haec nasceretur? hoc enim genus quaestionis multo cachinno a paganis grauiter inrisum animaduerti.'

31 Ad hoc respondetur, quod aut omnia diuina miracula credenda non sint aut, hoc cur non credatur, causa nulla sit. in ipsum autem Christum, quod tertio die resurrexerit, non crederemus, si fides Christianorum cachinnum metueret paga-

3 Gal. 3, 27  5 Act. 1, 8  11 Ion. 2, 1  15 Ion. 4, 6

1 in *om.* *C*  2 uestimentum *PG*  3 quodquod, *corr.* (*m. 1?*) quotquot *M*  in Christum *edd. praeter a* (*Gr.* εἰς Χριστόν)  6 in tota] tota *G* in omni *E sec. Vulg.*  usque ad fines *M*  8 VI *om.* *MACGE*  item de *C*  de Iona propheta *om.* *G*  9 postremo *H*  posita *G*  ipse *HM* (*m. 2* ipsa)  12 satis *om. edd. praeter a*  apithanon *HA*  aphyta non *M* apta non *CP* (*m. 2* aptum non) *E* apta (*m. 2* apte) ñ *G*  14 *pro* hanc dignaberis pandere *ras.* *E*  dignaueris *HACP* (*m. 2* dignaberis) *G*  15 uult etiam illud *E*  supra euomitum] subreuomitum *A*  16 quae causae (*m. 2* causa) *G*  hoc] hic *A*  17 ca*chinno *H*  18 animaduerti* *P* animaduertit *E*  19 omni adiuina, *m. 2* omnia diuina *G*  20 sinit, *corr.* sint *C*  sit] fuit *A*  21 resurrexit *AG*  22 fides** (*fuit* es) *C*  ca*chinnom, *m. 1 corr.* ca*chinnum *H*  metueret (*postr. l. ex corr. m. 2*) *P*

norum. cum autem hinc quaestionem non proposuerit amicus noster, utrum credendum sit uel Lazarum quarto die resuscitatum esse uel ipsum Christum tertio die resurrexisse, multum miror hoc, quod factum est de Iona, eum pro incredibili posuisse, nisi forte facilius putat mortuum de sepulcro resuscitari quam uiuum in tam uasto uentre beluae potuisse seruari. ut enim omittam commemorare, quanta magnitudo beluarum marinarum ab eis, qui experti sunt, indicetur, uenter, quem costae illae muniebant, quae Carthagine in publico fixae populo notae sunt, quot homines in spatio suo capere posset, quis non coniciat? quanto hiatu patebat os illud, quod uelut ianua speluncae illius fuit! nisi forte, ut posuit, uestis esset impedimento, ne Ionas uorari posset inlaesus, quasi per angusta sese coartauerit, qui per abruptum aeris praecipitatus sic exceptus est, ut prius reciperetur uentre bestiae, quam dente laceraretur. quamquam scriptura neque nudum neque uestitum in illud antrum deiectum esse dixerit, ut possit intellegi illuc etiam nudus inruisse, si forte opus erat tamquam ouo corium ita illi uestem detrahi, quo facilius sorberetur. sic enim sunt homines de prophetae huius ueste solliciti, quasi aut per fenestram paruam repsisse aut in balneas intrasse dicatur, quo etiam si necesse esset intrare uestitum, uix molestum esset, non tamen mirum.

2 Ioh. 11, 1—44

1 autem *om.* *G* hinc *om.* *A* 2 credendus, *m. 2* credendum *C* resuscitatum esse quarto die *E edd.* quarto] tertia (*sic!*) *C* 3 es*se *H* 4 minor, *m. 2* miror *MP* de iona factum est *E* pro *om.* *A* increduli *A* 6 uentre] uestire *A* 7 enim] eum *A* 9 muniebat, *m. 1 corr.* muniebant *H* munebant, *m. 2* muniebant *M* carthaginę, *m. 2* ł carthagini *P* in *om.* *HMA* 10 quod, *m. 2* quot *MG* 11 uelut *om.* *E* 12 posuit] potuit *E* 13 ne] ut *E* iona *G* deuorari *E* possit *H* 14 arruptum *HM* (*m. 1? corr.* abruptum) *CPG* arrūptum *A* 16 dente *om.* *E* scriptura diuina neque *C* 17 uestitum *om.* *C* esse *om.* *E* 18 illud, *m. 1 corr.* illuc *C* 19 ita *om.* *A* 22 balneas *m. 1 ex* balneis *factum uid.* *H* balnea *A* intrasse] intra se *A* intraret *C* 23 uestitur *E*

32 Sed habent re uera, quod non credant in diuino miraculo uaporem uentris, quo cibi madescunt, potuisse ita temperari, ut uitam hominis conseruaret. quanto incredibilius ergo proponerent tres illos uiros ab impio rege in caminum missos deambulasse in medio ignis inlaesos! quapropter si nulla isti diuina miracula uolunt credere, alia disputatione refellendi sunt. neque enim debent unum aliquid tamquam incredibile proponere et in quaestionem uocare sed omnia, quae uel talia uel etiam mirabiliora narrantur. et tamen si hoc, quod de Iona scriptum est, Apuleius Madaurensis uel Apollonius Tyaneus fecisse diceretur, quorum multa mira nullo fideli auctore iactitant, quamuis et daemones nonnulla faciant angelis sanctis similia non ueritate sed specie, non sapientia sed plane fallacia, tamen, si de istis, ut dixi, quos magos uel philosophos laudabiliter nominant, tale aliquid narraretur, non iam in buccis creparet risus sed typhus. ita rideant scripturas nostras; quantum possunt, rideant, dum per singulos dies rariores paucioresque se uideant uel moriendo uel credendo, dum implentur omnia, quae praedixerunt, qui hos contra ueritatem inaniter pugnaturos, uane latraturos, paulatim defecturos tanto ante riserunt nobisque posteris suis non solum ea legenda dimiserunt, uerum experienda promiserunt.

33 Non sane absurde neque importune requiritur, quid ista significent, ut, cum hoc expositum fuerit, non tantum gesta

4 Dan. 3, 21; 24

1 credebant *A* 2 madefuint (*sic!*) *C* ita potuisse *E* temp.ari, *m. 2* temp.ari *P* temptari, *m. 2* temperari *G* 4 missus, *corr. m. 1* missos *M* 7 aliquod *A* 8 proponare, *m. 1 corr.* propinare *A* 10 madausensis *A* maudaurensis *C* 11 tyaneus (*super* y *m. 1 add.* r) *M* traneus *C* mira multa *E* nulo facili *A* nullo fidei *PE* 12 sanctis angelis *E* 13 sanctis *om. G* sancti, *m. 2* sanctis *C* 14 plene *H* plena *MAG* si de] sed *A* 15 tele, *m. 2* tale *M* 16 resus *A* thyphus (*utraque* h *exp.*) *P* typus *ACE* 17 possint *E* 19 impletur *HM* (*m. 2* implentur) qui—riserunt *om. A* 20 pugnaturos inaniter *E* pugnaturus, *m. 2* pugnaturos *G* laceraturos *E* 21 tante, *corr.* (*m. 1?*) tanto *M* anteris erunt, *m. 2* ante riserunt *G* 23 isti *A*

sed etiam propter aliquam significationem conscripta esse credantur. prius ergo non dubitet Ionam prophetam in aluo ingenti marinae beluae triduo fuisse, qui uult scrutari, cur hoc factum sit; non enim frustra factum est, sed tamen factum est. si enim mouent ad fidem, quae figurate tantum dicta, non facta sunt, quanto magis mouere debent, quae figurate non tantum dicta sed facta sunt! nam sicut humana consuetudo uerbis ita diuina potentia etiam factis loquitur et, sicut sermoni humano uerba noua uel minus usitata moderate ac decenter aspersa splendorem addunt, ita in factis mirabilibus congruenter aliquid significantibus quodam modo luculentior est diuina eloquentia.

34 Proinde quid praefigurauerit, quod prophetam belua illa deuoratum tertio die uiuum reddidit, cur a nobis quaeritur, cum hoc Christus exponat? g e n e r a t i o, inquit, p r a u a e t a d u l t e r a s i g n u m q u a e r i t e t s i g n u m n o n d a b i t u r e i n i s i s i g n u m I o n a e p r o p h e t a e; s i c u t e n i m I o n a s f u i t i n u e n t r e c e t i t r i b u s d i e b u s e t t r i b u s n o c t i b u s, s i c e r i t f i l i u s h o m i n i s i n c o r d e t e r r a e t r i b u s d i e b u s e t t r i b u s n o c t i b u s. de ipso autem triduo mortis domini Christi quo modo ratio reddatur, cum a parte totum intellegitur in die primo et nouissimo, ut toti tres dies, id est cum suis noctibus computentur, longum est disserere et in aliis sermonibus iam saepissime dictum est. sicut ergo Ionas ex naui in aluum ceti ita Christus ex ligno in sepul-

15 Matth. 12, 39—40 25 Ion. 1, 11—12; 15

1 aliq, *m. 2 add.* ā *C* 4 enim] tamen *E* sed tamen] si *E* 5 uent, *m. 1 corr.* mouent *H* fi*gurate (*fuit* ı) *A* 6 antum, *m. 1 corr.* tantum *H* 9 et * sicut *C* 10 moderata *A* aspera *A* 11 significantius *H* 12 diuine *A* 13 praefigurauerint *E* quod* *C* 14 reddidit uiuum *E* 17 ei *om. A* fuit ionas *CE sec. sacr. litt.* 19 sic— noctibus *om. et in marg. (m. 1 ?) add. MC* ita *E* tribus diebus et tribus noctibus *om. E* 21 domini nostri Iesu Christi *edd. praeter m* patre, *m. 2* parte *G* 22 et in nouissimo *HMA* 23 suis] sociis *P* 24 iam *om. E* 25 iohas *E* *pr.* ex *om. HA*

crum uel in mortis profundum et sicut ille pro his, qui tempestate periclitabantur, ita Christus pro his, qui in hoc saeculo fluctuant, et sicut primo iussum est, ut praedicaretur Nineuitis a Iona, sed non ad eos peruenit prophetia Ionae, nisi posteaquam eum cetus euomuit, ita prophetia praemissa est ad gentes, sed nisi post resurrectionem Christi non peruenit ad gentes.

35 Iam uero quod tabernaculum sibi constituit et consedit ex aduerso ciuitatis Nineue, quid ei futurum esset, expectans, alterius significationis personam propheta gestabat. praefigurabat enim carnalem populum Israhel. nam huic erat et tristitia de salute Nineuitarum, hoc est de redemptione et liberatione gentium. unde uenit Christus u o c a r e n o n i u s t o s s e d p e c c a t o r e s i n p a e n i t e n t i a m. umbraculum ergo cucurbitae super caput eius promissiones erant ueteris testamenti uel ipsa iam munera, in quibus erat utique, sicut dicit apostolus, u m b r a f u t u r o r u m tamquam ab aestu temporalium malorum in terra promissionis defensaculum praebens. uermis autem matutinus, quo rodente cucurbita exaruit, idem ipse rursus Christus occurrit, ex cuius ore euangelio

3 Ion. 1, 2—3; 3, 2—3 8 Ion. 4, 5 13 Luc. 5, 32 17 Col. 2, 17; Hebr. 10, 1 19 Ion. 4, 7

1 uel immortis *P* mortes, *corr. m. 1* mortis *C* 3 fluctuabantur (*ras. 6 fere l.*) *E* uissum *del. altera* s *H* iussom, *corr. m. 1* iussum *M* praedicaret *E* 4 nineuitis, *m. 2* niniuitis *MG* nineuetis, *m. 2* nineuitis *P* niniuetis *C* niniuitis *AE edd. praeter r* a Iona *om. E* peruenit ad eos *E* preuenit *C* praedicatio *m* 6 nisi] non nisi *A* non *om. HM* (*add. m. 1*) *A* 9 nineue *M* (*m. 2* niniue) *P* (*corr.* niniue) niniue *AGE edd. praeter r* 10 significationis *om. G* praefigurauit *HMA* 11 hinc *HMAG* 12 nineuitarum, *m. 2* niniuitarum *MPG* niniuetarum *C* niniuitarum *AE edd. praeter r* redemptione] resurrectione *E* 15 erant promissiones *E* promissionis *H* 17 apostolus dicit *E* 18 defensiculum *C* 19 matutinus (*post.* u *ex corr.*) *H* matutinis *A* quo radente (*super* a *m. 1 add.* o) *M* quo rudente (*m. 2* rodente) *A* quortidente, *m. 2* quo rodente ł mordente *G* 20 idē (ē *m. 2; fuitne* ∻ *?*) *P* christus rursum *E* ex] et *H* ore *om. E*

diffamato cuncta illa, quae temporaliter apud Israhelitas uelut umbratili prius significatione uiguerunt, euacuata marcescunt. et nunc ille populus amisso Hierosolymitano regno et sacerdotio et sacrificio, quod totum umbra erat futuri, in captiua dispersione magno aestu tribulationis aduritur, sicut Ionas, quod scriptum est, a solis ardore et dolet grauiter et tamen dolori eius atque umbrae, quam diligebat, salus gentium paenitentiumque praeponitur.

36 Adhuc cachinnent pagani et iam uermem Christum et hanc interpretationem prophetici sacramenti superbiore garrulitate derideant, dum tamen et ipsos sensim paulatimque consumat. nam de omnibus talibus Esaias prophetat, per quem nobis dicit deus: Audite me, qui scitis iudicium, populus meus, in quorum corde lex mea est. opprobria hominum nolite metuere et detractione eorum ne superemini nec, quod uos spernant, magni duxeritis. sicut enim uestimentum ita per tempus absumentur et sicut lana a tinea comedentur; iustitia autem mea in aeternum manet. nos ergo agnoscamus uermem matutinum, quia et in illo psalmo, cuius titulus inscribitur: Pro susceptione matutina, hoc se ipse nomine appellare dignatus est: Ego, inquit, sum uer-

6 Ion. 4, 8  13 Es. 51, 7—8  22 Ps. 21, 7

1 israhelites *H*  2 umbraculi *A*  uiguerit *E*  3 et nunc, *m. 2* et ut nunc *G*  et sacrificio et sacerdotio *E*  4 erat umbra *E*  dispensatione *A*  5 sicut, *m. 2* sic et *G*  6 dolori] dolor *HM*  7 paenitentiaque *HA*  8 proponitur, *m. 2* preponitur *A*  9 et iam] etiam *PG*  uermen *G*  hanc *om. H*  10 superbiori *AE* superbo ore *H*  11 tamen est et, *sed* est *del. C*  ipso *H*  sensim *ras. ex* sensum *P* sensum, *m. 2* sensim *G*  paulatumque, *corr.* paulatimque *C*  consumant *E*  13 sitis, *corr. m. 1* scitis *H*  14 cordibus *E*  15 detractiones *M* detractatione *A*  ne *om. et (m. 1?) add. C*  16 ne, *m. 1 corr.* nec *G*  uos spernunt (*m. 1 corr.* spernant) *H* spernunt uos *E*  17 per *in fine p. om. A*  18 adsumentur *M*  luna, *m. 2* lana *G*  20 uermen *C*  in *om. HA*  21 titulum (*m. 1 corr.* titulus) scribitur *M*  22 ipso *HM* (*corr. m. 1* ipse)  ego autem inquit *PG*

mis et non homo, opprobrium hominum et abiectio plebis. hoc opprobrium de illis opprobriis est, quae iubemur non metuere per Esaiam dicentem: Opprobria hominum nolite metuere. ab isto uermi tamquam a tinea comeduntur, qui sub eius dente euangelico per singulos dies paucitatem suam deficiendo mirantur. nos hunc agnoscamus et pro salute diuina humana opprobria sufferamus. uermis est propter humilitatem carnis, fortassis etiam propter uirginis partum; nam hoc animal plerumque de carne uel de quaque re terrena sine ullo concubitu nascitur. matutinus est, quia diluculo resurrexit. poterat utique illa cucurbita et sine ullo uermiculo arescere. postremo si habebat deus ad hoc uermem necessarium, quid opus erat addere matutinum, nisi ut ille uermis agnosceretur, qui cantat pro susceptione matutina: Ego autem sum uermis et non homo?

37 Quid ista prophetia iam ipso rerum effectu et adimpletione lucidius? neque enim si inrisus est uermis iste, cum penderet in cruce, sicut in eodem psalmo scriptum est: Locuti sunt labiis et mouerunt caput: 'Sperauit in deum, eruat eum; saluum faciat eum, quoniam uult eum', cum completa sunt, quae ibi praedixit: Foderunt manus meas et pedes, dinumerauerunt omnia ossa mea; ipsi uero considerauerunt et conspexerunt me, diuise-

19 Ps. 21, 8—9 22 Ps. 21, 17—19

1 proobprobrium *C* 3 per—metuere *om. H* 4 uerme *AE edd.* uerbo me, *m. 2* uerbo modo *G* 6 nos uero hunc *E* 7 humana *in fine u. om. G* sufferemus, *corr. m. 1* sufferamus *M* 9 non, *m. 2* nam *A* 10 quacumque *GE edd.* re *om. et post* terrena *m. 2* materia *add. G* matutiniss (*sic!*) *A* 11 utique et illa cucurbita sine *E* 12 postrem (*sic!*) si habeat *A* 13 uermen *E* necessariam, *m. 1 corr.* necessarium *H* erat *om. E* 14 cantat' *H* 17 affectu *ME* impletione *HC* 18 lucidus, *corr. m. 1* lucidius *M* neque enim *om. edd.* 19 sicut *E* 20 in domino *AC sec. Vulg.* eruat] eripiat *AE sec. Vulg.* 22 sint *E* 23 pedes] pedes meos *HMAPG edd. praeter m sec. Vulg.* (*Septuag. cod. Alex.* πόδας μου)

runt sibi uestimenta mea et super uestem meam miserunt sortem, quod tanta manifestatione futurum in libro antiquo prophetatur, quanta manifestatione factum in nouo euangelio recitatur, — sed si in hac humilitate, ut dicere coeperam, iste uermis inrisus est, numquid adhuc inridendus est, cum ea compleri cernimus, quae consequentia psalmus ipse habet: Commemorabuntur et conuertentur ad dominum uniuersi fines terrae et adorabunt in conspectu eius uniuersae patriae gentium, quoniam domini est regnum et ipse dominabitur gentium? sic commemorati sunt Nineuitae et conuersi sunt ad dominum. hanc salutem paenitentiae gentium tanto ante praefiguratam in Iona dolebat Israhel, sicut nunc dolet umbra nudatus et aestu sauciatus. liceat sane cuilibet quamlibet aliter dum tamen secundum regulam fidei cetera omnia, quae de Iona propheta mysteriis operta sunt, aperire; illud plane, quod in uentre ceti triduo fuit, fas non est aliter intellegere, quam ab ipso caelesti magistro in euangelio commemorauimus reuelatum.

38 Proposita exposuimus, ut potuimus; sed ille, qui proposuit, iam sit Christianus, ne forte, cum expectat ante librorum sanctorum finire quaestiones, prius finiat istam uitam, quam transeat a morte ad uitam. fieri enim potest, quod ante, quam

7 Ps. 21, 28—29 11 Ion. 3, 5

1 uestimenta mea] uestimea *C* et—sortem *om. E* 2 quad (*sic!*), *sed* d *ex corr. m. 1 H* quod, *m. 2* quid *G* futurorum libro *A* 4 euuangelio nouo *G* 6 comperi, *m. 2* compleri *A* qua, *m. 2* quae *A* 7 comorabuntur, *m. 2* comemorabuntur *A* conuertetur, *corr.* (*m. 1?*) conuertentur *H* 9 patriae] familiae *A sec. Vulg.* 10 est* *A* 11 si, *m. 2* sic *G* commemoratae *E* nineuitae, *m. 2* niniuitae *MG* nineuitae, *corr.* niniuitae *P* niniuitae *AE edd. praeter r* 13 ante *om. HMA* 14 umbra::: (*parua ras.*) *P* sene, *corr.* sine, *unde m. 2 fecit* seni *H* 15 alter, *m. 2* aliter *G* 16 mysterii aperta *C* 18 illo *G* 19 commemorauis, *m. 2* commemorauimus *H* 21 expectat ante] expectante *HM* expec*ante. *m. 2* expectat ante *P* expectat (*om.* ante) *C* sanctorum librorum finiri *E* 22 uitam istam *edd.* qua *E* 23 ferri *ex corr. m. 1, m. 2* fieri *C* ferri *edd. praeter a e*

Christianis sacramentis inbuatur, quaerit de resurrectione mortuorum; concedendum etiam fortassis, quod de Christo quaesiuit, cur tanto post uenerit uel si quae sunt aliae paucae et magnae quaestiones, quibus cetera inseruiunt. si autem qualis est illa: In qua mensura mensi fueritis. metietur uobis, uel qualis ista de Iona, etiam tales omnes ante, quam sit Christianus, finire cogitat, perparum cogitat uel condicionem humanam uel aetatem iam suam. sunt enim innumerabiles, quae non sunt finiendae ante fidem, ne finiatur uita sine fide, sed plaue retenta iam fide ad exercendam piam delectationem mentium fidelium studiosissime requirendae et, quod in eis eluxerit, sine typho arrogantiae communicandum, quod autem latuerit, sine salutis dispendio tolerandum.

## CIII.

DOMINO RECTE AC MERITO SUSCIPIENDO ET OMNIBUS MODIS HONORANDO FRATRI AUGUSTINO NECTARIUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Sumptis litteris eximietatis tuae, quibus idolorum cultum et templorum caeremonias destruxisti, audire mihi uisus sum

1 quaerat *P* moriatur quaerens *E* 2 concedendum] considerandum est *E* 4 et] sed *E* inserunt *G* 6 mitietur, *corr.* metietur *P* remetietur *E* qualis—uel *om., m. 2 in marg. add. H* omnes tales *edd.* 7 finiri *E* perparum] uel parum *E* perperam *flr* 8 cogitat uel *om. E* cogitet *H* (*m. 2*) aetatem iam suam] etiam iam suam *A* etiam aetatem suam cogitat *E* 9 sunt] sicut *A* 10 fine, *corr. m. 1* fide *M* sed—fide *om. M* plene *E* ad *om. A* 11 dilectionem *M* 12 typo *MACPE* 13 communicandam quod *A* communicanda iniquod *H* 14 Explicit epistula quaestionum sancti agustini *M* explicit ad deo gratias de propositis questionibus *C* explicit epistula sancti augustini de solutione quarundam questionum *in ras. m. 2 P* explicit epistula quaestionum sancti augustini ad deo gratias praesbiterum *G* explicit liber sex questionum augustini episcopi *E*

*V = cod. Vaticanus 495 s. XV.*
*U = cod. Vaticanus 499 s. XV.*

*Louanienses hanc epistulam in Vaticanis exemplaribus repertam primi ediderunt.*

philosophi uocem non illius, quem in Academiae Lycio memorant tenebrosis humo angulis residentem, ex profunda quadam cogitatione demersum, reductis ad frontem caput implicitum genibus, ut aliorum praeclara inuenta doctrinae egenus quidam calumniator oppugnet adsertaque praeclare, cum suum nihil defendat, accuset, sed plane excitatus oratione tua ante oculos stetit M. Tullius consularis, qui innumeris ciuium capitibus conseruatis forensis campi signa uictricia stupentibus Graeciae scholis laureatus inferret tubamque illam canorae uocis et linguae, quam in criminum reos et rei publicae parricidas spiritu iustae indignationis flauerat anhelus, inuerteret togamque ipsam rugarum paginis resolutis palliorum imitatus speciem retorqueret.

2 Ergo cum nos ad exsuperantissimi dei cultum religionemque compelleres, libenter audiui; quam caelestem patriam intuendam esse suaderes, gratanter accepi. non enim illam mihi ciuitatem dicere uidebare, quam muralis aliquis gyrus cohercet, nec illam, quam philosophorum tractatus mundanam memorans communem omnibus profitetur, sed quam magnus deus et uere meritae in ea animae habitant atque incolunt, quam omnes leges diuersis uiis et tramitibus appetunt, quam loquendo exprimere non possumus, cogitando forsitan inuenire possimus. haec ergo licet principaliter appetenda atque diligenda sit, tamen illam non arbitror deserendam, in qua nati et geniti sumus, quae prima nobis usum lucis huius infudit, quae aluit, quae educauit et, ut, quod ad causam proprie pertinet, dicam, de qua bene meritis uiris doctissimi homines ferunt post obitum corporis in caelo domicilium praeparari, ut promotio quaedam ad supernam praestetur his hominibus, qui bene de genitalibus urbibus meruerunt, et hi magis cum

14—16 cf. 589, 6—7 et 10—11 20—21 = p. 590, 20—21

1 Lycaeo *m* 4 implicuisse (uisse *in ras.*) *U* implicuisse *m* 11 flauerat, *m. 2* inflauerat *U* inflauerat *m* 15 quam] cum *m* 20 uere] bene *m* in ea] de eo *U m* 23 possimus (i *in ras.*) *U* possemus (e *in ras. m. 2*) *V* possemus *edd.* 29 superna *U*

deo habitent, qui salutem dedisse aut consiliis aut operibus patriae doceantur. iam illud, quod iocular iter dignatus es dicere urbem nostram non armis sed flammis incendiisque flagrare et spinas magis ingenerare quam flores, non est maxima reprehensio, cum sciamus flores ex spinis plerumque generari. nam et rosas ex spinis gigni quis dubitat et fruges ipsas aristarum uallo sepiri? ita et asperis suauia plerumque miscentur.

3 Postremum fuit in litteris praestantiae tuae non caput aut sanguinem in ecclesiae postulari uindicta, sed rebus quibus maxime metuunt spoliandos. ego autem, nisi me opinio fallit, sic arbitror grauius esse spoliari facultatibus quam occidi, si quidem, quod frequentatum in litteris nosti, mors malorum omnium auferat sensum, egestosa uita aeternam pariat calamitatem; grauius est enim male uiuere quam mala morte finire. hoc etiam operae uestrae indicat ratio, in quibus pauperes sustinetis, morbidos curatione releuatis, medicinam afflictis corporibus adhibetis, id postremo modis omnibus agitis, ut diuturnitatem calamitatis addicti non sentiant. quod autem ad modum pertinet peccatorum, nihil interest, quale uideatur esse peccatum, cui indulgentia postulatur. primum enim, si paenitentia et ueniam tribuit et purgat admissum, paenitet utique illum, qui rogat, qui pedes complectitur, et, si, ut quibusdam philosophis placet, omnia peccata paria sunt, indulgentia omnibus debet esse communis. petulantius locutus est aliquis, peccauit; conuicia aut crimina ingessit, aeque

2—4 cf. p. 428, 13—17 9—11 = p.583, 4—6; cf. p. 434, 10—15 11—16 cf. p. 583, 7—9 et 10—13 16—18 cf. p. 584, 22—24 20—21 = p. 587, 27—28 22 cf. p. 588, 6—7 23—p. 581, 3 = p. 592, 8—10; 12—13; 18—19; 27—28; 591, 26

7 ita ut asperis *edd.* 8 misceantur *edd. praeter l* 10 uindictam *U m; cf. p. 583, 5* rebus quibus *in ras. U* quibus rebus *V edd.; cf. p. 583, 5* 14 aufert *codd. edd., scripsi* auferat; *cf. p. 583, 11* aeterna *U* 15 parit *m* 16 operum uestrorum *r; cf. p. 584, 22* operum nostrorum 19 afflicti *m* 21 peccatum esse *U* cui] *p. 587, 27* cum si penitentiam *in ras. U* sapientiam *V l r; cf. p. 588, 6*

peccauit; aliena quisquam diripuit, inter delicta numeratur; loca profana sacraue uiolauit, non est ab indulgentia secernendus. postremo nullus esset ueniae locus, nisi peccata praecederent.

4 Nunc quoniam, non quantum debui, sed quantum potui, maius, ut dicitur, minusue respondi, oro atque obsecro — utinam praesentem possem, ut etiam lacrimas meas peruideres —, ut, qui sis, quid profitearis, quid agas, etiam atque etiam cogites, intendas, quae sit illius species ciuitatis, ex qua ad supplicium ducendi extrahuntur, quae sit matrum, quae coniugum, quae liberorum, quae parentum lamentatio, quo pudore ad patriam uenire possint liberati sed torti, quos renouet dolores aut gemitus consideratio uulnerum et cicatricum. et his omnibus pertractatis deum primo consideres hominumque cogites famam, bonitatem amicam potius familiaremque coniunctionem et ignoscendo potius laudem quam uindicando conquiras. atque haec de his dicta sint, quos uerus confessionis suae reatus astringit, quibus quidem legis contemplatione, quod laudare non desino, ueniam tribuisti. iam illud explicari uix potest, quantae crudelitatis sit innocentes appetere et eos, quos a crimine constat esse discretos, in iudicium capitis deuocare. quos si purgari contigerit, cogites, quaeso, quanta accusatorum liberabuntur inuidia, cum reos sponte dimiserint uicti, reliquerint innocentes. deus summus te custodiat et legis suae conseruet praesidium atque ornamentum nostrum.

9—13 = p. 582, 17—22

1 quisquam] *p. 592, 18* quisque 7 *pro* ut *ras. 2—3 l. V* 13 renouat *U s m* reuocat *V l r*; *scripsi* renouet; *cf. p. 582, 21* 15 coniunctionem] coniungas *in ras. U* 16 uindicando] uindictam *V* 17 suae confessionis *U* 19 tribuistis *Um* 20 quantum *edd.* 22 deuorare *V* 25 suae] suae te *Um*

deo habitent, qui salutem dedisse aut consiliis aut operibus patriae doceantur. iam illud, quod ioculariter dignatus es dicere urbem nostram non armis sed flammis incendiisque flagrare et spinas magis ingenerare quam flores, non est maxima reprehensio, cum sciamus flores ex spinis plerumque generari. nam et rosas ex spinis gigni quis dubitat et fruges ipsas aristarum uallo sepiri? ita et asperis suauia plerumque miscentur.

3 Postremum fuit in litteris praestantiae tuae non caput aut sanguinem in ecclesiae postulari uindicta, sed rebus quibus maxime metuunt spoliandos. ego autem, nisi me opinio fallit, sic arbitror grauius esse spoliari facultatibus quam occidi, si quidem, quod frequentatum in litteris nosti, mors malorum omnium auferat sensum, egestosa uita aeternam pariat calamitatem; grauius est enim male uiuere quam mala morte finire. hoc etiam operae uestrae indicat ratio, in quibus pauperes sustinetis, morbidos curatione releuatis, medicinam afflictis corporibus adhibetis, id postremo modis omnibus agitis, ut diuturnitatem calamitatis addicti non sentiant. quod autem ad modum pertinet peccatorum, nihil interest, quale uideatur esse peccatum, cui indulgentia postulatur. primum enim, si paenitentia et ueniam tribuit et purgat admissum, paenitet utique illum, qui rogat, qui pedes complectitur, et, si, ut quibusdam philosophis placet, omnia peccata paria sunt, indulgentia omnibus debet esse communis. petulantius locutus est aliquis, peccauit; conuicia aut crimina ingessit, aeque

2—4 cf. p. 428, 13—17  9—11 = p. 583, 4—6; cf. p. 434, 10—15  11—16 cf. p. 583, 7—9 et 10—13  16—18 cf. p. 584, 22—24  20—21 = p. 587, 27—28  22 cf. p. 588, 6—7  23—p. 581, 3 = p. 592, 8—10; 12—13; 18—19; 27—28; 591, 26

7 ita ut asperis *edd.*  8 misceantur *edd. praeter l*  10 uindictam *U m; cf. p. 583, 5*  rebus quibus *in ras. U* quibus rebus *V edd.; cf. p. 583, 5*  14 aufert *codd. edd., scripsi* auferat; *cf. p. 583, 11*  aeterna *U*  15 parit *m*  16 operum uestrorum *r; cf. p. 584, 22* operum nostrorum  19 afflicti *m*  21 peccatum esse *U*  cui] *p. 587, 27* cum  si penitentiam *in ras. U* sapientiam *V l r; cf. p. 588, 6*

peccauit; aliena quisquam diripuit, inter delicta numeratur; loca profana sacraue uiolauit, non est ab indulgentia secernendus. postremo nullus esset ueniae locus, nisi peccata praecederent.

4 Nunc quoniam, non quantum debui, sed quantum potui, maius, ut dicitur, minusue respondi, oro atque obsecro — utinam praesentem possem, ut etiam lacrimas meas peruideres —, ut, qui sis, quid profitearis, quid agas, etiam atque etiam cogites, intendas, quae sit illius species ciuitatis, ex qua ad supplicium ducendi extrahuntur, quae sit matrum, quae coniugum, quae liberorum, quae parentum lamentatio, quo pudore ad patriam uenire possint liberati sed torti, quos renouet dolores aut gemitus consideratio uulnerum et cicatricum. et his omnibus pertractatis deum primo consideres hominumque cogites famam, bonitatem amicam potius familiaremque coniunctionem et ignoscendo potius laudem quam uindicando conquiras. atque haec de his dicta sint, quos uerus confessionis suae reatus astringit, quibus quidem legis contemplatione, quod laudare non desino, ueniam tribuisti. iam illud explicari uix potest, quantae crudelitatis sit innocentes appetere et eos, quos a crimine constat esse discretos, in iudicium capitis deuocare. quos si purgari contigerit, cogites, quaeso, quanta accusatorum liberabuntur inuidia, cum reos sponte dimiserint uicti, reliquerint innocentes. deus summus te custodiat et legis suae conseruet praesidium atque ornamentum nostrum.

9—13 = p. 582, 17—22

1 quisquam] *p. 592, 18* quisque 7 *pro* ut *ras. 2—3 l. V* 13 renouat *U s m* reuocat *V l r*; *scripsi* renouet; *cf. p. 582, 21* 15 coniunctionem] coniungas *in ras. U* 16 uindicando] uindictam *V* 17 suae confessionis *U* 19 tribuistis *U m* 20 quantum *edd.* 22 deuorare *V* 25 suae] suae te *U m*

# CIV.

DOMINO EXIMIO MERITOQUE HONORABILI AC SUSCIPIENDO FRATRI NECTARIO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

I 1 Legi litteras benignitatis tuae, quibus mihi longe postea respondisti, quam meas ad te perferendas dedi. nam ego rescripseram, cum adhuc nobiscum esset neque nauigasset sanctus frater et coepiscopus meus Possidius; has autem, quas mei causa illi dignatus es reddere, accepi VI Kal. Aprilis post menses ferme octo, quam scripseram. cur ergo ad te tam sero mea scripta peruenerint aut ad me tua, prorsus ignoro, nisi forte modo rescribere prudentiae tuae placuerit, quod facere ante contempseras. hoc si ita est, miror, unde sit. an aliquid audisti, quod nos adhuc latet, fratrem meum Possidium aduersus ciues tuos, quos — pace tua dixerim — multo salubrius diligit ipse quam tu, quo plectantur seuerius, impetrasse? nam hoc et epistula tua te metuere indicat, cum admones, ut mihi ante oculos constituam, qualis illa 'sit species ciuitatis, ex qua ad supplicium ducendi extrahuntur, quae sit matrum, quae coniugum, quae liberorum, quae parentum lamentatio, quo pudore ad patriam uenire possint liberati sed torti, quos renouet dolores aut gemitus consideratio uulnerum et cicatricum.' absit, ut, ista cuiquam inimicorum nostrorum uel per nos uel per quemquam quod ingerantur, instemus; sed, ut dixi, si aliquid tale ad te fama pertulit, apertius edissere, ut nouerimus, uel quid agere, ne ista fiant, uel quid haec credentibus respondere debeamus.

2 Litteras meas potius intuere, quibus te rescribere piguit: illic enim satis expressi animum nostrum. sed, ut opinor,

17—22 = p. 581, 9—13

*Idem codices, qui in ep. CIII.*

*Louanienses hanc epistulam in Vaticanis exemplaribus repertam primi ediderunt.*

2 suspiciendo *V* 10 iam *U* 16 nam et hoc epistola tua hoc te *U*

oblitus, quid tibi rescripserim, omnino mihi alia longe diuersa et dissimilia rettulisti. quippe quasi recordatus, quod · in litteris meis posui, hoc tuis inseruisti, quod omnino non posui. postremum enim fuisse in litteris meis dicis 'non caput aut sanguinem in ecclesiae postulari uindicta, sed rebus quibus maxime metuunt spoliandos'. deinde ostendens, quantum sit hoc mali, adiungis atque contexis, nisi te opinio fallit, arbitrari 'grauius esse spoliari facultatibus quam occidi'. atque ut apertius exponas, de quibus facultatibus dixeris, peragis atque addis me frequentatum in litteris nosse, quod 'mors malorum omnium auferat sensum, egestosa autem uita aeternam pariat calamitatem'. deinde conclusisti grauius esse in malis uiuere quam mala morte finire.

3 Et ego quidem nec in nostris, ad quas me serius fateor animum applicuisse, quam uellem, nec in uestris, quas ab ineunte aetate didici, litteris uspiam legisse recolo, quod egestosa uita aeternam pariat calamitatem. nam nec umquam peccatum est laboriosa paupertas et est aliquanta restrictio et cohercitio peccatorum. ac per hoc non est metuendum, ne cuiquam post hanc breuem uitam hoc ad aeternam ualeat animae calamitatem, quod pauper hic uixerit, et in hac ipsa, quam in terris degimus, nullo modo ulla calamitas aeterna esse poterit, cum eadem uita aeterna esse non possit, quae nec saltem diuturna est, ad quamlibet aetatem senectutemque peruenerit. hoc enim potius in illis litteris legi. quoniam uita ipsa, qua fruimur, breuis est, in qua tu arbitraris et frequentatum in litteris iam mones aeternam esse posse calamitatem; mortem autem malorum omnium esse finem habent quidem uestrae litterae sed nec ipsae omnes; Epicureorum est quippe ista sententia et si qui alii mortalem animam putant. at illi, quos Tullius quasi consulares philosophos appellat,

4—6 = p. 580, 9—11    7—9 et 10—13 cf. p. 580, 11—16

5 uindictam *m*   10 pergis *r m*   11 aufert *U l s r*   15 applicasse *U*   18 peccatum *om. VU* (*in marg. post* est *add.*) *l s r*   *post.* est *om. V* (*s. u. add.*) *U*

quod eorum magni pendat auctoritatem, quoniam, cum extremum diem fungimur, non extingui animam sed emigrare censent, et ut merita quoque eius adserunt seu bona seu mala uel ad beatitudinem uel ad miseriam permanere. hoc congruit et litteris sacris, quarum me cupio litteratorem. malorum ergo finis est mors, sed in eis, quorum casta, pia, fidelis, innocens uita, non in eis, qui temporalium nugarum et uanitatum cupiditate flagrantes et, cum hic sibi felices uidentur, ipsa uoluntatis prauitate miseri conuincuntur et post mortem grauiores miserias non habere tantum uerum etiam sentire coguntur.

4 Haec ergo cum et uestris quibusdam, quas honorabilius habetis, et nostris omnibus litteris frequententur, o bone dilector etiam terrenae patriae tuae, luxuriosam uitam time ciuibus tuis, non egestosam aut, si egestosam times, illam potius egestatem mone deuitandam, quae magna licet rerum terrenarum prosperitate circumfluat, eis tamen insatiabiliter inhiando, ut uestrorum ipsorum uerbis utar auctorum, 'neque copia neque inopia minuitur'. uerum tamen in illis, quibus respondisti, litteris meis inimicos ecclesiae ciues tuos nec illa egestate dixi emendandos, ubi necessaria naturae desunt, cui succurrit misericordia, de qua nobis etiam praescribendum putasti, quod operum nostrorum hoc indicet ratio, quibus pauperes sustinemus, morbidos curatione releuamus, medicinam afflictis corporibus adhibemus, quamquam et sic egere utilius sit quam ad satiandam nequitiam rebus omnibus abundare; sed absit, ut ego illa cohercitione ad hanc aerumnam eos, de quibus agimus, redigendos esse censuerim.

II 5 Recense epistulam meam, si tamen dignam habuisti, si non quam relegeres, cum ei fuisset respondendum, saltem quam ita reponeres, ut tibi iubenti, cum uolueris, proferretur, et adtende, quid dixerim; hoc profecto inuenies, cui te non respondisse, quantum existimo, fatearis. nam ex epistula illa

18 Sall. Cat. 11, 3 22—24 cf. p. 580, 16—18

2 et *om.* *V* (*add. m. 2*) *U* 4 pertinere *U* 20 cui, *m. 2* sed cui *V* sed cui *lsr* 28 si non] ut si non *U*

mea uerba nunc insero: 'Non praeterita', inquam, 'uindicando pascere iram nostram studemus, sed misericorditer in futurum consulendo satagimus. habent homines mali, ubi et per Christianos non solum mansuete uerum etiam utiliter salubriterque plectantur; habent enim, quod corpore incolumes uiuunt, habent, unde uiuunt, habent, unde male uiuunt. duo prima salua sint, ut, quos paeniteat, sint; hoc optamus, hoc, quantum in nobis est, etiam inpensa opera instamus. tertium uero si dominus uoluerit tamquam putre noxiumque resecare, ualde misericorditer puniet.' haec uerba mea si recensuisses, cum mihi rescribere dignareris, non solum de morte sed et de damnis corporalibus euitandis eorum, pro quibus agis, nos inuidiosius quam officiosius rogandos putares, quorum dixi uelle nos in eis saluum esse, quod incolumes corpore uiuunt, nec egestosam uitam, ut uictu indigeant ab aliis impartito, per nos eis utique formidares. quorum et illud secundum dixi uelle nos saluum, quod habent, unde uiuunt. tertium uero, quod habent, unde male uiuunt, id est, ut nihil aliud dicam, certe unde falsorum deorum argentea fabricauere simulacra, pro quibus uel seruandis uel adorandis uel sacrilego ritu adhuc colendis usque ad ecclesiae dei prosiliatur incendium et religiosissimorum pauperum sustentacula infelici uulgo diripienda praebeantur sanguisque fundendus, tu, qui tuae consulis ciuitati, quare metuis resecari, ne omni modo impunitate perniciosa nutriatur et roboretur audacia? hoc nobis edissere, hoc doce circumspecta disputatione quid mali sit; diligenter adtende, quod dicimus, ne id, quod uobis dicimus, uelut specie petendi quodam modo accusatione obliqua obicere uidearis.

1—10 = p. 434, 6—15

5 incolumi (*post.* i *in ras.*) *U* incolumi *m; cf. u. 14 et p. 434, 10* 9 dominus] *p. 434. 13* deus resecare] *p. 434, 14* resecari 12 damnis] tormentis *in ras. U* tormentis *m; cf. p. 581, 12—13* pro quibus *in ras. U* quibus *V edd. praeter m* agis *in ras. U* ais *V edd. praeter m; cf. p. 593, 13* 21 ritu] cultu *U* 23 diripienda *om. VU* (*in marg m. 2 add.*) *l r* fundatur *m* 28 nobis *U*

6 Sint honesti ciues tui, probis moribus, non superfluis facultatibus; non eos uolumus ad aratrum Quintii et ad Fabricii focum per nos ulla cohercitione perduci, qua paupertate illi Romanae rei publicae principes non solum non uiluerunt ciuibus suis, sed ob eam fuerunt praecipue cariores et patriae gubernandis opibus aptiores. ne illud quidem optamus aut agimus, ut patriae tuae diuitibus illius Rufini bis consulis argenti cultus decem pondo remaneat, quod tunc laudabiliter seuera censura adhuc resecandum tamquam uitium iudicauit. tantum nos consuetudo decoloris aetatis nimium marcidas animas mitius contrectare persuadet, ut mansuetudini Christianae, quod illis censoribus iustum uisum est, nimium uideatur, et uides, quam multum intersit, utrum iam punienda culpa sit tantum habere an propter alias grauissimas culpas, ut tantum quis habeat, permittere. quod tunc iam fuit peccatum, nunc uolumus sit saltem poena peccati. sed est, quod fieri possit et debeat, ut nec usque ad ista progrediatur seueritas nec nimis secura laetetur et debacchetur impunitas et imitationis exemplum ad grauissimas et occultissimas poenas infelicibus proponatur. saltem concede, ut nimium superfluis suis timeant, qui necessaria nostra incendere ac uastare moliuntur. liceat et hoc beneficium tribuere inimicis nostris, ut, dum metuunt rebus, quas noxium non est amittere, quod sibi noxium est, non conentur admittere. neque enim haec dicenda est uindicta peccati sed tutela consilii; non est hoc inrogare supplicium sed ab excipiendo supplicio communire.

7 Quisquis inprudentem cum aliquo sensu doloris priuat. ne superuacuis sceleribus adsuefactus poenas atrocissimas pendat, puero capillos uellit, ne serpentibus plaudat, atque ita, ubi

3 illa *m* cohercione *V l* cohertione, *m. 2* cohercitione *U* 8 argenticulus decerpendo remaneat *codd.* (*in V* us *in ras.*) *l s r* argenti solum decem pondo remaneant *m; emendabam* argenti cultus decem pondo remaneat; *cf. Val. Max. II 9, 4; Gell. N. A. IV 8, 7* 17 nec] neque *U* 18 secura *om. U* 23 non *om. U* 28 quisque *edd.*

molesta dilectio est, nullum membrum laeditur, unde autem deterret, salus et uita periclitatur. non tunc benefici sumus, cum id, quod a nobis petitur, facimus, sed cum id facimus, quod non obsit petentibus. nam pleraque non dando prosumus et noceremus, si dedissemus. unde illud prouerbium: Nec puero gladium. 'Tu uero', inquit Tullius, 'ne unico quidem filio'. quo enim quemquam maxime diligimus, eo minus ei debemus, in quibus magno periculo peccatur, committere. et de diuitiis, ni fallor, cum haec ageret, loquebatur. proinde quae periculose male utentibus committuntur, salubriter etiam plerumque detrahuntur. medici cum uident secandam urendamque putredinem, saepe aduersus multas lacrimas misericorditer obsurdescunt. si, quotiens paruuli uel etiam grandiusculi ueniam peccantes deprecati sumus, totiens a parentibus uel magistris accepissemus, quis nostrum tolerandus creuisset? quis aliquid utile didicisset? prouidenter ista, non crudeliter fiunt. ne, quaeso, in hac causa nihil aliud intendas, nisi quem ad modum apud nos efficias, quod rogaris a tuis; omnia uero diligenter considera. si praeterita neglegis, quae fieri iam infecta non possunt, aliquantum prospice in posterum; non quid cupiant, qui te rogant, sed quid eis expediat, prudenter adtende. non sane fideliter eos amare conuincimur, si hoc solum intuemur, ne non faciendo, quod poscunt, minuatur, quod amamur ab eis; et ubi est, quod et uestrae litterae illum laudant patriae rectorem, qui populi utilitati magis consulat quam uoluntati?

III 8 'Nihil interest', inquis, 'quale uideatur esse peccatum, cum indulgentia postulatur.' recte hoc diceres, si de puniendis, non de corrigendis hominibus ageretur. absit enim a corde Christiano, ut libidine ulciscendi ad poenam cuiusque rapiatur; absit, ut in dimittendo cuique peccatum aut non praeueniat preces rogantis aut certe continuo subsequatur, sed hoc utique ne oderit hominem, ne malum pro malo retribuat, ne nocendi

25 cf. Cic. pro Sulla 8, 25   27—28 = p. 580, 20—21

8 periculo *om.* *VU* (*in marg. m. 2 add.*) *lr*   27 cum] *p. 580, 21* cui

inflammetur ardore, ne uindicta etiam lege debita pasci desideret, non autem ne consulat, ne prospiciat, ne compescat a malis. fieri enim potest, ut uehementius aduersando emendationem quisque neglegat hominis, quem grauius odit, et nonnulla molestia reddat cohercendo meliorem, quem maxime diligit.

9 Nam et paenitentia, sicut scribis, impetrat ueniam et purgat admissum sed illa, quae in uera religione agitur, quae futurum iudicium dei cogitat, non illa, quae ad horam hominibus aut exhibetur aut fingitur, non ut a delicto anima purgetur in aeternum, sed ut interim a praesenti metu molestiae uita cito peritura liberetur. hinc est, quod Christianis confitentibus atque deprecantibus, qui delicto illo fuerant implicati uel non succurrendo arsurae ecclesiae uel de sceleratissimis rapinis aliquid auferendo, paenitentiae dolorem fructuosum esse credidimus eisque ad correctionem sufficere existimauimus, quod inest cordibus eorum fides, qua considerare possent, quid de diuino iudicio formidare deberent. quae autem paenitentia sanare potest eos, qui fontem ipsum indulgentiae non solum agnoscere neglegunt, uerum etiam inridere ac blasphemare non desinunt? et contra hos tamen inimicitias in corde non retinemus, quod illi patet ac nudum est, cuius et in praesenti et in futura uita et timemus iudicium et speramus auxilium. sed arbitramur nos etiam pro ipsis aliquid prouidere, si homines, qui deum non timent, aliquid timeant, quo non eorum laedatur utilitas, sed uanitas castigetur, ne ab eis deus ipse, quem spernunt, noxia securitate audacioribus factis grauius offendatur et ne aliis ad imitandum eadem ipsa securitas multo perniciosius proponatur. denique pro quibus abs te rogamur, nos pro illis deum rogamus, uti eos ad se conuertat, ut fide mundans corda eorum ueracem ac salubrem agere paenitentiam doceat.

6—7 cf. p. 580, 22

1 uindicta* etiam lege debita* (*fuit* m) *U* uindictam etiam lege debitam *V l r*  pasci *ex ras. et corr.* (*fuit* passim) *U* passim *V l r*  4 quam *V*  9 *post* hominibus *ras. unius u. (38—40 litt.) U*  30 munda, *m. 2* mundans *V*

10 Ecce quanto eos, quibus nos arbitraris irasci, — pace tua dixerim — ordinatius quam tu utiliusque diligimus, pro quibus et ad euitanda tanto maiora mala et ad consequenda tanto maiora bona deprecamur. quos etiam tu si ex dei caelesti munere non ex hominum terreno more diligeres sinceriterque mihi rescriberes, quod, cum te ad exsuperantissimi dei cultum religionemque compellerem, libenter audieris, non solum haec eis optares, sed eis ad haec ipse praeires. sic omne apud nos tuae petitionis negotium cum magno et sano gaudio finiretur; sic illam caelestem patriam, quam cum intuendam esse suaderem, libens te accepisse dixisti, ex huius etiam, quae te carnaliter genuit, uera et pia dilectione promereris uere consulens tuis non ad uanitatem laetitiae temporalis nec ad impunitatem perniciosissimam sceleris sed ad gratiam sempiternae felicitatis.

11 Habes expositas in hac causa cogitationes et uota pectoris mei. quid autem lateat in consilio dei, fateor, homo sum, nescio; sed certissime scio, quicquid illud est, id esse iustius atque sapientius et firmissime stabilitum incomparabili excellentia prae omnibus mentibus hominum. uerum est quippe, quod legitur in libris nostris: Multae cogitationes sunt in corde uiri, consilium autem domini manet in aeternum. proinde quid tempus adferat, quid nobis facultatis aut difficultatis oriatur, quid postremo uoluntatis ex rerum praesentium uel correctione uel spe subito possit existere, utrum deus sic indignetur his factis, ut ea, quam petunt, impunitate magis seueriusque puniantur, an illo modo, quo nobis placet, cohercendos misericorditer iudicet, an aliqua acriore sed salubriore eorum praecedente correctione nec ad hominum sed ad suam misericordiam ueraci conuer-

6—7 et 10—11 cf. p. 579, 14—16 21 Prou. 19, 21

13 promereris, *m. 2* promerueris *V;* promerereris *s* 18 sed certissime scio *om. VU* (*in marg. add.*) *l r m* esse] est *V l r m* 27 petunt, *corr.* putant *U* 28 nobis *in ras.*, *fuit* magis *U* magis *V l s r* 29 acriore] duriore *ex corr. V* duriore *edd.*

sione, quicquid terroris praeparabatur, auertat et conuertat in gaudium, iam nouit ipse, nos autem ignoramus. quid ergo hic ante tempus inter nos ego et praestantia tua frustra laboremus? seponamus paululum curam, cuius hora non est, et quod semper instat, si placet, agamus. nullum enim tempus est, quo non deceat et oporteat agere, unde deo placere possimus; quod in hac uita usque ad eam perfectionem impleri, ut nullum omnino peccatum insit in homine, aut non potest aut forte difficillimum est. inde praecisis omnibus dilationibus ad illius gratiam confugiendum est, cui uerissime dici potest, quod carmine adulatorio nescio cui nobili dixit, qui tamen ex Cumaeo tamquam ex prophetico carmine se accepisse confessus est:

Te duce, si qua manent sceleris uestigia nostri,
inrita perpetua soluent formidine terras.

hoc enim duce solutis omnibus dimissisque peccatis hac uia ad caelestem patriam peruenitur, cuius habitatione cum eam tibi amandam, quantum potui, commendarem, admodum delectatus es.

IV 12 Sed quia dixisti, quod omnes eam leges diuersis uiis et tramitibus appetant, uereor, ne forte, cum putas etiam illam uiam, in qua nunc constitutus es, eo tendere, pigrior sis ad eam tenendam, quae illuc sola perducit. sed rursus uerbum, quod posuisti, diligenter adtendens uideor mihi tuam non inprudenter aperire sententiam. neque enim dixisti, quam omnes leges diuersis uiis et tramitibus adsequuntur aut ostendunt aut inueniunt aut ingrediuntur aut obtinent aut aliquid eius modi, sed dicendo 'appetunt' librato uerbo atque perpenso non adeptionem significasti sed adipiscendi cupiditatem. ita nec illam, quae uera est, exclusisti nec alias, quae falsae sunt, admisisti; et illa quippe appetit, quae perducit, nec perducit omnis, quae hoc appetit. quo quisquis perducitur, sine ulla dubitatione beatus est; beati autem omnes esse

14 Verg. Buc. IV 13—14 20—21 cf. p. 579, 20—21

9 unde *m* 24 impudenter *V* (*m. 2* imprudenter) *Us* 32 hoc] id *U*

uolumus, hoc est appetimus nec tamen omnes, qui uolumus, possumus, hoc est, quod appetimus, adipiscimur. ille ergo adipiscitur, qui uiam tenet non solum, qua id appetit, sed qua etiam peruenitur, relinquens alios in itineribus appetendi sine fine adipiscendi, quoniam nec error esset, si nihil appeteretur nec si appetita ueritas teneretur. si uero diuersas uias ita dixisti, ut non intellegamus aduersas, sicut dicimus diuersa praecepta, quae tamen omnia bonam aedificent uitam alia de castitate alia de patientia alia de fide alia de misericordia et si qua sunt cetera, non solum appetitur uiis et tramitibus ita diuersis illa patria, uerum etiam reperitur. nam et in scripturis sanctis et uiae leguntur et uia: uiae, sicut illud est: Docebo iniquos uias tuas et impii ad te conuertentur, uia, sicut illud: Deduc me in uia tua et ambulabo in ueritate tua, non aliae illae alia ista sed omnes una, de quibus alio loco eadem sancta scriptura dicit: Uniuersae uiae domini misericordia et ueritas. quae si diligenter considerentur, copiosum pariunt sermonem intellectumque suauissimum; quod si opus fuerit, in tempus aliud differam.

13 Nunc autem, quod satis esse arbitror pro suscepto officio rescribendi praestantiae tuae, quoniam Christus dixit: Ego sum uia, in illo quaerenda est misericordia et ueritas, ne, si alibi quaesierimus, erremus tenentes appetentem uiam sed non etiam perducentem, uelut, si hanc ipsam tenere uellemus, unde quiddam commemorasti, omnia peccata esse paria, nonne ab illa patria ueritatis et beatitatis nos longe exules mitteret? quid enim absurdius, quid insanius dici potest, quam ut ille, qui aliquanto inmoderatius riserit, et ille, qui patriam truculentius incenderit, peccasse iudicentur aequaliter?

13 Ps. 50, 15 14 Ps. 85, 11 17 Ps. 24, 10 22 Ioh. 14, 6 26 cf. p. 580, 24; 592, 9 et 11

4 alios in itineribus (in itine *in ras.*) *U* alias in turribus *V l r* 6 nec si *U* nec nisi *V l s r* 10 quae *edd.* 14 uiam sicut *codd. l* 15 tua *om.* *V U* (*in marg. m. 2 add.*) *l r*

quam quidem tu ex quorundam philosophorum opinione non diuersam uiam, quae tamen ducat ad caelestem habitationem, sed plane peruersam, quae ducit ad perniciosissimum errorem, non pro tuo sensu sed pro causa ciuium tuorum adhibendam putasti, ut sic ignoscamus eis, quorum saeuientium ignibus arsit ecclesia, quem ad modum ignosceremus, si ab eis aliquo petulanti conuicio appeteremur.

14 Sed quem ad modum id adstruxeris, uide: 'Et si, ut quibusdam', inquis, 'philosophis placet, omnia peccata paria sunt, indulgentia omnibus debet esse communis'. deinde cum quasi moliris ostendere omnia paria esse peccata, subiungis et dicis: 'Petulantius locutus est aliquis, peccauit; conuicia aut crimina ingessit, aeque peccauit'. hoc non est docere sed id, quod peruerse sentitur, sine ulla documentorum adstructione proponere. ad hoc enim, quod dicis 'aeque peccauit', cito respondetur: non aeque peccauit. exigis fortassis, ut probem: quid enim tu, quod aeque peccauerit, iam probasti? an illud, quod iungis, audiendum est: 'Aliena quisque diripuit, inter delicta numeratur'? hic etiam tu ipse uerecundatus es; puduit enim te dicere, quod peccauit aequaliter, sed 'inter delicta', inquis, 'numeratur'. non autem ibi quaestio est, utrum et hoc inter delicta numeretur, sed utrum hoc illi delicto aequalitate iungatur, aut, si propterea sunt paria, quia utraque delicta sunt, mures et elephanti pares erunt, quia utraque sunt animalia, muscae et aquilae, quia utraque uolatilia.

15 Adhuc etiam progrederis et coniectas: 'Loca profana sacraue uiolauit, non est ab indulgentia secernendus.' hic sane de uiolatis sacris locis ad facinus tuorum ciuium peruenisti, uerum locutioni petulanti nec tu ipse coaequasti; tantum modo eis petisti indulgentiam, quae recte petitur a Christianis propter abundantem miserationem non propter peccatorum

8—10; 12—13; 18—19; 27—28 = p. 580, 23—581, 3; 591, 26

18 quisque] *p. 581, 1* quisquam 19 etiam iam tu *Ulsr* 27 sacraque *V edd.; cf. p. 581, 2* 30 uerum] uerum hoc (hoc *in ras.*) *U*r

parilitatem. ego autem supra posui scriptum in litteris nostris: Uniuersae uiae domini misericordia et ueritas. consequentur itaque misericordiam, si non oderint ueritatem. quae non quasi aeque peccantibus, ac si petulantius locuti sint, sed de scelere immanissimo atque impio recte paenitentibus Christiano iure debetur. tu uero, uir merito laudabilis, ne, quaeso, ista paradoxa Stoicorum sectanda doceas Paradoxum tuum, quem tibi optamus uera pietate ac felicitate grandescere. nam quid generosus adulescens sapere iniquius et tibi ipsi periculosius potest, quam si conuicio in quemlibet extraneum iaculato non dico parricidium sed ipsum in patrem conuicium coaequauerit?

16 Conuenienter itaque apud nos pro ciuibus tuis agis ingerendo nobis misericordiam Christianorum non duritiam Stoicorum, quae causae a te susceptae non modo nihil suffragatur, uerum etiam multum aduersatur. nam ipsam misericordiam, quam si non habeamus, nulla tua petitione, nullis illorum precibus flecti poterimus, in uitio Stoici ponunt eamque a sapientis animo penitus expellunt, quem prorsus ferreum et inflexibilem uolunt. melius itaque tibi occurreret, de tuo Cicerone quod diceres, qui Caesarem laudans: 'Nulla', inquit, 'de uirtutibus tuis admirabilior uel gratior misericordia est'. quanto magis debet ea in ecclesiis praeualere, quando eum sequuntur, qui dixit: Ego sum uia, et legunt: Uniuersae uiae domini misericordia et ueritas. noli ergo metuere, innocentibus ne moliamur exitium, qui nec nocentes uolumus ad dignum supplicium peruenire prohibente nos illa misericordia, quam in Christo cum ueritate diligimus. sed qui uitiis nutriendis parcit et fouet, ne contristet peccantium uoluntatem, tam non est misericors, quam qui non uult cultrum rapere puero, ne audiat plorantem, et non timet, ne uulneratum doleat uel extinctum. serua ergo tempori opportuno, quod apud nos agas pro his hominibus, in quorum dilec-

2 Ps. 24, 10  21 Cic. pro Lig. 12, 37  24 Ioh. 14, 6

7 ita. *m. 2* ista *V*  13 ais *VU* (*m.* agis) *ls; cf. p. 585, 12*

tione — da ueniam — non solum nos minime praecedis, sed nec adhuc sequeris, et rescribe potius, quid te de hac uia moueat, quam tenemus et in qua nobiscum ad supernam patriam, qua te delectari nouimus et gaudemus, ut gradiaris, instamus.

17 Ciues autem carnalis patriae tuae etsi non omnes sed quosdam innocentes quidem dixisti, uerum tamen, quod relecta illa epistula mea debes aduertere, non defendisti. quorum non flores sed spinas nos sensisse cum dicerem respondens ad illud, quod scripseras florentem te cupere patriam relinquere, iocari me putasti. hoc scilicet in malis tantis libeat! ita est prorsus! fumant adhuc ruinae incensae ecclesiae et in ea causa nos iocamur! et ego quidem, quamuis innocentes illic mihi non occurrerent, nisi qui aut absentes fuerunt aut mala illa perpessi sunt aut nullis ad prohibendum uiribus uel auctoritate ualuerunt, tamen nocentiores a minus nocentibus in rescribendo distinxi aliamque causam posui eorum, qui timuerunt offendere potentes inimicos ecclesiae, aliam eorum, qui hoc committi uoluerunt, aliam eorum, qui commiserunt, aliam eorum, qui inmiserunt, nihil agi de inmissoribus uolens, quia hoc sine tormentis corporalibus a proposito nostro abhorrentibus fortasse non potest inueniri. Stoici autem tui omnes aequaliter nocentes esse concedunt, quibus placet omnia paria esse peccata; qui etiam duritiam suam, qua misericordiam uituperant, huic sententiae sociantes nullo modo censent omnibus pariter ignoscendum, sed omnes pariter esse puniendos. remoue ergo illos, quam longissime potes, a patrocinio causae istius et opta potius, ut tamquam Christiani agamus, ut, sicut optamus, nos in Christo eos, quibus parcimus, adquiramus, ne perniciosa illis dissolu-

9 cf. p. 428, 16—17   10 cf. p. 426, 9—10   11 cf. p. 580, 2   16—22 cf. p. 433, 20—434, 1

1 da *in ras.* U ad *Vlsr; cf. p. 582, 14; 589, 1*   8 relecta (*post.* e *in ras.*) U relicta *Vlr*   11 si licet U   14 occurrent, *m. 2* occurrerent V   20 aliam eorum qui immiserunt *om.* U *uncis incluserunt lsr*

tione parcamus. deus misericors et uerax te felicitate uera donare dignetur.

## CV.

### AUGUSTINUS EPISCOPUS CATHOLICUS DONATISTIS.

II Caritas Christi, cui omnem hominem, quantum ad nostram pertinet uoluntatem, lucrari uolumus, tacere nobis non permittit. si propterea nos odistis, quia pacem uobis catholicam praedicamus, nos domino seruimus dicenti: B e a t i p a c i f i c i, q u o n i a m i p s i f i l i i d e i u o c a b u n t u r, et in psalmo scriptum est: C u m h i s, q u i o d e r u n t p a c e m, e r a m p a c i f i c u s; c u m l o q u e b a r e i s, d e b e l l a b a n t m e g r a t i s. propterea mandauerunt nobis quidam presbyteri partis uestrae dicentes: 'Recedite a plebibus nostris, si non uultis, ut interficiamus uos.' quanto iustius eis nos dicimus: Immo uos non recedite, sed accedite pacati ad plebes non nostras sed illius, cuius omnes sumus; aut si non uultis et inpacati estis, uos potius recedite a plebibus, pro quibus Christus suum sanguinem fudit, quas ideo uultis uestras facere, ne sint Christi, quamuis eas sub eius nomine possidere conemini, tamquam si seruus furetur oues de grege domini sui et, quae-

8 Matth. 5, 9  10 Ps. 119, 7

1 uera *om.* *V l s r*

*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

5 cui] cum *P*  6 uobis *MFAP*  9 ipsi *om.* *MP* (*m. 1? add.*) 10 iis *f l r m*  *oderant (h *eras.*) *M* oderant *AR*  11 cum loquebar *m. 2 ex* conloquebar *P*  illis *AR sec. Vulg.* (*Septuag.* αὐτοῖς)  13 dicentis, *corr. m. 1* dicentes *F*  14 es, *corr. m. 1* eis *M*  15 peccati *M* 16 inpaccati *M*  18 sanguinem suum *punctis corr.* *M*  Christi sint *edd.*

cumque ex illis nata fuerint, characterem domini sui eis infigat, ne furtum eius possit agnosci. sic enim fecerunt maiores uestri; separauerunt ab ecclesia Christi populos habentes baptismum Christi et, quicumque illis adcreuerunt, baptismo Christi eos baptizauerunt. sed dominus et fures punit, si non se correxerint, et oues ab errore reuocat ad gregem nec in eis suum exterminat characterem.

2 Dicitis nos traditores, quod nec maiores uestri in maiores nostros potuerunt nec uos in nos probare ullo modo poteritis. quid uobis uultis faciamus, qui, quando uobis dicimus, ut causam nostram et uestram patienter audiatis, non nostis nisi superbire et insanire? nam utique ostenderemus uobis, quia illi potius traditores fuerunt, qui Caecilianum et socios eius quasi traditionis crimine damnauerunt. et dicitis 'recedite a plebibus nostris', quas docetis, ut uobis credant et Christo non credant. uos enim eis dicitis propter traditores, quos non ostenditis, remansisse ecclesiam Christi in sola Africa partis Donati, quod non de lege, non de propheta, non de psalmo, non de apostolo, non de euangelio sed de corde uestro et de parentum uestrorum calumniis recitatis. Christus autem dicit praedicari in nomine suo paenitentiam et remissionem peccatorum per omnes gentes incipientibus ab Hierusalem, cui ecclesiae ex ore Christi manifestatae uos non communicatis et alios in uestram perditionem trahentes liberari non uultis.

II 3 Si autem ideo uobis displicemus, quia per imperatorum iussiones ad unitatem cogimini, hoc uos fecistis, qui, ubicumque uellemus praedicare ueritatem, ut eam quisque securus

21 Luc. 24, 47

1 ex eis nate *M* 2 infigant *MFA* possit] poscit *M* 7 nec] ne *M* exterminat, *corr. m. 1* exterminet *M* 8 in *ras. ex* im *P* 13 potius illi *edd.* illi *om. P* 15 nobis, *m. 1 supra* ł uobis *R* in christo (in *del. m. 1*) *R* 16 eis *om. P* 18 prophetia *R* 19 uestro *ras. ex* nostro *R* 23 manifestate *MFP* (*m. 2* manifestatę) manifeste *A* 24 aliam *M* 27 cogemini *F*

audiret, ut uolens eligeret, numquam permisistis per uiolentias et terrores uestros. nolite stridere et perturbare animas uestras; patienter, si fieri potest, considerate, quod dicimus, et recolite facta Circumcellionum uestrorum et clericorum, qui duces eorum semper fuerunt, et uidebitis, quae causa uobis hoc excitauerit. unde iniuste querimini, quia, uobis omnia ista ut iuberentur, coegistis. nam ut longe praeterita et multa non repetamus, saltem recentia facta uestra cogitate. Marcus presbyter Casphalianensis a nemine coactus propria uoluntate catholicus factus est; qua re illum uestri persecuti sunt et paene occidissent, nisi dei manus per homines superuenientes uiolentias eorum compressisset. Restitutus Victorianensis ad catholicam nullo cogente se transtulit; qua re raptus est de domo sua, caesus, in aqua uolutatus, buda uestitus et nescio quot dies in captiuitate retentus est nec libertati propriae fortasse restitutus esset, nisi iam paene propter ipsam causam Proculianus sibi exhibitionem uideret imminere. Marcianus Urgensis catholicam unitatem propria uoluntate delegit; qua re subdiaconum eius, cum ipse fugisset, prope usque ad mortem caesum clerici uestri lapidibus obruerunt, quorum domus pro suo scelere euersae sunt.

4 Quid amplius dicamus? modo praeconem misistis, qui clamaret Siniti: 'Quisquis Maximino communicauerit, incendetur domus eius'. quid? antequam ipse ad catholicam conuersus esset et nondum de transmarinis remeasset, ad quid aliud presbyterum Siniti miseramus, nisi ut nulli molestus nostros uisitaret et in domo iuris sui positus pacem catholicam

1 ut uolens] et uolens *P edd.* erigeret, *corr. m. 1* eligeret *M* 2 errores *MP* 4 cercicellionum *MF* cirticillionum *A* 7 nam] non *A* 10 secuti *A* 14 bruda *MFAR a e* uestus *A* 15 quod *M* 16 restitus *A* 17 Proculeianus *m* imminere* *F* 18 martianus *MP* surgensis *A* urtianus *M* 21 domos *M* suo* (*fuit* s) *F* 23 sinite *MFA* maximiano *M a r* Maximiniano *e* 24 quid] qui *a e f m* uersus *M* 25 ad quid aliud] ad quid ad aliud (*post.* ad *del. m. ut uid. 2*) *FP* aliquid ad aliud *M* 26 sinite *F* si niti *A*

uolentibus praedicaret? quem uos inde cum graui iniuria proiecistis. quid aliud agebamus, quando unus nostrum Calamensis episcopus Possidius ibat ad fundum Figulinensem, nisi ut nostri quamuis pauci, qui illic erant, uisitarentur et audito uerbo dei ad unitatem Christi, qui uellent, conuerterentur? cui ambulanti uiam suam latronum more insidiati sunt et, quia in eorum insidias cadere non potuit, eum aperta uiolentia in fundo Oliuetensi paene uiuum cum domo, quo fugerat, incenderant, nisi tertio suppositas flammas coloni eiusdem fundi propter periculum suae salutis extinguerent. et tamen cum Crispinus propter hoc factum in proconsulari iudicio conuinceretur haereticus, eiusdem episcopi Possidii intercessu decem libras auri non est exactus. cui beniuolentiae et mansuetudini ingratus ad imperatores catholicos ausus est appellare. unde hanc in uos iram dei, de qua murmuratis, multo importunius et uehementius prouocauit.

5 Videtis, quia uos contra pacem Christi uiolenter insurgitis et patimini non pro ipso sed pro iniquitatibus uestris. quae est ista dementia, ut, cum male uiuitis, latronum facta faciatis et, cum iure punimini, gloriam martyrum requiratis? si ergo uos priuata uestra audacia tam uiolenter cogitis homines aut ire in errorem aut permanere in errore, quanto magis nos debemus per ordinatissimas potestates, quas deus secundum suam prophetiam subdidit Christo, resistere furoribus uestris, ut miserae animae de uestra dominatione liberatae eruantur a uetustissima falsitate et adsuescant in apertissima ueritate! nam quos a nobis nolentes dicitis cogi, multi etiam cogi se uolunt, quod nobis antea et postea confitentur, ut uel sic euadant oppressiones uestras.

2 proicistis *MF* 4 illi *A* 5 uerbi *A* 6 mor*e (t *eras.*) *P* 8 liuetensi *P edd.* 11 proconsularii *F* (*m. 2 del. alt.* i) *A* 12 episcopi* (*fuit* s) *A* 13 X *M* cuius *M* 15 appellare* (*fuit* s) *A* inpellare *M* 19 ista *om.* *A* 23 quas] quā *M* 26 a] de *edd.* uetussima *A* 27 quos] quod *m* a nolentes (*om.* nobis) *A* 28 cogis se *M* se cogi *edd.* 29 euade|ant *A*

6 Et tamen quid est melius, proferre ueras imperatorum iussiones pro unitate an falsas indulgentias pro peruersitate, quod uos fecistis et mendacio uestro subito totam Africam implestis? in quo facto nihil aliud ostendistis nisi partem Donati semper de mendacio praesumentem omni uento iactari et circumferri, sicut scriptum est: Qui fidit in falsis, hic pascit uentos. sicut enim uera fuit ista indulgentia, sic uera sunt crimina Caeciliani et traditio Felicis Aptungensis, per quem ordinatus est, et quicquid aliud contra catholicos dicere consuestis, ut a pace ecclesiae Christi infelices separetis et infeliciter separemini. de nulla quidem nos hominis potestate praesumimus, quamuis utique multo sit honestius praesumere de imperatoribus quam praesumere de Circumcellionibus, praesumere de legibus quam praesumere de seditionibus; sed meminimus scriptum esse: Maledictus omnis, qui spem suam ponit in hominem. unde ergo praesumimus, si uultis nosse, illum cogitate, de quo propheta praenuntiauit dicens: Adorabunt eum omnes reges terrae, omnes gentes seruient illi. et ideo hac ecclesiae potestate utimur, quam ei dominus et promisit et dedit.

7 Imperatores enim si in errore essent, quod absit, pro errore suo contra ueritatem leges darent, per quas iusti et probarentur et coronarentur non faciendo, quod illi iuberent, quia deus prohiberet, sicut iusserat Nabuchodonosor, ut aurea statua adoraretur, quod qui facere noluerunt, deo talia prohibenti placuerunt. quando autem imperatores ueritatem tenent,

6 Prou. 10, 4  15 Hier. 17, 5  18 Ps. 71, 11  25 Dan. 3, 1—18

2 propter uersitate, *m. 2* pro peruersitate *M* propter peruersitatem *F a* propter peruersitates *A*  10 consuistis *M* consueuistis *f l r m*  11 nos *om. M*  15 se, *corr. m. 1* sed *F*  oms̄ *M*  16 in hominem ponit *A* hominē (~ *exp.*) *F* homine *PR edd. praeter a sec. Vulg.* (*Septuag.* ἐπ' ἄνθρωπον)  18 pronuntiauit *R*  omnes *om. A*  19 terrae et omnes *edd. praeter a*  ::illi (*parua ras.*) *F* ei, *m. 1 supra* illi *R*  ha·c (e *eras.*) *M*

pro ipsa ueritate contra errorem iubent, quod quisquis contempserit, ipse sibi iudicium adquirit; nam et inter homines poenas luit et apud deum frontem non habebit, quia hoc facere noluit, quod ei per cor regis ipsa ueritas iussit, sicut ipse Nabuchodonosor postea miraculo salutis trium puerorum commotus atque mutatus pro ueritate contra errorem edictum proposuit, ut, quicumque blasphemarent deum Sidrac, Misac et Abdenago, in interitum irent et domus eorum in dispersionem. et non uultis, ut aliquid tale contra uos iubeant imperatores Christiani, cum sciant a uobis in eis, quos rebaptizatis, Christum exsufflari? si iussiones regum non pertinent ad praedicandam religionem et sacrilegia prohibenda, quare ad edictum regis talia iubentis etiam ipsi uos signatis? an ignoratis uerba regis esse: Signa et ostenta, quae fecit mihi dominus deus excelsus, placuit mihi in conspectu meo adnuntiare, quam magnum et potens sit regnum eius, regnum sempiternum et potestas eius in saecula saeculorum? an, cum hoc audieritis, non respondetis: 'Amen' et hoc dicto clara uoce ad edictum regis uos in sancta sollemnitate signatis? sed modo quia nihil apud imperatores potestis, nobis inde uultis facere inuidiam; si autem aliquid possetis, quanta faceretis, quando nihil potestis et non cessatis!

8 Scitote: primi maiores uestri causam Caeciliani ad imperatorem Constantinum detulerunt. exigite hoc a nobis, pro-

4 Prou. 21, 1 5 Dan. 3, 95—96 14 Dan. 3, 99—100

2 et] ut *R* 3 poenes *F* frontem] sortem *lr* quia] qui *M edd.* 4 percorrigis *A* 5 miracula *codd.* 6 cum innotus *A* 7 blasphema*** | rent *F* 8 et *ante* Abdenago *om. MA* 9 ut *om. R* tale aliquid *edd.* 11 nobis *AR* 14 regis esse, *in marg. m. 1* REGI NABV|CHO|DONO|SOR|OSTEN|DIT *P* regis nabuchodonosor ostendit regis esse *M* (*pr.* regis *m. 2 ex* regem) *FA* regis nabuchodonosor? ostendit esse *R* regis esse: regi Nabuchodonosor ostendi *aef* regis esse Nabuchodonosor *lr* 16 plucuit, *corr. m. 1* placuit *P* 17 quam magnum] qm̄ magnus *M* 22 inde facere uultis, *signis corr.* uultis inde facere *M* 24 scitote quod primi *P edd.* primo *M* 25 probemus, *m. 2* probamus *M*

bemus uobis et, si non probauerimus, facite de nobis, quicquid potueritis. sed quia Constantinus non est ausus de causa episcopi iudicare, eam discutiendam atque finiendam episcopis delegauit. quod et factum est in urbe Roma praesidente Melchiade episcopo illius ecclesiae cum multis collegis suis. qui cum Caecilianum innocentem pronuntiassent et Donatum, qui schisma Carthagini fecerat, sententia percussissent, iterum uestri ad imperatorem uenerunt, de iudicio episcoporum, in quo uicti fuerant, murmurauerunt. quando enim potest malus litigator laudare indices, quibus iudicantibus uictus est? iterum tamen clementissimus imperator alios iudices episcopos dedit apud Arelatum, Galliae ciuitatem, et ab ipsis uestri ad ipsum imperatorem appellauerunt, donec etiam ipse causam cognosceret et Caecilianum innocentem, illos calumniosos pronuntiaret. nec sic totiens uicti quieuerunt, sed de Felice Aptungitano, per quem Caecilianus fuerat ordinatus, cotidianis interpellationibus ipsi imperatori taedium fecerunt dicentes eum esse traditorem et ideo Caecilianum episcopum esse non posse, quod a traditore fuerit ordinatus, donec et ipse Felix iussu imperatoris causa cognita ab Aeliano proconsule innocens probaretur.

9 Tunc Constantinus prior contra partem Donati seuerissimam legem dedit. hunc imitati filii eius talia praeceperunt. quibus succedens Iulianus, desertor Christi et inimicus, supplicantibus uestris Rogatiano et Pontio libertatem perditioni parti Donati permisit; denique tunc reddidit basilicas haereticis, quando templa daemoniis. eo modo putans Christianum nomen posse perire de terris, si unitati ecclesiae, de qua lapsus fuerat, inuideret et sacrilegas dissensiones liberas esse permitteret.

5 melchiade (chi *ex corr.*) *P* melitiade *M* miltiade *F* militia de *A* collegib; *M* 9 murmurarunt *edd.* quomodo *edd.* 10 quibus| qui *A* 12 apud *om.* *MFAR* ciuitate *A* 13 appellarunt *edd.* 15 ne *R* 17 orditus *A* 19 posse *om.* *A* 20 heliano *codd.* *edd.* *praeter m* 23 perceperunt *F* 25 perditioni (*m. 2* perditionis) parti *P* perditionis parti *a e m* (*cf. contra Gaudent. l. I c. 24, 27*) perditioni partis *f l r* parti Donati *om.* *A* 26 credidit, *corr.* *m. 1* reddidit *A*

haec erat eius praedicanda iustitia, quam supplicantes Rogatianus et Pontius laudauerunt dicentes homini apostatae, quod apud eum sola iustitia haberet locum. huic successit Iouianus, qui quoniam cito mortuus est, nihil de rebus talibus iussit. deinde Valentinianus; legite, quae contra uos iusserit. inde Gratianus et Theodosius; legite, quando uultis, quae de uobis constituerint. quid ergo de filiis Theodosii miramini, quasi aliud in hac causa sequi debuerunt, quam Constantini iudicium per tot Christianos imperatores firmissime custoditum?

10 Ad Constantinum autem, sicut diximus, sicut uobis, quando uultis, si tamen ignoratis, ostendimus, maiores uestri causam Caeciliani ultro detulerunt. defunctus est Constantinus, sed iudicium Constantini contra uos uiuit, quo uestri causam miserunt, apud quem iudices episcopos reprehenderunt, ad quem a iudicibus episcopis appellauerunt, quem taediosissime de Felice Aptungitano interpellauerunt, a quo totiens conuicti et confusi redierunt et a pernicie furoris et animositatis suae non recesserunt eamque uobis posteris suis hereditariam reliquerunt, ut tam inpudenter de iussionibus Christianorum imperatorum faciatis inuidiam, cum, si uobis liceret, non quidem iam Constantinum Christianum, quia ueritati fauit, contra nos interpellaretis, sed apostatam Iulianum ab inferis excitaretis, quasi uero, si aliquid tale contingeret, esset magnum malum nisi uobis. quae est enim peior mors animae quam libertas erroris?

III 11 Sed iam tollamus ista omnia de medio; amemus pacem,

1 praedicanda/// (*parua ras.*) *A* rogatianis, *corr. m. 1* rogatianus *A* 2 a potestate *F* apo**state, *m. 2* apo**statę (*in ras. fuit* te) *P* 3 habere *AP* (*corr. m. 1* haberet) succesi///t (ı *eras.*) *P* 4 iouianus, *m. 2* iouinianus *P* iouinianus *F a e* 5 deinde | inde *A* 6 dein *P* 8 debuerunt, *m. 2* debuerint *P* debuerint *edd. praeter a; cf. p. 53, 24; 468, 9; ep. XXI p. 53, 20 al.* 9 tot *om.*, *m. 1 add. F* 14 Constantini] eius *R* quo] qm̄ *M* 16 a *om. MFA* 17 aptungiano, *m. 2* aptungitano *P* inpellauerunt *MF* 20 ut tam] uitam *MFA* 25 enim est *R* 27 omnia *om. MFAR*

quam omnis doctus et indoctus intellegit praeponendam esse discordiae, diligamus et teneamus unitatem. hoc iubent imperatores, quod iubet et Christus, quia, cum bonum iubent, per illos non iubet nisi Christus. et nos etiam per apostolum obsecrat, ut id ipsum dicamus omnes et non sint in nobis schismata neque dicamus: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego uero Cephae, ego autem Christi, sed simul omnes non simus nisi Christi, quia nec diuisus est Christus nec Paulus crucifixus est pro nobis, quanto minus Donatus! nec in nomine Pauli baptizati sumus, quanto minus in Donati! hoc dicunt et imperatores, quia Christiani catholici sunt, non idolorum serui sicut uester Iulianus, non haeretici, sicut quidam fuerunt et catholicam persecuti sunt, quando ueri Christiani non pro haeretico errore poenas iustissimas sicut uos sed pro catholica ueritate passiones gloriosissimas pertulerunt.

12 Adtendite, quam manifestissima ueritate per cor regis, quod in manu dei est, ipse deus dixerit in ista ipsa lege, quam contra uos prolatam dicitis, est autem, si intellegatis, prolata pro uobis; adtendite, quid habeant uerba principis: 'Nam si in eis, qui primo initiati sunt, idcirco religio baptismatis iudicatur infirma, quod hi, a quibus accipitur, peccatores putentur, totiens renouari necesse erit traditum sacramentum, quotiens indignus fuerit inuentus conlati baptismatis administer, et fides nostra non ex nostrae uoluntatis arbitrio neque ex diuini muneris gratia sed ex meritis sacerdotum et clericorum qualitate pendebit'. faciant mille concilia episcopi

4 I Cor. 1, 10; 12—13 17 Prou. 21, 1

1 praeponenda, *m. 2* ~ *super* a *R* 4 christus nisi *signis corr. P* apłom (o *exp. m. 1*) *M* 5 omnes (e *in ras. m. 1*) *F* in uobis *M* 7 zephe *M* 8 omns *F* 11 imperatores (*post.* e *ex corr. m. ut uid. 1*) *F* 12 sunt *om. A* 13 quidem *A* et ecclesiam catholicam *edd.* 15 gloriosissima, *m. 2* gloriosissimas *P* 20 habeat uerba principis nam *A* habeat nam uerba principis *R* 22 ii *f l r m* 24 conlatis (s *exp. m. 2*) *M* 25 administrator *P edd.* 27 concilii *F*

uestri, huic uni sententiae respondeant et, ad quod uolueritis, consentimus uobis. uidete enim, quam peruerse et impie dicatur, quod dicere soletis, quia, si bonus sit homo, ipse sanctificat eum, quem baptizat, si autem malus sit et nesciat ille, qui baptizatur, tunc deus sanctificat. hoc si uerum est, optare ergo debent homines, ut a malis ignoratis baptizentur potius quam a notis bonis, ut magis a deo quam ab homine possint sanctificari. sed absit a nobis ista dementia. quare ergo non uerum dicimus et recte sapimus, quia semper dei est illa gratia et dei sacramentum hominis autem solum ministerium, qui si bonus est, adhaeret deo et operatur cum deo, si autem malus est, operatur per illum deus uisibilem sacramenti formam, ipse autem donat inuisibilem gratiam? hoc sapiamus omnes et non sint in nobis schismata.

IV 13 Concordate nobiscum, fratres; diligimus uos; hoc uobis uolumus, quod et nobis. si propterea nos grauius odistis, quia errare uos et perire non permittimus, hoc deo dicite, quem timemus minantem malis pastoribus et dicentem: Quod errauerat, non reuocastis et, quod perierat, non inquisistis. hoc uobis per nos deus ipse facit siue obsecrando siue minando siue corripiendo siue damnis siue laboribus siue per suas occultas admonitiones uel uisitationes siue per potestatum temporalium leges. intellegite, quid uobiscum agatur; perire uos non uult deus in sacrilega discordia alienatos a matre uestra catholica. nihil in nos aliquando probare potuistis; uestri episcopi conuenti a nobis num nobiscum pacifice conferre uoluerunt quasi fugientes cum pecca-

18 Ezech. 34. 4

1 uni *om., m. 1 add.* *M* 3 ipsa *F* 4 qui *M* 7 a *post* quam *in fine u. om.* *A* 11 si *om.* *F* (*add. m. 1*) *A* 13 inuisibile, *m. 2 add.* ~ *super* e *R* 15 dilimus, *m. 2* diligimus *A* 16 oditis *R* 17 et perire *om.* *R* 20 quesistis, *corr. m. 1* inquesistis *M* deus per nos *M* ipse *om., m. 1 add.* *M* 23 siue per] siue uel *F* siue *A* uel *M* 24 agitur, *corr. m. 1* agatur *M* 26 num] nūn *fuisse, m. 2* non *corr. uid.* *M* nūquam *P edd.* uobiscum *R* 27 noluerunt, *m. 1 supra* ł uo *R*

toribus loqui? quis ferat istam superbiam? quasi Paulus apostolus non contulerit cum peccatoribus et cum ualde sacrilegis — legite actus apostolorum et uidete —, quasi ipse dominus non cum Iudaeis, a quibus crucifixus est, sermonem de lege habuerit eisque congruenter responderit. postremo diabolus est primus omnium peccatorum, qui conuerti ad iustitiam numquam poterit, et tamen nec ipse dominus de lege dedignatus est ei respondere, ut intellegatis istos ideo nobiscum nolle conferre, quia causam suam perditam norunt.

14 Nos ignoramus, quid aduersum se ipsos homines iactent, qui calumniosis dissensionibus gaudent. in scripturis didicimus Christum, in scripturis didicimus ecclesiam. has scripturas communiter habemus; quare non in eis et Christum et ecclesiam communiter retinemus? nos ubi agnouimus eum, de quo dixit apostolus: Abrahae dictae sunt promissiones et semini eius; non dicit 'et seminibus' tamquam in multis, sed tamquam in uno 'et semini tuo', quod est Christus, ibi agnouimus ecclesiam, de qua deus dicit ad Abraham: In semine tuo benedicentur omnes gentes. ubi agnouimus Christum in psalmo de se prophetantem: Dominus dixit ad me: 'Filius meus es tu; ego hodie genui te', ibi agnouimus ecclesiam in eo, quod sequitur: Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae. ubi agnouimus Christum in eo, quod scriptum est: Deus deorum dominus locutus est, ibi agnouimus et

7 Matth. 4, 1—10 15 Gal. 3, 16 19 Gen. 22, 18 21; 23 Ps. 2, 7—8 26 Ps. 49, 1

2 sacrilegi.s (i *eras.*) *P* 3 quasi] quia *M* 4 sermones *edd.* 9 qua, *corr. m. 1* quia *P* norunt] norum *P* 10 qui, *corr. m. 1* quid *P* aduerse ipsos *MF* aduersum ipsos *A* aduersus ipsos *a e* aduersus se ipsos *R cett. edd.* 11 dicimus *FR* dimus, *m. 2* dicimus *A* discimus *M m* 12 didicimus *om. MP* dicimus *FAR* discimus *m* 14 ibi *A* 15 dicit *edd.* 16 seminibus quasi in *M* 17 semine *MA* 18 ///ibi (*fuisse uid.* ubi) *F* ubi *MR* 19 dicit deus *edd.* 20 ibi *A* 26 ///ibi (*fuisse uid.* ubi) *F* ubi *M* (*m. 2* ibi) *A*

ecclesiam in eo, quod sequitur: Et uocauit terram a solis ortu usque ad occasum. ubi agnouimus Christum in eo, quod scriptum est: Et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo exultauit ut gigas ad currendam uiam, ibi agnouimus ecclesiam in eo, quod paulo superius dicitur: In omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terrae uerba eorum; in sole posuit tabernaculum suum; ipsa est ecclesia in sole posita, hoc est in manifestatione omnibus nota usque ad terminos terrae. ubi agnouimus Christum in eo, quod scriptum est: Foderunt manus meas et pedes, dinumerauerunt omnia ossa mea, ipsi uero considerauerunt et aspexerunt me, diuiserunt sibi uestimenta mea et super uestem meam miserunt sortem, ibi agnouimus et ecclesiam in eo, quod paulo post in psalmo ipso dicitur: Commemorabuntur et conuertentur ad dominum uniuersi fines terrae et adorabunt in conspectu eius uniuersae patriae gentium, quoniam domini est regnum et ipse dominabitur gentium. ubi agnouimus Christum in eo, quod scriptum est: Exaltare super caelos, deus, ibi agnouimus et ecclesiam in eo, quod sequitur: Et super omnem terram gloria tua. ubi agnouimus Christum in eo, quod scriptum est: Deus, iudicium tuum regi da et iustitiam tuam filio regis, ibi agnouimus et ecclesiam in eo, quod de illo in

1 Ps. 49, 1 3 Ps. 18, 6 6 Ps. 18, 5—6 11 Ps. 21, 17—19 16 Ps. 21, 28—29 20; 22 Ps. 56, 6 23 Ps. 71, 2

1 sequitur] scriptum est *M* uocaui *M* 2 hoccasum (h *exp.*) *F* 4 gigans *FP* 5 ///ibi (*fuisse uid.* ubi) *F* ubi *M* (*corr.* ibi) *A* ecclesiam, *corr. m. 1* et ecclesiam *P* et ecclesiam *flrm* e, *corr.* (*m. 1?*) eo *F* 6 dicitur|||||| (*ras. 1—2 l.*) *A* exiit, *corr. m. 1* exiuit *M* 8 suum** ‖ ipsa (et *eras.*) *P* suum et ipsa *F* est *om. A* 9 posuit *A* manifestationē *MFA* 11 pedes] pedes meos *F edd. praeter m sec. Vulg.* (*Septuag. quoque cod. Alex.* πόδας μου) 14 super uestimentum meum *P edd.* 15 et *om. M* ipso *om. M* 16 conuertuntur, *corr. m. 1* conuertentur *M* 18 patriae] familiae *R sec. Vulg.* 22 gloriam tuam *A*

psalmo ipso dicitur: Dominabitur a mari usque ad mare et a flumine usque ad terminos orbis terrae, coram illo procident Aethiopes et inimici eius terram lingent, reges Tharsis et insulae munera offerent, reges Arabum et Saba dona adducent et adorabunt eum omnes reges terrae, omnes gentes
15 seruient illi. ubi agnouimus Christum in eo, quod scriptum est lapidem de monte sine manibus praecisum fregisse omnia regna terrarum utique illa, quae de culturis daemonum praesumebant, ibi agnouimus et ecclesiam in eo, quod dictum est lapidem ipsum creuisse et factum montem magnum et repleuisse omnem terram. ubi agnouimus Christum in eo, quod scriptum est: Praeualebit dominus aduersus eos et exterminabit omnes deos gentium terrae, ibi agnouimus et ecclesiam in eo, quod illic sequitur: Et adorabunt in conspectu eius unusquisque de loco suo omnes insulae gentium. ubi agnouimus Christum in eo, quod scriptum est: Deus ab Africo ueniet et sanctus de monte umbroso; operiet caelos uirtus eius, ibi agnouimus ecclesiam in eo, quod sequitur: Et laudis eius plena est terra. ab Africo enim posita est Hierusalem, sicut legitur in libro Iesu Naue, unde nomen Christi diffusum est; et ibi est mons umbrosus, mons olíueti, unde ascendit in caelum, ut cooperiret caelos uirtus eius et impleretur ecclesia per omnem terram laudis eius. ubi agnouimus Christum in eo, quod scriptum est: Sicut ouis ad immolandum

1 Ps. 71, 8—11 7 Dan. 2, 34—35 13; 15 Soph. 2, 11 18; 20 Hab. 3, 3 21 Ios. 15, 8; 18, 14; Luc. 24, 47; Act. 1, 12 26 Es. 53, 7

1 ipso *om.* *MR* dominabitur] et dominabitur *edd. sec. sacr. litt.* 2 a flumine *usque *M* terrarum *edd. sec. Vulg.* 3 decident *FP* 4 linguent *F* 7 agnoscimus *MAPR* e, *corr. m. 1* eo *F* 8 sine manibus *om.* *M* 10 cognouimus *A* et *om.* *P* 13 praeualebit— scriptum est *om.* *M* praeuabit, *m. 2* praeualebit *A* 14 ubi *A* 18 et *om.* *APR* 19 uirtus] maiestas *M* 21 africa *A* 22 in libro] inbro *A* 24 uirtus *bis, alterum del.* *A*

ductus est et sicut agnus coram tondente se fuit sine uoce, sic non aperuit os suum et cetera, quae illic de eius passione dicuntur, ibi agnouimus et ecclesiam in eo, quod illic dicitur: Laetare sterilis, quae non paris, erumpe et exclama, quae non parturis, quoniam multi filii desertae magis quam eius, quae habet uirum; dixit enim dominus. dilata locum tabernaculi tui et aulaeas tuas confige; non est, quod parcas; porrige longius funiculos et palos ualidos confirma; etiam atque etiam in dextram atque sinistram extende. semen enim tuum hereditabit gentes et ciuitates, quae desertae erant, inhabitabis. non est quod metuas, praeualebis enim, nec erubescas, quod detestabilis fueris; confusionem enim in perpetuum obliuisceris, ignominiae uiduitatis tuae non eris memor. quoniam ego sum dominus, qui feci te, dominus nomen ei et, qui eruit te, ipse deus Israhel uniuersae terrae uocabitur.

V 16 Non nouimus, quid de traditoribus dicatis, quos numquam conuincere, numquam ostendere potuistis. non dico, quia uestri potius in tali crimine detecti et confessi manifestantur; quid ad nos pertinet de sarcinis alienis, nisi ut, quos possumus, corrigamus uel correptione uel quacumque disciplina in spiritu mansuetudinis et diligentia caritatis, quos autem corrigere non ualemus, etiam si necessitas cogit pro salute ceterorum, ut dei sacramenta nobiscum communicent, peccatis

4 Es. 54, 1—5

1 ductus est] est (*exp.*) ductus est *P* tundente *F* 2 quae *om. A* 3 de passione eius *M* 4 illi *MFA* scriptum est *R* 5 clama *R* 8 auleas *A* aulas *MFPR a e* effige, *corr. m. 1* conffige *M* 9 longius] longeuos *MF* 11 dexteram *MR edd.* atque in sinistram *P* 14 erubesces *F sec. Vulg.* 17 fecit *R* 18 eius *F f l r sec. Vulg.* 20 non nouimus—potuistis *om. A* 22 detenti, *m. 1 supra ł* detecti *R* 24 correptione uel *om. M* 25 spirituum (um *del.*) *M*

tamen eorum non communicemus, quod non fit nisi consentiendo et fauendo? sic enim eos in isto mundo, in quo ecclesia catholica per omnes gentes diffunditur, quem agrum suum dominus dicit, tamquam zizania inter triticum uel in hac unitatis area tamquam paleam frumento permixtam uel intra retia uerbi et sacramenti tamquam malos pisces cum bonis inclusos usque ad tempus messis aut uentilationis aut litoris toleramus, ne propter illos eradicemus et triticum aut grana nuda ante tempus de area separata non in horreum mittenda purgemus, sed uolatilibus colligenda proiciamus aut disruptis per schismata retibus, dum quasi malos pisces cauemus, in mare perniciosae libertatis exeamus. propter hoc enim his atque aliis similitudinibus dominus seruorum suorum tolerantiam confirmauit, ne, dum se boni putant malorum permixtione culpari, per humanas et temerarias dissensiones aut paruulos perdant aut paruuli pereant. quod usque adeo caelestis magister cauendum praemonuit, ut etiam de praepositis malis plebem securam faceret, ne propter illos doctrinae salutaris cathedra desereretur, in qua coguntur etiam mali bona dicere. neque enim sua sunt, quae dicunt, sed dei, qui in cathedra unitatis doctrinam posuit ueritatis. proinde ille uerax et ipsa ueritas de praepositis sua mala facientibus et dei bona dicentibus ait: Quae dicunt, facite; quae autem faciunt, facere nolite; dicunt enim et non faciunt. non utique diceret: Quae faciunt, facere nolite, nisi manifesta essent mala, quae faciunt.

3 Matth. 13, 38 4 Matth. 13, 24—30; 3, 12; 13, 47—48 23 Matth. 23, 3

1 fit] sit *A* 5 palea frumento permixtam *A* palea frumento permixta *FR* paleam permixtam frumento *edd.* 8 teneamus, *corr. m. 1* tolleramus *M* heredicemus, *m. 2* eradicemus *F* et triticum *om. M* 9 nudă (⁓ *eras.*) *R* separat annon *A* 16 quo, *corr. m. 1* quod *M* 20 qui] quos *A* 21 in* cathedra* (s *eras.?*) *P* doctrina *A* 22 ipsa (a *ex ras., fuisse uid.* ae) *P* ipse *FA a e* 26 manifestasent, *corr. m. 1* manifestassent *F* manifesta sint *A*

17 Non ergo propter malos in mala dissensione pereamus, quamuis uestros maiores non execratores malorum sed accusatores innocentium fuisse, si uelitis, possimus ostendere. sed quicumque illi et qualescumque fuerint, portent sarcinas suas. ecce scripturae communes, ecce ubi nouimus Christum, ecce ubi nouimus ecclesiam. si Christum ipsum tenetis, ipsam ecclesiam quare non tenetis? si in ipsum Christum, quem legitis et non uidetis, tamen propter ueritatem scripturarum creditis, quare ecclesiam negatis, quam et legitis et uidetis? haec uobis dicendo et ad hoc bonum pacis et unitatis et caritatis uos compellendo inimici uobis facti sumus et mandatis, quia occidetis nos, qui ueritatem uobis dicimus et in errore uos perire, quantum possumus, non permittimus. uindicet nos deus de uobis, ut ipsum errorem uestrum in uobis occidat et nobiscum de ueritate gaudeatis. amen.

## CVI.

### DOMINO FRATRI DILECTO MACROBIO AUGUSTINUS.

Audiui, quod quendam subdiaconum nostrum rebaptizare disponis. noli; sic deo uiuas, sic deo placeas, sic Christi sacramenta non inaniter habeas, sic non in aeternum a Christi corpore separeris. noli, rogo te, frater, pro te ipso te magis rogo. certe paululum adtende, quod dico. Felicianus Mustitanus

1 in *om.* *R* 2 quamuis*** | *A* 3 innocentiam *A* uellitis *FA* pos | sumus *M* 5 communes scripturae *R* 9 et *post* quam *om.* *R* 11 uos *om.* *MFA a e* 12 occiditis nos *A* occidimus uos *P* qui] quia *A* 13 erro, *corr.* *m. 1* errore *F* 15 amen *om.* *R a e*

*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1672 s. IX.*
*L* = *cod. Laurentianus St. Crucis plut. XVII dextr. 2 s. XI.*
*V* = *cod. Vaticanus 495 s. XV.*
*U* = *cod. Vaticanus 499 s. XV.*

*Louanienses hanc epistulam in Vaticanis exemplaribus repertam primi ediderunt.*

17 dilecto fratri *L* 18 subdiaconem *L* 20 non nōa (nōa *del. m. 1*) in aeternum *L*

Primianum Carthaginiensem damnauit et uicissim ab illo etiam ipse damnatus est. diu Felicianus in sacrilego Maximiani schismate fuit, multos ibi per suas ecclesias baptizauit modo cum Primiano uester episcopus, sed et neminem post eum baptizatis. qua ergo licentia post nos adhuc rebaptizandum putatis? hanc mihi solue quaestionem et me rebaptiza; si autem hanc soluere non potes, parce alienae animae, parce tuae. aut si me de Feliciano falsum dixisse arguis, exige, ut probem; certe, si non probauero, tunc fac, quod putas. addo etiam, si non probauero, non sim episcopus communionis meae; si autem probauero, noli esse inimicus salutis tuae. opto te, domine frater, in pace esse nobiscum.

## CVII.

DOMINO BEATISSIMO ET VENERABILI MULTUMQUE DESIDERABILI PATRI AUGUSTINO MAXIMUS ET THEODORUS IN DOMINO SALUTEM.

Ex praecepto sanctitatis tuae ad episcopum Macrobium perreximus. ad quem cum litteras beatitudinis tuae perferremus, primo negauit se, ne eidem legerentur. deinde aliquando ex nostra suggestione commotus easdem sibi uoluit recitari, quibus relectis ait: 'Non possum nisi ad me uenientes suscipere et eisdem fidem, quam postulauerint, dare'. cum autem a nobis eidem diceretur, quid de facto Primiani diceret, dixit

21—22 = p. 612, 10—11

1 carthaginensem *LVU edd.* etiam ipse ab illo *L* 2 sacrilegio *PL* maximianis chrismate *L* 3 ibi] illic *L* modi *L* 4 sedet *VU* post rebaptizatis *L* post eum baptizans *VU edd.* 6 baptiza *VU edd.* 7 hanc autem *VU edd.* 8 aut] quod *L* dicere *U* 9 prouem *P* tunc—si non probauero *om. L* 11 salutis mee tuae *U* opto—nobiscum *om. L*

*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1672 s. IX.*
*V* = *cod. Vaticanus 495 s. XV.*
*U* = *cod. Vaticanus 499 s. XV.*

*Louanienses hanc epistulam in Vaticanis exemplaribus repertam primi ediderunt.*

18 perferrimus (*sic!*) *P* 22 iisdem *edd.* 23 priami *VU l s r*

se nuper ordinatum patris sui iudicem esse non posse, sed in id, quod a prioribus suis acceperit, permanere. quod necesse habuimus his litteris sanctitati tuae significare. beatitudinem tuam nobis dominus custodiat, domine pater.

## CVIII.

DOMINO DILECTO FRATRI MACROBIO AUGUSTINUS.

I 1 Carissimi filii mei, honorabiles uiri, cum ad tuam beniuolentiam adtulissent litteras meas, quibus admonui rogauique te, ne subdiaconum nostrum rebaptizares, rescripserunt mihi te respondisse: 'Non possum nisi ad me uenientes suscipere et eis fidem, quam postulauerint, dare'. et tamen, si ad te uenerit in uestra communione baptizatus, qui diu a uobis separatus fuit, et per ignorantiam se putauerit denuo baptizandum idque poposcerit, cum quaesieris et cognoueris, ubi fuerit baptizatus, suscipis quidem ad te uenientem nec tamen ei das, quam postulat, fidem, sed doces hominem habere, quod petit, nec uerba errantis adtendis, sed studium adhibes corrigentis. male ergo dantem, quod iam dandum non est, et sacramentum, quod datum est, uiolantem suus error accusat, non petentis excusat. dic itaque mihi, obsecro te, quo modo non habeat, qui petiuit abs te, quod iam acceperat per me? si propter alienam aquam et alienum fontem, quod solent dicere, qui non intellegunt, quia scriptum est: A b a q u a a l i e n a a b s t i n e t e e t d e f o n t e a l i e n o n e b i b e r i s, Felicianus quando separatus est a uobis in parte Maximiani,

1—2 cf. p. 613, 9—10; 18—20 10—11 = p. 611, 21—22 23 Septuag. Παροιμ. 9, 18

1 patri, *corr. m. 1* patris *P* 2 id *in ras. m. 1 P* 3 nuntiare, *in marg.* als significare *U*

*Idem codices, qui in epistula CVII.*

*Louanienses hanc epistulam in Vaticanis exemplaribus repertam primi ediderunt.*

11 ei *V* 18 iam *om. U* 19 est *om. P* 20 potentis *VUl* 23 dicere *om. P* ab aquā alienā *P* 24 ne] non *U*

'ueritatis adulter, catena sacrilegii', sicut concilii uestri uerba indicant, trahebatur; si secum abstulerat fontem uestrum, quis erat fons, in quo illo separato uestros baptizastis? si autem in alieno fonte baptizauerat, quare post eum non rebaptizastis? simul enim nunc uester episcopus sedet cum Primiano a se damnato et damnatore suo.

2 Sed sicut mihi suis litteris intimarunt nostri, qui in hac causa te uiderunt, cum quaererent, quid hinc diceres, respondisti te nuper ordinatum factorum patris tui iudicem esse non posse, sed in eo, quod a prioribus tuis acceperis, permanere. hinc sane dolui necessitatem tuam, cum te existimem, sicut audio, bonae indolis iuuenem. quid enim te ad hanc responsionem nisi malae causae necessitas cogit? sed si adtendas, mi frater, si recte cogites, si deum timeas, in mala causa perseuerare nulla necessitas cogit. haec enim responsio tua non quaestionem tibi a me propositam soluit, sed causam nostram ab omni calumnia uestrae causationis absoluit. dicis enim te nuper ordinatum factorum patris tui iudicem esse non posse, sed in eo, quod a prioribus tuis acceperis, permanere. cur ergo non potius in ecclesia, quam scriptura teste incipientem ab Hierusalem ac per omnes gentes fructificantem atque crescentem a domino Christo per apostolos accepimus, permanemus et de factis nescio quorum patrum, quae ante paene centum annos admissa dicuntur, non iudicamur? si enim tu de patre tuo adhuc in hac uita constituto non audes iudicare, quem potes interrogare, mihi quare dicitur, ut iudicem de mortuo longe ante, quam natus sum? tot Christianis gentibus quare dicitur, ut iudicent de factis Afrorum traditorum ante tot annos mortuorum, quos nec uiuos tot Chri-

9—10; 18—20 cf. p. 612, 1—2 21 Luc. 24, 47; Act. 1, 8

3 si autem—rebaptizastis *om. VU edd.* 11 te *om. P* 14 nulla *codd. l s r* (*adiecta coniectura* mala) 21 incipiente *P* atque *VU edd.* 24 amissa *P* non] modo *VU edd.* iudicamus *s* iudicamur *addita in marg. coniectura* iudicamus *m* 27 tot] nec *VU l s r* (*addita in marg. coniectura* et) et *m* 28 iudicē *P*

stiani, qui tunc uiuebant, in terris remotissimis constituti audire uel nosse potuerunt? qui manentem notum non audes iudicare Primianum, cur mihi antiquum et ignotum iudicandum uis inponere Caecilianum? si patres tuos non iudicas de factis suis, quare fratres tuos iudicas de factis alienis?

3 An forte fratres nos negas? sed melius audimus sanctum spiritum per prophetam praecipientem: Audite, qui pauetis uerbum domini: Dicite 'fratres nostri estis' his, qui uos oderunt et qui uos detestantur, ut nomen domini honorificetur et appareat illis in iucunditatem, ipsi autem erubescant. re uera enim si hominibus nomen domini iucundius esset quam nomina hominum, numquid Christus clamans: Pacem meam do uobis diuideretur in membris suis per eos, qui dicunt: Ego quidem sum Pauli ego autem Apollo ego uero Cephae et per hominum nomina dilaniantur? numquid Christus exsufflaretur in baptismo suo, de quo dictum est: Hic est, qui baptizat, de quo dictum est: Christus dilexit ecclesiam suam et tradidit se ipsum pro ea, ut eam sanctificaret mundans eam lauacro aquae in uerbo? numquid ergo in ipso suo lauacro exsufflaretur, si nomen domini esset iucundius, cuius est ipse baptismus, quam nomen hominum. de quibus dicitis: 'Sanctum est, quod ille dat, non quod ille'?

II 4 Et tamen collegae tui, ubi uoluerunt, ueritatem potius adtenderunt et non solum baptismum, quem dedit Primianus in uestra communione, sed etiam quem dedit Felicianus in Maximiani sacrilego schismate, propter honoris domini iucunditatem sanctum esse senserunt et characterem, non solum

8 Es. 66, 5 sec. Septuag. 14 Ioh. 14, 27 15 I Cor. 1, 12 18 Ioh. 1, 33 19 Eph. 5, 25—26

11 in iucunditate *m; Septuag.* ἐν τῇ εὐφροσύνῃ αὐτῶν 13 iucundus *P* 17 dilaniatur, *corr. m. 1* dilaniantur *P* 18 de quo *om. VUlsr* (*coniectura in marg. add.*) 26 dedit *om. VU edd.* 27 etiam] et *edd.* 28 sacrilegos chrismate *P*

quem ipse apud uos acceperat, sed etiam quem aliis extra uos desertor infixerat, ipso correcto uiolare non ausi sunt, quia regium cognouerunt. de hoc eorum facto tam bono iudicare non uis, ubi eos deberes laudabiliter imitari, et sequeris iudicium eorum, in quo merentur ab omnibus detestari. times de Primiano iudicare, ne cogaris audire, quod culpes; immo uero iudica et illic magis poteris inuenire, quod laudes. non enim, quod male fecit Primianus, te uoluimus memorare, sed quod optime fecit, qui in suscipiendis, quos eius damnator in separatione sceleratissima baptizauerat, errorem hominum correxit, non dei sacramenta destruxit, bonum Christi et in hominibus malignis agnouit, malum autem hominum non uiolato Christi bono emendauit. aut si hoc factum displicet tibi, illud saltem adtende, illud pro tuo bono ingenio prudenter aduerte, quia unum Primianum non iudicas de factis ipsis Primiani et orbem Christianum iudicas de factis Caeciliani. times, ne te polluat, si noueris, quod uindicare non audeas; absolue ergo gentes, quae nec nosse poterant, quod accusas.

5 Nec tamen illud unius Primiani factum est; scis, in quantum opinor, et tu: centum ferme episcopi uestri factione damnabili cum Maximiano conspirantes ausi sunt damnare Primianum et trecentorum decem Bagaiensi concilio, sicut decreti eius uerba personant, 'Maximianum fidei aemulum, ueritatis adulterum, ecclesiae matris inimicum, Dathan, Core et Abiron ministrum, de pacis gremio sententiae fulmen excussit'. huic alii duodecim, qui eius ordinationi, quando contra Primianum leuatus est, interfuerant, non dilata dam-

24—27 Aug. contra Crescon. Don. III 22; 24; 59; IV 2; 5; 38

1 etiam] et *edd.* 7 uerum *P* 8 uolumus *VU edd.* 9 quos] quod *P* 13 uialato *P* 14 pro bono tuo ingenio *V edd.* pro bono ingenio tuo *U* 16 ipsius *Um* 23 priamum *V* uagaiensi *codd. edd.* (*r in marg.* al. Bagaiensi) 25 dathę chorę *P* dathe chore *V* Dathae (*in marg.* al. Dathan) Chorae *l s r; cf. p. 625, 4* 26 abiren *V* 27 hinc *U edd.* 28 interfuerat *P*

natione coniuncti sunt, ceteris autem, ne nimia praecisio fieret, praestituto die redeundi est concessa dilatio saluis suis honoribus, si intra temporis terminum remeassent. nec timuerunt trecenti et decem ad suum collegium reuocare tanto Maximiani sacrilegio accusatos intuentes forte, quod scriptum est: Caritas cooperit multitudinem peccatorum. quia, ut et permittatur tempus dilationis, ...... ........................., foris a uestra communione baptizauerunt, quoscumque baptizare potuerunt; neque enim, foris nisi fuissent, dilatione concessa inuitari poterant, ut redirent. deinde et ante, quam dilatio finiretur, et postea, quam finita est, illi duodecim cum Maximiano damnati apud tres aut amplius proconsules accusati sunt, ut e sedibus suis iudiciario uigore pellantur. inter quos erat Felicianus Mustitanus, de quo nunc ago, et Praetextatus Assuritanus nuper defunctus, in cuius damnati loco alter iam fuerat ordinatus. quos duos non unus Primianus sed multi coepiscopi uestri, cum frequentissima numerositate Tamugadensis Optati natalicia celebrarent, post eorum sine dilatione damnationem, post terminatam, quae ceteris data fuerat, dilationem, post diuulgatam forensi etiam strepitu apud tot consules accusationem in honoribus integris susceperunt et post eos nullum baptizauerunt. si huic assertioni resistitur uel horum aliquid si negatur, periculo episcopatus mei exigar probare, quod loquor.

6 I Petr. 4, 8

3 intra *in marg. U* terminum temporis *VU edd.* 5 accusator *P* fortes *U* 7 quia autem et permittatur tempus dilationis foris a uestra communione baptizauerunt *VUlsr* quibus autem est permissum tempus dilationis foris a uestra communione baptizauerunt *m; lacunam significaui, excidisse enim uidetur* foris a uestra communione eos fuisse necesse est 10 foris nisi] si foris nisi *P* nisi foris *VU edd.* imitari *P* 13 ut *in fine u. om. P* 14 pellerentur *m* 15 de quo non ago *VU edd. addita in m coniectura* nunc 17 episcopi *U* 18 optata *codd. ls; cf. Aug. contra litt. Petiliani II 53* 20 fuit, *corr.* fuerat *U* diuulgata *codd. et add. in marg. coniectura* diuulgatam *lr* 22 it egris *P*

6 Finita est causa, frater Macrobi; deus hoc egit, deus hoc uoluit; occultae illius prouidentiae fuit, ut in causa Maximiani speculum uobis correctionis propinaretur, ut omnis aduersum nos, immo aduersus Christi ecclesiam toto orbe crescentem non dico uestra, ne in te uidear contumeliosus, sed certe uestrorum criminosa calumnia finiretur. nihil enim remansit omnino eorum, quae contra nos tamquam de scripturis ab hominibus non intellegentibus proferri solent. nam haec habere in ore consueuerunt: Ab aqua aliena abstine te; sed respondetur: Non est aqua aliena, quamuis sit in alienis, sicut nec aqua illa Maximiani fuit, unde uos non abstinuistis. item proponitur nobis: Facti sunt mihi sicut aqua mendax non habens fidem; sed respondetur: Hoc dictum est de fictis hominibus non pertinentibus ad dei sacramenta, quae nec in mendacibus possunt esse mendacia. nam utique mendaces fuerunt, qui Primianum, sicut ipsi perhibetis, falsis criminibus damnauerunt, nec tamen aqua mendax fuit, in qua separati a uobis, quos potuerunt, baptizauerunt. nam quando eam in his, quos Felicianus et Praetextatus foris baptizauerunt, suscepistis, etiam in mendacibus ueracem fuisse sensistis. proponitur nobis: Qui baptizatur a mortuo, quid prodest lauacrum eius? respondetur: Si hoc de baptismo scriptum est, quo baptizant illi, quos tamquam mortuos eiecit ecclesia, non dixit hoc lauacrum non esse, sed nihil prodesse, quod et nos dicimus. uerum tamen quando cum illo ad ecclesiam uenerit, quod foris oberat, intus proderit, non cum ipse repetitur baptismus, sed cum corrigitur baptizatus, sicut Maximianum et socios eius tamquam mortuos a uestra con-

9 Septuag. Παροιμ. 9, 18 12 Hier. 15, 18 21 Eccli. 34, 30

1 macrobii *P* 3 correptionis *P* proponeretur *r m* 4 orbis *VU et add. in marg. coniectura* orbe *l r* 5 crescente *P* uestram *P* 9 I ab aqua *P* 11 aquā *P* 12 II item *P* 20 et *VU edd.* 21 III proponitur *P* prodest] est pro *P* est per *VU l s r* 22 si] sed *VU l s r*

gregatione communionis eiectos loquitur Bagaiense concilium: 'Veridica', inquit, 'unda in asperos scopulos nonnullorum naufraga proiecta sunt membra; Aegyptiorum admodum exemplo pereuntium funeribus plena sunt litora, quibus in ipsa morte maior est poena, quod post extortam aquis ultricibus animam nec ipsam inueniunt sepulturam'. ex hac turba mortuorum quasi reuiuiscentes Felicianum et Praetextatum in suis honoribus suscepistis et ab eis in illa morte baptizatos non rebaptizastis, quia baptismum Christi foris datum per mortuos mortuis non prodesse, eundem tamen ipsum prodesse intus reuiuiscentibus agnouistis. proponitur nobis: Oleum peccatoris non inpinguet caput meum; respondetur hoc scriptum de assentatione leni atque fallaci blandi adulatoris intellegi, quia unguitur et crescit eis caput, cum laudantur peccatores in desideriis animae suae et, qui iniqua egerint, benedicentur. quod ex priore uersu satis apparet: sic enim posita est tota sententia: Emendabit me iustus in misericordia et arguet me; oleum autem peccatoris non inpinguabit caput meum. malle se dixit ueraci misericordis austeritate compesci quam deceptoria laude fallentis extolli. sed quo modo libet hoc intellegatis, certe in eis, quos in sacrilegio Maximiani Felicianus et Praetextatus baptizauerunt, aut peccatorum oleum suscepistis aut etiam peccatoribus ministrantibus datum Christi esse oleum cognouistis; neque enim non erant peccatores, quando de illis in

2—6 Aug. contra Crescon. Don. IV 18; contra Gaudent. Don. I 54; contra litt. Petiliani I 11; II 16 12; 17 Ps. 140, 5

1 communionis congregatione *U* uagalense *P* uagaiense *VU edd.* 3 admodum] quodammodo *VU edd.* 5 post eiectam *VUlr* per eiectam *s* aqui ultricibus *VU et add. in marg. coniectura* aquis ultricibus *lr* 11 reuiscentibus, *corr. m. 1* reuiuiscentibus *P* IIII proponitur *P* 12 inpingauet *P* inpinguabit? *cf. u. 19* 14 qua *m* ungitur, *corr. m. 1* unguitur *P* 16 benedicuntur *sm* 17 emendauit *P* 19 male *P* 20 misericordiis *P* conuesceri *P* conseri *VU et add. in marg. coniectura* conteri *lr* conteri *sm; scripsi* compesci 21 hoc *om. VU edd.* 22 maximini *P* 24 peccatorum *codd. lsr*

Bagaiensi concilio dicebatur: 'Famosi criminis reos, qui funesto opere perditionis uas sordidum collecta faeculentia glutinarunt, damnatos esse cognoscite.'

III 7 Ista de baptismo dixisse suffecerit. causa uero separationis uestrae his solet non intellectis testimoniis colorari. scriptum est: Ne communices peccatis alienis; sed respondetur eum communicare peccatis alienis, qui consentit malis factis, non eum, qui, cum ipse sit triticum, simul tamen cum palea, quam diu area trituratur, diuinis communicat sacramentis. scriptum est enim: Exite inde et inmundum ne tetigeritis et: Qui tetigerit pollutum, pollutus est, sed consensione uoluntatis, qua deceptus est homo primus, non conuersatione corporis, qua et Iudas osculatus est Christum; pisces quippe illi, de quibus in euangelio dominus loquitur, boni et mali intra eadem retia, quibus congregationis coaptat unitatem, usque ad finem saeculi, quod litoris nomine praefiguratur, pariter natant corporibus mixti sed moribus separati. scriptum est enim: Modicum fermentum totam massam corrumpit, sed eorum, qui consentiunt mala facientibus, non eorum, qui secundum prophetam Ezechielem gemunt et maerent ob iniquitates populi dei, quae fiunt in medio eorum.

8 Istam malorum permixtionem gemit et Danihel, tres quoque uiri gemuerunt; ille hoc in oratione, illi in fornace testantur; nec tamen se ab unitate populi, cuius peccata confitebantur, corporali disiunctione separauerunt. prophetae omnes in eundem populum, in quo erant, quae et quanta

1 Aug. contra Crescon. Don. III 22; 59; IV 5; 15; 39; contra Gaudent. Don. II 7 6 I Tim. 5, 22 10 Es. 52, 11 11 Leu. 22, 4—6 12 Gen. 3, 1—6 13 Matth. 26, 49; Marc. 14, 45 14 Matth. 13, 47—49 18 I Cor. 5, 6 20 Ezech. 9, 4 23 Dan. 9, 5—16; 3 28—31

1 uagaiensi *P edd.* uagalensi *VU* 2 glutinorum *codd. ls* 4 sufficerint *P* 5 V scriptum est *P* 9 retritulatur *VU* retrituratur *edd.* 10 VI scriptum est *P* 13 iudā osculatus est christus *P* 14 dominus in euangelio *U* 17 praefigurant *P* 18 VII scriptum est *P* 27 in quo] quo *P*

dixerint! nec sibi tamen alterum populum, in quo essent, discessione corporali uel segregatione quaesierunt. ipsi apostoli permixtum sibi diabolum Iudam usque in finem, quo se ipse etiam laqueo perdidit, sine ulla sui contaminatione tolerarunt, ita ut diceret eis dominus propter illius inter eos praesentiam: Et uos mundi estis sed non omnes. nec ob illius inmunditiam tamquam fermento in eis dissimilium morum massa corrupta est. nec recto adfirmari potest, quod eos illius latebat nequitia, nisi forte qua fuerat etiam dominum traditurus; nam ipsi de illo scripserunt, quod fur erat et omnia, quae mittebantur, de dominicis loculis auferebat. non eis quisquam calumniabatur illo testimonio: Videbatis furem et concurrebatis cum eo; et factis enim malorum non sacramentorum communione sed eorundem factorum consensione concurritur. apostolus Paulus quanta de falsis fratribus conqueritur! quorum tamen corporali permixtione non maculabatur cordis puri diuersitate seiunctus. nam a quibusdam. quos inuidos nouerat, gaudet Christum pariter praedicari: utique inuidia diabolicum uitium est.

9 Postremo episcopus Cyprianus iam ecclesia copiosius dilatata uicinior temporibus nostris, cuius auctoritate aliquando repetitionem baptismi confirmare conamini, cum illud concilium uel illa scripta, si uere ipsius sunt et non, sicut aliqui putant, sub eius nomine conscripta atque conficta, ipsa contineant. quantum dilexerit unitatem, quo modo in ea tolerandos, etiam contra quos sentiebat, apertissima exhortatione consuluerit, ne pacis uinculum rumperetur, id potissimum adtendens,

6 Ioh. 13, 10   10 Ioh. 12, 6   12 Ps. 49, 18   15 II Cor. 11. 23—27   17 Phil. 1, 15—18

1 dixerunt *r m*   4 contaminatio *P*   6 praesentia *P*   7 ob *om. P* inmuntiam, *corr.* (*m. 1?*) inmunditiam *P*   9 eo *U*   10 traditurū *P* scripserant *VU l s r*   13 et factis] de factis *s*   enim *om., m. 1 (?) add. P* 15 conqueritur *s*   quantum *V edd.*   17 pura *P*   e *P*   19 utique] et utique *U m*   21 uiciniore *P*   24 ipsa *om. VU edd.*   26 quod *P* quoque *VU l s r* (*add. in marg. coniectura* quos) quos ipse *m*   consulerit *P* consuluit *VU l s r*

quia, si quis alterutris, quibus aliud uidetur, quam ueritas habet, humanus error inrepserit, fraterna concordia custodita caritas cooperit etiam multitudinem peccatorum: hanc ille sic tenuit, sic amauit, ut, si quid aliter, quam res est, de baptismi sacramento sapuerat, id quoque deus illi reuelaret, sicut apostolus fratribus in caritate ambulantibus dicit: Quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus; et si quid aliter sapitis, id quoque uobis deus reuelabit. uerum tamen in quod peruenimus, in eo et ambulemus. huc accedit, quoniam fructuosum sarmentum, si aliquid habebat adhuc purgandum, etiam gloriosa martyrii falce purgatum est, non quia pro Christi nomine occisus est, sed quia pro Christi nomine in gremio unitatis occisus est. nam ipse scripsit et fidentissime adserit eos, qui extra unitatem etiamsi pro illo nomine moriantur, occidi posse, non posse coronari. tantum ualet siue ad delenda siue ad confirmanda peccata uel custodita uel uiolata caritas unitatis.

10 Ipse ergo ille Cyprianus cum per impiorum gentilium persecutionem uastata ecclesia multos plangeret lapsos malis hoc moribus tribuens eorum, qui in ipsa ecclesia damnabili conuersatione uiuebant, de collegarum suorum moribus gemit nec suum gemitum silentio tegit, sed dicit eos in tantam cupiditatem fuisse progressos, ut 'esurientibus etiam in ecclesia fratribus habere argentum largiter uellent, fundos insidiosis fraudibus raperent, usuris multiplicantibus faenus augerent'. puto istorum auaritia, rapinis et faenore Cyprianum non

2 I Petr. 4, 8 6 Phil. 3, 15—16 14 Cypr. de cathol. eccl. unitate c. 14 p. 223, 10 ed. Hartel. 18 de lapsis c. 4—6 23 de lapsis c. 6 p. 241, 2—4 ed. Hartel.

3 etiam cooperit *VU edd.* 5 quodque *P* 6 caritatē *P* quotquod *P* et quot *VUls* 8 uobis *om.*, *m. 1 add. P* 9 et *om. VU edd.* 11 etiam *om. m* et *VUlsr* 12 non] nunc *VU* 14 asseruit *s* unitate *P* 19 persecutione *P* lapsus *U* 22 in tanta cupiditate *codd. lsr* 24—25 uelle ... rapere ... augere *P*, *sicut est in Cypriani libello* 26 pignis *P* fundis *VU edd.; scripsi* rapinis Cyprianum *om., in marg. add. U*

fuisse maculatum nec tamen ab eis corporali segregatione sed uitae dissimilitudine fuisse disiunctum. cum eis altare tetigit, sed inmundam illorum uitam ille non tetigit, quando sic culpauit atque arguit. placentia ista quippe tanguntur, displicentia repelluntur. ideoque illi optimo episcopo nec censura, qua peccata coherceret, nec cautela defuit, qua unitatis uinculum custodiret. legitur eius in quadam epistula, quam scripsit ad presbyterum Maximum, de hac re clara et aperta sententia, qua omnino praecepit propheticam regulam tenens nullo modo ecclesiae deseri debere unitatem propter malorum permixtionem. 'nam etsi uidentur', inquit, 'in ecclesia esse zizania, non tamen impediri debet fides aut caritas nostra, ut, quoniam esse zizania in ecclesia cernimus, nos de ecclesia recedamus. tantum modo nobis laborandum est, ut frumentum esse possimus'.

11 Istam caritatis legem ex ore Christi domini promulgatam — ipsius enim sunt istae similitudines et de zizaniis usque ad tempus messis in unitate agri per mundum et de malis piscibus usque ad tempus litoris intra eadem retia tolerandis — hanc ergo caritatis legem si maiores uestri mente retinerent, si cum dei timore cogitarent non propter Caecilianum et nescio quos Afros siue, ut putatis, re uera criminosos siue, quod magis credendum est, calumniis appetitos se ab ecclesia, quam descripsit ipse Cyprianus per omnes gentes radios

7 Cypr. ep. 54, 3 p. 622, 15—18 ed. Hartel.; cf. Aug. contra Crescon. Don. II 43; 48; contra Gaudent. Don. II 3; 14 17 Matth. 13, 24—43; 47—50 24 de cathol. eccl. unitate c. 5 p. 214, 10—13 ed. Hartel.

1 ab eis se corporali *codd. l s m* 3 uitam *om. P* 4 redarguit *VU edd.* quippe ista *VU edd.* arguuntur *codd. l s r* adtinguntur *m: scripsi* tanguntur; *cf. p. 625, 10—12; 630, 12* 6 cohercerent (n *exp.*) *P* 10 nullum modo *P* unitate *P* 11 permixtione *PV* 12 debet] debet aut *Cypr. Aug. contra Crescon. et contra Gaudent.* 13 zizania esse *Cypr. Aug. contra Crescon. et contra Gaudent.* nos] ipsi *Cypr. Aug. contra Crescon. et contra Gaudent.* 14 nobis tantum modo *p. 623, 9 Cypr. Aug. contra Crescon. et contra Gaudent.* 15 possumus *P* 23 se] sed *P*

suos porrigere et ramos suos per omnem terram copia ubertatis extendere, non, inquam, se a tot gentibus Christianis, quae omnino nescierunt, qui uel quid uel quibus obiciebant, nefaria separatione discinderent, quod non fit nisi aut simultate priuata potius quam utilitate communi aut illo uitio, quod consequenter Cyprianus ipse conumerat uitandumque commemorat. nam cum praecepisset propter zizania, quae in ecclesia cernuntur, non esse ecclesiam deserendam, sequitur et adiungit: 'Nobis tantum modo laborandum est, ut frumentum esse possimus, ut. cum coeperit frumentum dominicis horreis condi, fructum pro opere nostro et labore capiamus. apostolus in epistula sua dicit: In domo autem magna non solum sunt uasa aurea et argentea sed et lignea et fictilia et quaedam quidem honorata quaedam inhonorata. nos operam demus et, quantum possumus, laboremus, ut uas aureum et argenteum simus. ceterum fictilia uasa confringere domino soli licitum est, cui et uirga ferrea data est. esse non potest maior domino suo seruus nec quisquam sibi, quod soli filio pater tribuit, uindicarit, ut se putet aut ad aream uentilandam et purgandam palam et

9 Cypr. ep. 54, 3 p. 622, 17—623, 12 ed. Hartel.; cf. Aug. contra Crescon. Don. II 43; 48; contra Gaudent. Don. II 3; 14 12 II Tim. 2, 20 18 Ioh. 13, 16; 15, 20; Matth. 10, 24 20 Matth. 3, 12

1 dirigere *U* porrigente *m* 2 extendente *m* 6 conumerat] commemorat, *in marg.* al̄r connumerat *U* commemorat] commendat *P* 7 pro zizaniā (~ *del. uid.*) *P* propter zizaniam *VUlsr* 8 cernitur *codd. lsr* 9 adiungit (it *ex corr.*) *P* 10 cum *om. P* dum *U* 11 pro opere et labore nostro *VU edd.* 13 uasa sunt *Cypr. Aug. contra Crescon. et contra Gaudent.* sed et] sed etiam *U* 16 et] uel *m Cypr. Aug. contra Gaudent.* 17 soli licitum] solicitum *VUl* sollicitum *s* soli concessum *r m Cypr. Aug. contra Crescon. et contra Gaudent.* 18 nec] ne *P* 19 solo *U* uindicare *Cypr. Aug. contra Crescon.* (*u. l.* uindicaret) 20 aut *om. r* ad *om. VUls* paleam *codd. ls* et uentilabrum *om. Cypriani codd. praeter antiquissima fragmenta Bobiensia, quae* uentitabrum (*om.* et) *habent;* uel uentilabrum *Aug. contra Crescon. et contra Gaudent.*

uentilabrum etiam ferre posse aut a frumento uniuersa zizania humano iudicio separare. superba est ista praesumptio et sacrilega obstinatio, quam sibi furor prauus adsumit, et, dum sibi semper aliquid amplius, quam mitis iustitia deposcit, adsumunt, de ecclesia pereunt et, dum se insolenter extollunt, ipso suo tumore caecati ueritatis lumen amittunt.'

12 Quid hac Cypriani adtestatione clarius, quid ueracius? uides, quanta euangelica et apostolica luce praefulgeat; uides eos, qui uelut offensi pro sua iustitia iniquitatibus alienis ecclesiae deserunt unitatem, ipsos esse potius iniquissimos; uides foris esse zizania eos, qui noluerunt in unitate agri dominici zizania tolerare; uides foris esse paleam eos, qui noluerunt in unitate domus magnae talia tolerare; uides, quam ueraciter scriptum est: Filius malus ipse se iustum dicit, exitum autem suum non abluit; exitum scilicet, quo exit de ecclesia, non purgat, non excusat, non defendit, non purum et sine crimine ostendit; hoc est enim 'non abluit', quia, si non se ipsum iustum diceret, sed uere ac legitime iustus esset, non bonos propter malos impiissime desereret, sed malos propter bonos patientissime sustineret, donec ipse dominus siue per se siue per angelos suos a tritico zizania, a frumentis paleas, a uasis misericordiae uasa irae et haedos ab ouibus, pisces malos a bonis in fine saeculi separaret.

IV 13 Sed si testimonia illa scripturarum, quae maiores uestri ad diuidendum populum dei uel intellegenda uel proferenda crediderunt, aliter, quam diuinorum eloquiorum sensus postulat, accipere conamini, iam desinite; adtendite illud speculum,

14 Septuag. Παροιμ. 24, 35; cf. Vulg. Prou. 30, 12

1 iam *m Cypr. Aug. contra Crescon. et contra Gaudent.* 2 obstinatio et sacrilega praesumptio *Cypr. Aug. contra Crescon. et contra Gaudent.* 3 qua *P* 4 amplius aliquid *VU edd.* quidam plus *Cypr.* (quid amplius *cod. Bamberg.*) *Aug. contra Crescon. et contra Gaudent.* (*ed. Maur.*; *codd. uariant*) 12 domini *l s m* 13 in *om. U* 15 facit, *m. 2* dicit *U* 16 quod exit ab ecclesia *U* 18 hac *P* 22 palea *P* 23 ira et edos *P*

quod ad uos admonendos deus misericordissima, si sapietis, prouisione constituit. causam dico Feliciani, 'fidei aemulum, ueritatis adulterum, ecclesiae matris', sicut in Bagaiensi concilio conclamatum est, 'inimicum, Dathan, Core et Abiron ministrum', de quo amplius addiderunt, quod eum aperta terra non absorbuit, ad maius supplicium super his reseruasse; 'raptus enim', inquiunt, 'poenam suam compendio lucrauerat funeris; usuras nunc grauioris colligit funeris, cum mortuus interest uiuis'. quaero enim: utrum istum tunc inmundum mortuum tetigerunt illi, qui cum eo conspirantes Primiani innocentiam damnauerunt? si enim tetigerunt, utique pollutum tangendo polluti sunt. cur ergo in eiusdem communione constitutis atque a uestra separatis nec tamquam innocentibus dilatio redeundi conceditur, 'ut integri honoris ac fidei regressi habeant fundamenta' et, qui tantum ordinationi Maximiani non interfuerunt, mereantur audire, quod 'eos sacrilegi surculi non polluere plantaria' in eadem parte positos, in eodem schismate conligatos, a uobis diuisos, illis sociatos, simul in Africa constitutos, notissimos, amicissimos, coniunctissimos, qui, etsi non praesentes eum ordinauerunt, propter eum tamen etiam absentem Primianum damnauerunt, et inquinasse dicitur surculus Caeciliani orbis terrarum populos Christianos numerosissimos, remotissimos, ignotissimos, cuius non dico causam

2—9 Aug. contra Crescon. Don. III 22; IV 5 14; 16 Aug. contra Crescon. Don. IV 5

1 sapitis *VU edd.* 2 causa *P* Maximiani *r* 3 ueritatis *bis V* uagalensi *P* uagensi *V* uagiensi *Ulsr* Vagaiensi *m* 4 dathę chorę *P* dathe chore *Vl* Dathae Chore *s* Dathe Core *r; cf. p. 615, 25* 6 absorbuit sed maius *VUlsr* absorbuit sed ad maius *m* superis *m* 8 grauiores *VU edd. Aug. contra Crescon.* (*ed. Maur.; codd. uariant*) faenoris *contra Crescon.* mortuis interest uiuus *VU edd.* 11 innocentia *P* 13 constitutis *om. m* nec *om. m* 15 et qui] ęqui *P* tanquam *VU edd.* 16 interfuerint *VU edd.* 17 polluerent *P* polluerunt *VU edd.; cf. Aug. contra Crescon. Don. III 60; IV 5; 39; 41; 42; 44; contra Gaudent. Don. II 7* 18 illi *U* 20 etsi non] etiam *VU* et *lsr* 21 etiam] et *VU edd.* 23 causa (∼ *super* a *fuisse uid.*) *P*

sed multi nec nomen nosse potuerunt? non communicant peccatis alienis, qui peccatum Maximiani non solum scierunt, sed etiam contra Primianum leuando erexerunt, et communicant peccatis alienis, qui Caecilianum episcopum factum aut in longinquis gentibus nescierunt aut in propinquioribus tantum modo audierunt aut in ipsa Africa factum simpliciter et pacifice cognouerunt aut in ipsa Carthagine contra neminem ......... iam fuerat, leuauerunt! nec cum fure concurrebant, qui communicabant ei, de quo dicit Nummasius aduocatus loquens pro praesente Restituto episcopo uestro, quod 'per occultum sacrilegii propemodum furtum episcopalis nominis inuaserit principatum', nec cum adultero portionem suam ponebant, qui communicabant ueritatis adultero, nec modico fermento tota eorum massa corrumpebatur, cum ei fauerent, cum in eius parte non quasi nescientes a uobis praecisi remanerent, sed a uobis contra uos praecidendam erigendamque curarent; deinde uos ipsi, quod eos ad redeundum sic inuitastis, ut Maximiano tanta societate coniunctos inpollutos a sacrilegii surculo diceretis, quod Praetextatum quoque et Felicianum saluis eorum honoribus suscepistis, quod cum eis pacifice concordatis, quod hodieque Felicianum uobiscum considentem uidetis, nulla communione peccatorum alienorum maculati, nullo contactu inmunditiae coinquinati, nullius estis malignitatis fermento corrupti, et orbi Christiano per haec testimonia alienum crimen obicitur, unitatis diuisio a separatione funesta defenditur, a praeciso ramo tamquam inmundus ramus, qui in uerae matris radice manserit, accusatur!

8; 12 Ps. 49, 18  13 I Cor. 5, 6

3 et *V edd.*  luendo *codd. l s et add. coniectura* leuando *r: cf. u. 8*  4 concilianum *VU*  5 longinquos *VU*  8 iam fuerat *om. VU edd.; lacunam significaui*  12 euaserit *VUlsr*  14 frumento *U*  16 uos *om. VU edd.*  17 quod] qui *VU edd.*  21 concordetis *codd. lsm*  quod—uidetis *om. U*  22 consedentem *Vlsm*  25 a separatione] et separatio *P*  26 praecioso *U*

V 14 Quid illud, quod soletis de sustentatis persecutionibus gloriari? si martyres non facit causa sed poena, cum diceretur: Beati, qui persecutionem patiúntur, frustra ést additum: Propter iustitiam. nonne uos etiam in hoc titulo gloriae Maximianistae facillime uincunt, qui persecutionem non solum postea uobiscum sed prius et a uobis pertulerunt? aduocati accusantis Maximianum uestro collega praesente Restituto, qui in locum Salui Membressitani cum ceteris illis undecim sine dilatione damnati, antequam ipse dies dilationis transiret, iam fuerat ordinatus, uerba sunt, quae iam paulo ante commemoraui. Titianus etiam iam die ipso dilationis transacto Felicianum et Praetextatum, totam ipsam contra Primianum conspirationem uerbis grauissimis accusauit. concilium etiam Bagaiense non semel gestis proconsularibus ac deinde municipalibus allegatum est, excitata iudicia, impetratae minacissimae iussiones, postulatum atque praeceptum est, ad cohercitionem resistentes perducerentur, impertitum officium, concessa auxilia ciuitatum, per quae id, quod iudicatum est, impleretur. quid ergo nobiscum de tolerata persecutione confligitis, qui uobiscum ista non aequo iure diuisimus? cum enim non semper, qui persecutionem sustinet, perueniat ad passionem, sic inter nos composuerunt clerici et Circumcelliones uestri, ut uos persecutionem, nos passionem sustineremus. sed, ut dixi, cum Maximianistis de ista laude certate, qui contra uos recitant gesta forensia, ubi eos per iudices persecutionibus agitastis, sed plane cum quibusdam eorum tali cohercitione correctis postea concordastis, unde nec nostra est desperata

3 Matth. 5, 10

2 dicere | retur *P* 4 in hoc titulo gloria *P* in huius tituli gloria *VU edd.; scripsi* in hoc titulo gloriae 5 maximinianiste *P* uincuntur *P* 8 Saluii *m* 10 sunt *om. P* 11 iam *om. VU edd.* die] de *P* 12 de tota ipsa contra primianum conspiratione *VU edd.* 13 cecilium *VU* 14 uagaiensē *P* uagiense *VUlsr* Vagaiense *m* 15 ellegatum *P* alligatum *U* impetrat eminacissime *P* 16 cohertionem *U* 17 imperitum *codd. et add. coniectura* imperatum *lr* imperatum *s* 19 tolerata] imperata *VU edd.* 23 passiones *P* 27 desperata est *U* est desperanda *m*

concordia, si deus adiuuare et uobis pacificam mentem inspirare dignetur. nam et illud, quod contra nos a uestra parte magis ore maledico quam ueridico solet dici: Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, nos potius ista in tantis latrociniis Circumcellionum clericorumque uestrorum experti sumus, qui corporibus humanis caede atrocissima laniatis tot loca nostrorum sanguine cruentarunt, quorum duces, quando te ingredientem in hac patria cum suis cuneis deduxerunt, deo laudes inter cantica conclamantes quas uoces uelut tubas praeliorum in suis omnibus latrociniis habuerunt! alio tamen die concussi ac stimulati aculeis uerborum tuorum, quae in eos per Punicum interpretem honesta et ingenua libertatis indignatione iaculatus es factis eorum inritatus potius quam delectatus obsequiis, se de media congregatione, sicut ab eis, qui aderant, narrantibus audire potuimus, furibundis motibus rapuerunt nec post eorum pedes ueloces ad effundendum sanguinem ulla aqua pauimenta salsa lauistis, quod post nostros clerici tui putauerunt esse faciendum.

15 Sed, ut dicere coeperam, hoc de scripturis testimonium, quod in nos soletis magis conuiciando quam probando iactare: Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, etiam in Felicianum et Praetextatum impetu uehementi grandiloqua illa sententia concilii Bagaiensis euomuit. nam cum de Maximiano, quae uisa sunt dicenda, dixissent: 'Nec solum hunc', inquiunt, 'sceleris sui mors iusta condemnat; trahit etiam ad consortium criminis plurimos catena sacrilegii, de

3 Ps. 13, 3 24—p. 629, 4 Aug. contra Crescon. Don. III 22; 25; 59; IV 5; 12; 15; 38

2 nostra *VU* 5 tanto *P* 8 ingrediente *codd. l s m et add. coniectura* ingredientem *r* in hanc patriam *m* 9 quasi *VU edd.* 10 tuba *VU edd.* (*add. in r coniectura* tubam) aberunt *P* 14 sed emedia *P* 17 salsauistis *VU edd.* 19 descripturis *U* 22 in *om. codd. l s r* 23 uagaiensis *VU l s m* uagensis *P* Vagiensis *r* 24 sunt (*corr. uid.* est, *sed* sunt *restitutum*) *P* 26 etiam] et *V edd.* *post* sacrilegii *sequitur* eosque cum maximiano simili seueritate dampnauit, *sed del. est U*

quibus scriptum est: Venenum aspidum sub labiis eorum, quorum os maledictione et amaritudine plenum est. ueloces pedes eorum ad effundendum sanguinem' et cetera. quibus dictis ut deinde ostenderent, qui essent, quos traheret ad consortium criminis catena sacrilegii, eosque cum Maximiano simili seueritate damnarent: 'Famosi ergo', inquiunt, 'criminis reos Victorianum Carcauianensem', ad quem adiungunt alios undecim, inter quos Felicianum Mustitanum et Praetextatum Assuritanum. post haec in eos dicta facta est cum eis tanta concordia, ut nihil eorum minueretur honoribus, nullus ab eis ablutus post abluentium pedes ueloces ad effundendum sanguinem et rursus abluendus iudicaretur. cur ergo de nostra concordia desperandum est? deus diaboli auertat inuidiam et pax Christi uincat in cordibus nostris ac, sicut idem apostolus dicit, donemus nobismet ipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut et deus in Christo donauit nobis, ut, quod iam dixi et saepe dicendum est, caritas cooperiat multitudinem peccatorum.

16 Verum tu, frater, cum quo nunc ago et de quo in Christo, sicut ipse nouit, gaudere desidero, si partis Donati defensionem in hac Maximiani causa uelis pro ingenii tui et eloquii facultate suscipere nec mendaciter agere, quoniam recens est memoria ipsis hominibus, in quos haec gesta sunt, adhuc in corpore constitutis, tot etiam proconsularibus et municipalibus gestis cuncta testata sunt, nonne confugies ad praesidia ueri-

1 Ps. 13. 3 7 Aug. contra Crescon. Don. III 22; 59; IV 5; 15; 38 14 Col. 3, 15 16 Col. 3, 13 19 I Petr. 4, 8

5 traherent (n *exp.*) *P* 6 eosque] eos qui *P* 10 eos] cy | *spatio 3—4 l. in fine u uacuo P* 12 et *om. VU edd.* 13 abluendus iudicaret *V et add. in margine* alius Ms. abluendum putaret *lr* abluendum putaret *U* abluendum iudicaret *s* 14 auerterit *VU edd.* 16 quid *U* 19 cooperit *P* 22 per .... facultate *VU* (*m. 2* facultatem) per ..... facultatem *edd.* et *om. P* 23 est *om. P* 24 ipsius *VU edd.* 26 cuncta—quibus *om. VU edd.*

tatis, quibus aduersus uos semper catholica ecclesia commonita est, ut nec illud de aqua aliena et de aqua mendacii et lauacro mortui et si qua alia sunt huius modi, sicut soletis, intellegenda fatearis, sed eo potius modo, ut baptismus Christi ad participationem salutis aeternae datus ecclesiae nec extra ecclesiam iudicetur extraneus nec in alienis deputetur alienus, sed extraneis et alienis ualeat ad perniciem, suis autem et propriis ad salutem atque in illis, cum ad pacem ecclesiae conuertuntur, error emendetur, non sacramentum errorem puniens destruatur utque id, quod oberat foris peruerso, intus incipiat prodesse correcto, nec illa rursus de non communicando peccatis alienis, de separatione a malis, de non tangendo inmundo atque polluto, de cauenda modici fermenti corruptione et cetera talia, sicut soletis, accepturus es, ne uos in Maximiani causa inexplicabiliter implicetis, sed ita sapiens hoc adseres, hoc tenebis, quod sana doctrina commendat, quod uera regula exemplis propheticis atque apostolicis probat malos esse potius tolerandos, ne destruantur boni, quam bonos deserendos, ut separentur mali, tantum ut ab imitatione, a consensione, a uitae ac morum similitudine reprobi seiungantur simul crescentes, simul in tribulatione permixti, simul intra retia congregati usque ad tempus messis, uentilationis et litoris? de persecutione autem quicquid ad expellendos et sedibus proturbandos Maximianistas a uestris per iudices actum est, quo modo defensurus es, nisi hoc prudentiores uestros corrigendi animo, non nocendi moderato terrore fecisse; si qui autem humanum modum excesserunt sicut in his, quae Saluium Membressitanum esse perpessum ciuitas ipsa testatur, non praescribere ceteris tamquam palea cum frumentis in una sacramentorum communione constitutis, uitae autem dissimilitudine separatis?

1 aduersus] ubi uersus *VUlsr* ubi aduersus *m* catholica ecclesia semper *U* 6 ecclesia *P* 9 puniendo *m* 13 frumenti *U* 18 deserantur *m* 19 mali] boni *VUlsr* 21 seiungantur crescentes (*om* simul) *U* 24 perturbandos *VU edd.* 28 saluum *VU ls* 31 separare *P*.

17 Quae cum ita sint, amplector istam defensionem tuam. ista quippe erit, si uerax erit, et ueritate uincetur, si ista non erit. amplector, inquam, defensionem tuam, sed hanc esse cernis et meam. cur non ergo in unitate areae dominicae simul frumentum esse laboremus, simul paleam toleramus? cur non, obsecro te, quae causa, cui bono, ob quam utilitatem? dic mihi. fugitur unitas, ut agni unici sanguine populi comparati aduersus inuicem studiis contrariis inflammentur et diuidantur oues quasi nostrae inter nos patris familias illius, qui seruo dixit: Pasce oues meas, non: Pasce oues tuas, et de quibus dictum est: Ut sit unus grex et unus pastor, qui clamat in euangelio: In hoc scient omnes, quia discipuli mei estis, si ueram dilectionem habueritis in uobis, et: Sinite crescere utraque usque ad messem, ne forte, cum uultis colligere zizania, eradicetis simul et triticum. fugitur unitas, ut huc maritus illuc uxor conueniat, dicat ille: 'Mecum tene unitatem, quia ego sum uir tuus', respondeat illa: 'Ibi moror, ubi est pater meus', ut in uno lecto diuidant Christum, quos detestaremur, si diuiderent lectum. fugitur unitas, ut propinqui et ciues et amici et hospites et quicumque sibi humana necessitudine conligati utrique Christiani in conuiuiis ineundis, in matrimoniis tradendis et accipiendis, in emendo ac uendendo, in pactis et placitis, in salutationibus, in consensionibus, in conlocutionibus, in omnibus suis rebus negotiisque concordes sint et ad dei altare discordes; qui enim quantam libet aliunde conceptam illic deberent finire discordiam et secundum praeceptum domini prius reconciliari fratribus suis et tunc offerre munus altaris, alibi concordes ibi discordant.

10 Ioh. 21, 17 11 Ioh. 10, 16 12 Ioh. 13, 35 14 Matth. 13, 30; 29 28 Matth. 5, 24

2 uera *U* 14 utraque crescere *U* 15 usque *om.* *Vlsr* 18 respondit *U* ubi *VUls* morior *codd.* *lsr* 20 detestamur si diuiderent *VUlsr* detestamur si diuidant *m* 22 conuiuis *P* 23 matrimonis *P* 24 et] ac *U*

18 Fugitur unitas, ut nos aduersus uestrorum — nolo enim uestras dicere — inprobitates quaeramus publicas leges et aduersus ipsas leges armentur Circumcelliones, quas eo ipso furore contemnant, quo in uos eas, cum furerent, excitarunt. fugitur unitas, ut contra possessores suos rusticana erigatur audacia et fugitiui serui contra apostolicam disciplinam non solum a dominis alienentur, uerum etiam dominis comminentur nec solum comminentur, sed et uiolentissimis adgressionibus depraedentur auctoribus et ducibus et in ipso scelere principibus agonisticis confessoribus uestris, qui ad 'deo laudes' ornant honorem uestrum, ad 'deo laudes' fundunt sanguinem alienum, ut uos propter hominum inuidiam collectis uestris atque discursis promittatis praedas eis, a quibus ablatae sunt, reddituros nec tamen et hoc uelitis ut ualeatis implere, ne illorum audaciam, quam sibi putauerunt uestri presbyteri necessariam, nimium cogamini offendere; iactant enim praecedentia circa uos merita sua demonstrantes et enumerantes ante istam legem, qua gaudetis uobis redditam libertatem, quot loca et basilicas per eos presbyteri uestri uastatis nostris fugatisque tenuerunt, ut, si in eos uolueritis esse seueri, beneficiis eorum appareatis ingrati.

19 Fugitur unitas, ut, quicumque apud nos ferre detractauerint disciplinam, ad illos fugiant defendendi, ut uobis offerantur rebaptizandi, sicut iste de agro subdiaconus Rusticianus, cuius causa haec ad te scribere magno sum dolore ac timore compulsus, propter reprobos et peruersos mores excommunicatus a presbytero suo, multorum etiam in illa regione debitor factus et contra ecclesiasticum uigorem et contra creditores suos aliud praesidium non quaesiuit, nisi ut abs te iterum

1 nostrorum *P* 3 quos *P* 8 uidentissimis *VUl* euidentissimis *s* 10 dei *VU edd.* 11 uestrum qui ad *VU edd.* dei *VU edd.* laudes (s *ex corr. m. 1; fuitne* nt?) *P* 12 inuidia *P* 15 audacia *P* 18 quod *codd. edd.; scripsi* quot 19 fugatis quę *P* 24 rusticanus *U* 29 aliū *P*

plagaretur et ab ipsis quasi mundissimus amaretur. iam talem diaconum nostrum et ipsum a suo presbytero excommunicatum decessor tuus rebaptizauit et uestrum diaconum fecit, qui non post multos dies eorundem perditorum, sicut desiderauit, commixtus audacia et in nocturna adgressione in medio latrocinio atque incendio suo subuenientis multitudinis concursu peremptus est. hi sunt fructus diuisionis huius, quam sanare non uultis sic fugiendo unitatem, quem ad modum fuerat ipsa diuisio fugienda, quae per se ipsa foeda est et damnabilis deo, etiam si propter ipsam haec et talia tam horrenda et nefanda non fierent.

II 20 Agnoscamus ergo, frater, pacem Christi pariterque teneamus et, quantum deus donat, simul boni esse studeamus et simul malos salua unitate quanta possumus disciplina emendemus et propter ipsam unitatem quanta possumus patientia toleremus, ne, sicut Christus admonuit, cum uolumus ante tempus colligere zizania, quae beatus Cyprianus non extra sed in ecclesia uideri cernique testatus est, eradicemus simul et triticum. neque enim re uera uos habetis propria quaedam priuilegia sanctitatis, ut nos polluant mali nostri et uos non polluant mali uestri, ut nos antiqua contaminet, quam nescimus, timiditas traditorum et uos non contaminet praesens, quam uidetis, audacia perditorum. agnoscamus arcam illam, quae praefigurauit ecclesiam; simul illic munda animalia simus nec in ea nobiscum etiam inmunda portari usque in

16 Matth. 13, 29 17 Cypr. ep. 54, 3 p. 622, 15—17 ed. Hartel.

1 pagaretur, *corr. m. 1* plagaretur *P* plagaretur *add. in margine coniectura* lauaretur *r* armaretur (*sic!*) de isto marcellino scribens ecclesiae colonum dīc. iam talem *P* amaretur de isto Marcellino scribens ecclesiae colonum dicis, iam talem *VUlsr; optimo autem iure Maurini uerba* de isto Marcellino scribens ecclesiae colonum dicit *expunxerunt ut interpretationem alienam ex ep. CXXXIX, 2 med. confectam et huic loco antiquitus adscriptam* 5 audaciae *VU edd.* 6 concursū *P* 9 per se ipsam *VU edd.* 10 etiam si] etsi *VU edd.* alia *Vm* 17 extra se sed *VUlsr* 20 nos] uos *VU lsr* uos] nos *s* 22 timidas *P* 25 simus *om., in marg. add. U* sumus *P* ne *P*

finem diluuii recusemus. simul in arca fuerunt, sed non simul domino in odorem sacrificii placuerunt; nam post diluuium de mundis Noe sacrificium, non de inmundis obtulit deo. nec ideo tamen a mundis aliquibus arca ante tempus propter inmunda deserta est; coruus tamen deseruit et se ante tempus ab illius arcae communione separauit, sed de binis inmundis, non de septenis mundis fuit; huius separationis inmunditiam detestemur. nam quicumque talibus moribus laudabiles sunt, facit eos sola separatio ista damnabiles, quia filius malus ipse se iustum dicit, exitum autem suum non abluit, quamuis insolenter elatus et ipse suo tumore caecatus audeat dicere, quod propheta praeuidens detestatus est: Noli me tangere, quoniam mundus sum. quisquis ergo ante tempus uelut propter quorundam inmunditiam congregationem huius deserit unitatis tamquam arcam in diluuio munda atque inmunda portantem, ostendit se potius hoc esse, quod fugit. hoc uoluit dominus ut etiam in hac ciuitate plebs tua per os cuiusdam . . . . . . . . . . .

## CIX.

VENERABILI AC DESIDERABILI ET TOTO SINU CARITATIS AMPLECTENDO EPISCOPO AUGUSTINO SEVERUS.

1 Deo gratias, frater Augustine, cuius donum est, quicquid in nobis bonorum gaudiorum est. fateor, bene mihi tecum est,

1 Gen. 7, 2; 8; 8, 20  5 Gen. 8, 6—7  9 Septuag. Παροιμ. 24, 35; cf. Vulg. Prou. 30, 12  12 Es. 65, 5 sec. Septuag.

2 placuerunt—sacrificium non *om.* *VU edd.*  3 deo] Noe *m*  5 tamen] tantum *Vm*  6 ab *om.*, *m. 1 add. P*  9 ista separatio *U*  12 testatus *U*  15 arca *P*  17 etiam *om. r* et *VU l s m*  *In P inter hanc et insequentem epistulam spatium 11²/₃ uersiculorum est relictum (singuli autem uersiculi 35 fere litteris constant), in V 27, in U 21 uersiculorum.*

*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*
*K* = *cod. Casinensis 232¹ s. XII.*

23 est gaudiorum *R*

multum te lego; mirum dicam sed uerum plane: quam mihi absens solet esse praesentia, tam praesens facta est absentia tui. nullae se nobis interponunt turbulentae actiones temporalium rerum. ago, quantum possum, etsi non tantum possum, quantum uolo. quid ergo dicam, quantum uolo? nosti optime, quam auarus sim tui, nec tamen murmuro, quia non tantum ago, quantum uolo, quoniam rursus non minus ago, quantum possum. deo ergo gratias, frater dulcissime, bene mihi tecum est, gaudeo tecum artius coniunctus et, ut ita dicam, unissime, quantum potest, adhaerens tibi redundantiam uberum tuorum suscipiens uires comparo, si possim idoneus effici ad ea concutienda et exprimenda, ut, quicquid secretius et interius clausum custodiunt, remotis pellibus, quas adhuc lactanti sugendas inserunt, ipsa mihi uiscera, si possibile est, dignentur effundere. uiscera, inquam, mihi ut refundantur cupio, uiscera tua, uiscera pinguia sagina caelesti et condita omni dulcedine spiritali, uiscera tua, uiscera pura, uiscera simplicia, nisi quod duplici sunt uinculo redimita geminae caritatis, uiscera tua, uiscera perfusa lumine ueritatis et refulgentia ueritatem. horum me manationi uel resultationi subicio, quo nox mea in lumine tuo deficiat, ut in diei claritate simul ambulare possimus. o uere artificiosa apis dei construens fauos diuini nectaris

1 lego, *m. 2* diligo *M* 3 tua, *corr. m. 1* tui *M* nullae se] nullā (~ *m. fortasse 2*) esse *M* nulla esse *A* actiones *bis, alterum eras. P* temporum alium *A* 4 etsi] sed *M* posum, *m. 2* possum *M* 5 ergo] er *A* ego *PK edd.* 6 sum *A* 8 ducissime, *m. 2* dulcissime *M* 9 et *om. R* munissime, *m. 2* unissime *K* 11 comparato *R* 12 et interius *om.*, *m. 2 add. M* internus *A* 13 clasum, *m. 2* clausum *M* lactenti *R edd. praeter a* 14 sugenda sinserunt (*m. 2* inserunt) *K* sugenda inserunt *MA* ipsi, *m. 2* ipsa *M* uiscere, *corr. m. 1* uiscera *M* dignetur, *corr. m. 1* dignentur *M* 15 inquam] in|qua *M* 16 caelesti• *M* caelesti *ex* caeleste *K* 17 uiscera tua *om. A* uiscera simplicia] uiscera pura (pura *del. m. 1*) ' simplicia *M* 18 redimit agemine *corr. m. 2 M* 19 perfulsa *P* ueritatem] ueritate• (m *eras.*) *P* ueritate *R* 20 manatione, *corr.* manationi *K* 21 '*mss. Vaticani quattuor* in dei claritate' *m* 22 artificiose *R* apes *AR; cf. Neue lat. Formenl. I p. 183*

plenos, manantes misericordiam et ueritatem, per quos discurrens deliciatur anima mea et uitali pastu, quicquid in se minus inuenit aut inbecillum sentit, resarcire et suffulcire molitur.

2 Benedicitur dominus per praeconium oris tui et fidele ministerium, quod sic concinere et respondere facis canenti tibi domino, ut, quicquid de eius plenitudine ad nos usque redundat, iucundius efficiatur et gratius per tuum elegantem famulatum et succinctam munditiam et fidele ac castum simplexque ministerium, quod ita resplendere facis per argutias tuas et uigilantiam tuam, ut perstringat oculos et in se rapiat, nisi tu idem innuas dominum, ut, quicquid in te delectabile lucet, referentes nos ad illum ipsius esse agnoscamus, de cuius bonitate tam bonus es et de cuius puritate et simplicitate et pulchritudine purus, simplex et pulcher es, et illi agentes gratias de bono tuo, dono suo dignetur nos tibi adiungere uel quoquo modo subiungere, ut plenius subiciamur illi, cuius te ductu ac moderatione talem gaudemus, ut et tibi contingat gaudere de nobis. quod non diffido fore, si tuis me orationibus adiuues, cuius imitatione non nihil iam profeci, ut talis esse desiderem. uides, quid facias, quod sic bonus es, quam nos rapias in amorem proximi, qui nobis primus ad dilectionem dei et ultimus gradus est et quasi limes, quo sibi uterque adnectitur, dei et proximi, in quo nos, ut dixi, quasi

2 diliciatur, *m. 2* deliciatur *M* indeliciatur *K* dilectatur *A* inuitali (in *exp. m. ut uid. 2*) *K* 3 resarcire] restaurare *R* suffulcere, *corr. m. 1* suffulcire *P* mollitur *M* 4 fidelē misterium (*m. 2* ministerium) *K* 5 continere *A* facias *A* canendi tibi *R* canentibus *K* 9 respondere *A* argutias *ras. ex* argustias *P* 10 oculus, *corr. uid.* oculos *A* 11 dem, *m. 2* idem *P* 12 illum] illius *K* 14 purus] purus et *R* pulchres, *corr. m. 1* pulcher es *M* 15 dono suo] domomo suo, *m. 2* dominus tuus *M* domino suo *A* domino qui suo *a e* domino qui dono suo *f l r* dignat' (= dignatus), *m. 2* dignet' *M* dignatur *PK* dignatus est *edd. praeter m* 16 uel quoquo modo subiungere *om., m. 2 in marg. add. K* quoquo] quoq; *M* 18 coniungat *M* 19 profeci (i *in ras. 1—2 l. m. 1*) *M* profecit *K* 20 talis (i *in ras.*) *A* quod *A* facias] fatear *P* 21 quam] qu* (ĕ *aut* ā *eras.*), *m. 2* qđ *M* quem *A* 22 dei dilectionem *R* limites (it *exp. m. 2*) *M*

limite stantes amborum calore tangimur et amborum flagramus amore. sed quantum nos iste ignis exusserit et purgauerit proximi, tantum nos in illum puriorem dei ire compellit. in quo iam nullus nobis amandi modus inponitur, quando ipse ibi modus est sine modo amare. non ergo uerendum est, ne plus amemus dominum nostrum, sed, ne minus, timendum.

3 Haec epistula superior, quae tibi me quasi abstersa tristitia facilitate actionum de liberali otio, quod tecum mihi agere licuit in hoc rure posito — nam ita licere potuit —, laetiorem offert, antequam sane uenerabilis episcopus nos uisitare dignaretur, quasi meta illorum gaudiorum scripta est et, quod uere mirer, eodem die uenit, quo scripta est. quid hoc est, quaeso, anima mea, nisi forte quod nos delectat, tametsi honestum est, non tamen satis utile, quia in parte est? interim licet uniuerso hanc ipsam partem, id est nos ipsos, quantum pro peccatis nostris nobis cedit materia, id est nos ipsi cedimus nobis, elimatiores et compaginabiliores, si tamen admittis hoc uerbum, aptare moliamur. habes epistulam non pro tua magnitudine sed pro mea paruitate longiorem, qua et prouocauerim, ut iam non pro mea paruitate sed pro tua magnitudine mihi epistula mittatur. quae tamen quantacumque erit, mihi longa non erit, cui totum tempus breue est ad legendum. rescribe mihi, quando aut ubi occurrere debeam propter illam causam, qua me iussisti occurrere. quod si est integra et non forte aliud melius placuit, tunc occurram; sin minus, rogo te, nolo

2 amorē *K* quanto *codd. a* 4 inponitur quando ipse ibi modus *om., m. 2 in marg. add. K* 5 ibi, *m. 1 supra* ł sibi *R* 6 sed ne] sed nec *A* 7 tibi me] tibimet *K* 8 felicitate *Rm* 9 lectionem *R* 11 metallorum *A* et quod—scripta est *om. K* 13 tamen si *MA* tamen etsi *edd.* 14 uniuersam *R* 15 nos *om. P* pro *om. A* 16 maceria *APR* macheria *K* 17 elimatiores et] elimatiore s; (= sed) *P* compage habiliores *A* compage nobiliores *P* amittis *M* 18 pro tua] tuā, *corr. m. 1* pro tua *K* 19 et] te *Rm* prouocarem *R* ut iam] ut etiam *K* utinam *MR* 20 non *om., m. 2 add. P* 22 ad te legendum *m* 23 aut] at, *m. 2* aut *P* 24 quam (*m. 2 del.* m) *P* iussistis *K*

me a cursu meo reuoces; illa enim sola uisa est, quam praeponerem mihi. fratres omnes, qui nobis in domino conserui sunt, et desidero multum et saluto.

## CX.

DOMINO BEATISSIMO ATQUE DULCISSIMO VENERABILI NIMIUMQUE DESIDERABILI FRATRI ET CONSACERDOTI SEVERO ET QUI TECUM SUNT FRATRIBUS AUGUSTINUS ET QUI MECUM SUNT FRATRES IN DOMINO SALUTEM.

1 Epistula mea, quam peruexit carissimus filius et condiaconus noster Timotheus, iam parata erat profecturo, quando filii nostri Quoduultdeus et Gaudentius ad nos uenerunt cum litteris tuis. inde factum est, ut continuo proficiscens non adferret responsionem meam, quoniam post illorum aduentum quantulumcumque apud nos inmoratus est et profecturus per horas singulas uidebatur. sed etsi per eum respondissem, adhuc debitor forem. nam et nunc, quod uideor respondisse, debitor sum non dico caritatis, quam tanto magis debemus, quanto amplius inpenderimus, cuius nos perpetuos debitores ostendit apostolus dicens: N e m i n i q u i c q u a m d e b e a t i s, n i s i u t i n u i c e m d i l i g a t i s, sed ipsius epistulae tuae; quando enim sufficiam tuae suauitati tantaeque auiditati animi tui, quam mihi lecta nuntiauit? rem quidem in te mihi notis-

19 Rom. 13, 8

1 meo *om.*, *m. 2 add. M* reuoces meo *edd.* uisi, *corr. m. 1* uisa *K*

*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI,*
*P*¹ = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

6 co*epo *ex corr. m. 2, fuisse uid.* consčo *P* et—fratribus *om. P* 8 fratres] sp̄s (*del. m. 2*) fr̄s *P*¹ 10 iam parata] inparata, *m. 2* imparata *P* 11 nostri *om. P*¹ 13 auferret *P*¹ 16 tunc *MFA aefr* 18 inpenderemus *AP*¹ 19 debetis *R* 21 sufficientiam *A* 22 tui quam] cuiquam *P* in te mihi *om. A* mihi in te *edd.*

simam insinuauit; uerum tamen etsi non mihi rei nouae insinuatrix, noua tamen rescriptorum exactrix fuit.

2 Miraris fortasse, cur me huius debiti persolutorem inparem dicam, cum tu de me tam multum sentias, qui me tamquam anima mea noueris. sed hoc ipsum est, quod mihi magnam difficultatem facit respondendi litteris tuis, quia et, quantus mihi uidearis, parco dicere propter uerecundiam tuam et utique minus dicendo, cum tu in me tantam laudem contuleris, quid nisi debitor remanebo? quod non curarem, si ea, quae de me ad me locutus es, non ex caritate sincerissima dicta scirem sed adulatione inimica amicitiae. hoc quippe modo nec debitor fierem, quia talia rependere non deberem; sed quanto magis noui, quam fideli animo loqueris, tanto magis uideo, quanto debito grauer.

3 Vide autem, quid mihi contigit, ut me quodam modo ipse laudauerim, qui me a te fideliter laudatum dixerim. sed quid aliud dicerem quam id, quod de te admonui, quam nosti? ecce mihi nouam feci quaestionem, quam tu non proposuisti et eam fortassis expectas ut soluam. ita mihi parum erat, quod debitor eram, nisi etiam me ampliore debito ipse cumularem. quamquam hoc facile sit ostendere et, si non ostendam, facile tibi uidere et uera infideliter dici posse et non uera fideliter. qui enim sic credit, ut loquitur, etsi non uera loquitur, fideliter loquitur; qui autem non credit, quae loquitur, etsi uera loquitur, infideliter loquitur. numquid ergo dubito,

3 persolutione, *m. 1 supra l* persolutorem *R* 4 de *in fine u. om. A* de (d *ex corr. m. 1*) *P*[1] tam multum] tantum *M* 6 fecit *R f l r m* respondi *MF* 9 quae de me | allocutus es *A* 10 sincerissima caritate *R* 11 nec] non *F* 12 respondere *M* reprehendere *P*[1] 13 fideli animo] fidelia nemo *M* fidelia nempe *A* 14 grauer:: (*ras. 1—2 l.*) *P* 15 quod admodo *M* ipse *om. R* 17 quod *om. F* admoui, *m. 1 corr.* admonui *F* quem, *m. 1 supra l* quam *R* quem *edd.; cf. u. 4—5* 18 Eece (*sic!*) *F* nouam mihi quaestionem feci *R* propuisti *A* 20 ampliori *P* ampliorem *MFA* 21 facileo (*sic!*) sit *F* sit facile *R* 25 uero *F* uere *A* ego *M* debito, *corr. m. 1* dubito *R*

me a cursu meo reuoces; illa enim sola uisa est, quam praeponerem mihi. fratres omnes, qui nobis in domino conserui sunt, et desidero multum et saluto.

## CX.

DOMINO BEATISSIMO ATQUE DULCISSIMO VENERABILI NIMIUMQUE DESIDERABILI FRATRI ET CONSACERDOTI SEVERO ET QUI TECUM SUNT FRATRIBUS AUGUSTINUS ET QUI MECUM SUNT FRATRES IN DOMINO SALUTEM.

1 Epistula mea, quam peruexit carissimus filius et condiaconus noster Timotheus, iam parata erat profecturo, quando filii nostri Quoduultdeus et Gaudentius ad nos uenerunt cum litteris tuis. inde factum est, ut continuo proficiscens non adferret responsionem meam, quoniam post illorum aduentum quantulumcumque apud nos inmoratus est et profecturus per horas singulas uidebatur. sed etsi per eum respondissem, adhuc debitor forem. nam et nunc, quod uideor respondisse, debitor sum non dico caritatis, quam tanto magis debemus, quanto amplius inpenderimus, cuius nos perpetuos debitores ostendit apostolus dicens: Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis, sed ipsius epistulae tuae; quando enim sufficiam tuae suauitati tantaeque auiditati animi tui, quam mihi lecta nuntiauit? rem quidem in te mihi notis-

19 Rom. 13, 8

1 meo *om.*, *m. 2 add. M* reuoces meo *edd.* uisi, *corr. m. 1* uisa *K*

*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI,*
*P*¹ = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*R* = *cod. Mus. Brit. Reg. 5 D VI s. XI—XII.*

6 co•ep̄o *ex corr. m. 2, fuisse uid.* consc̄o *P* et—fratribus *om. P* 8 fratres] sp̄s (*del. m. 2*) fr̄s *P*¹ 10 iam parata] inparata, *m. 2* imparata *P* 11 nostri *om. P*¹ 13 auferret *P*¹ 16 tunc *MFA aefr* 18 inpenderemus *AP*¹ 19 debetis *R* 21 sufficientiam *A* 22 tui quam] cuiquam *P* in te mihi *om. A* mihi in te *edd.*

simam insinuauit; uerum tamen etsi non mihi rei nouae insinuatrix, noua tamen rescriptorum exactrix fuit.

2 Miraris fortasse, cur me huius debiti persolutorem inparem dicam, cum tu de me tam multum sentias, qui me tamquam anima mea noueris. sed hoc ipsum est, quod mihi magnam difficultatem facit respondendi litteris tuis, quia et, quantus mihi uidearis, parco dicere propter uerecundiam tuam et utique minus dicendo, cum tu in me tantam laudem contuleris, quid nisi debitor remanebo? quod non curarem, si ea, quae de me ad me locutus es, non ex caritate sincerissima dicta scirem sed adulatione inimica amicitiae. hoc quippe modo nec debitor fierem, quia talia rependere non deberem; sed quanto magis noui, quam fideli animo loqueris, tanto magis uideo, quanto debito grauer.

3 Vide autem, quid mihi contigit, ut me quodam modo ipse laudauerim, qui me a te fideliter laudatum dixerim. sed quid aliud dicerem quam id, quod de te admonui, quam nosti? ecce mihi nouam feci quaestionem, quam tu non proposuisti et eam fortassis expectas ut soluam. ita mihi parum erat, quod debitor eram, nisi etiam me ampliore debito ipse cumularem. quamquam hoc facile sit ostendere et, si non ostendam, facile tibi uidere et uera infideliter dici posse et non uera fideliter. qui enim sic credit, ut loquitur, etsi non uera loquitur, fideliter loquitur; qui autem non credit, quae loquitur, etsi uera loquitur, infideliter loquitur. numquid ergo dubito,

3 persolutione, *m. 1 supra* ł persolutorem *R* 4 de *in fine u. om. A* de (d *ex corr. m. 1*) $P^1$ tam multum] tantum *M* 6 fecit *R f l r m* respondi *MF* 9 quae de me | allocutus es *A* 10 sincerissima caritate *R* 11 nec] non *F* 12 respondere *M* reprehendere $P^1$ 13 fideli animo] fidelia nemo *M* fidelia nempe *A* 14 grauer... (*ras. 1—2 l.*) *P* 15 quod admodo *M* ipse *om. R* 17 quod *om. F* admoui, *m. 1 corr.* admonui *F* quem, *m. 1 supra* ł quam *R* quem *edd.; cf. u. 4—5* 18 Eece (*sic!*) *F* nouam mihi quaestionem feci *R* propuisti *A* 20 ampliori *P* ampliorem *MFA* 21 facileo (*sic!*) sit *F* sit facile *R* 25 uero *F* uere *A* ego *M* debito, *corr. m. 1* dubito *R*

quod ea de me credas, quae scripsisti? quae cum in me non agnosco, potuisti fideliter de me non uera dicere.

4 Sed nolo te uel beniuolentia sic falli. cui beniuolentiae debitor sum, quia et tam fideliter et tam beniuole ea, quae uera sunt, possem de te dicere, nisi, ut supra dixi, uerecundiae tuae parcerem. ego autem quando laudor a germanissimo et familiarissimo animae meae, uelut a me ipso lauder, sic habeo. quod cernis quam molestum sit, etiam si uera dicantur; quanto potius, quia etiam, cum sis altera anima mea, immo una sit anima tua et mea, sic in me falleris putando mihi adesse, quae desunt, quo modo et de se ipse unus homo falli potest! quod non tantum ideo nolo, ne, quem diligo, tu fallaris, uerum etiam ne minus ores, ut sim, quod iam esse me credis. nec in eo sum tibi debitor, ut eodem progressu beniuolentiae credam et loquar de te bona, quae adhuc et tu tibi deesse cognoscis, sed ut animo tam quidem beniuolo ea tamen dicam bona tua, dona dei, de quibus in te certus sum. quod non ideo non facio, ne fallar in eis, sed ne tu a me laudatus ipse te laudasse uidearis et propter illam iustitiae regulam, quia mihi fieri nolo. quod si fieri debet, eligo esse debitor, quam diu puto non esse faciendum; si autem fieri non debet, nec debitor sum.

5 Sed noui, quid mihi ad haec respondere possis: 'Ita ista

1 quod ea de me] quod eadem *MFR a e* quemadmodum *A* 2 cognosco *R* uera non *signis corr.* $P^1$ 3 cui] cum *A* 4 quia (a *exp.*) *P* beniuole et ea *P* beniuolentiae (ntiae *eras.*) ea $P^1$ 5 possum *R f l r m* 6 autem] enim *P* quando laudo | laudor *A* germanissima, *corr. m. 1* germanissimo *M* 7 abeo, *m. 2* habeo $P^1$ 8 uera si *edd.* 9 quia] qui *R* 10 u*na *P* 11 ipse, *m. 2 corr. uid.* ipso *P* ipso *R* 12 ne quem] neq; $P^1$ 13 falleris, *m. 2* fallaris *P* ne] me *P* me esse *R edd.* 14 tibi sum *R* eodem, *m. 1 supra* ł eadem *R* eadem *MFAP¹ l r m* progressu* (*fuit* s) *F* 15 bona *cum ras. super* a $P^1$ 16 ea* (m *eras.*) *P* et *A* tamen] tantum *edd. praeter a* 17 de quibus incertus sum *R* 18 facio ne] factione *A* tu a *ex* tua *P* tu *om.*, *m. 1 add. M* a me *om. R* laudatius *P* 19 te *om. P* 20 quia] qua *m* si *om.*, *m. 1 add. F* 23 quod *m* possis respondere *A*

loqueris, quasi prolixam epistulam tuam de laudibus meis desiderauerim'. absit, ut hoc de te credam; sed epistula tua nolo dicere quam ueris uel quam non ueris plena tamen laudibus meis hoc de me ut rependerem etiam te nolente flagitauit. nam si quid aliud uolebas ut scriberem, largitorem me desiderabas, non redditorem. porro iustitiae ordo sic habet, ut debitum prius reddamus, tum deinde, cui reddimus, si hoc placet, aliquid et donemus. quamquam etiam talia, qualia desiderasti ut scriberem, si diligentius praecepta dominica cogitemus, reddimus potius quam donamus, si nemini quicquam debendum est, nisi ut inuicem diligamus. ipsa quippe dilectio exigit debitum, ut fraternae caritati seruientes eum, qui se adiuuari recte uelit, in quo possumus, adiuuemus. sed, mi frater, et tu credo quod noueris, quanta sint in manibus meis, quibus aduersus curas, quas nostrae seruitutis necessitas habet, uix mihi paucissimae guttae temporis stillantur, quas aliis rebus si inpendero, contra officium meum mihi facere uideor.

6 Quod enim uis, ut ad te prolixam epistulam scribam, et hoc quidem debeo, fateor; debeo prorsus hoc tam dulci, tam sincerae, tam merae uoluntati tuae. sed quia bonus es amator iustitiae, inde te admoneo, ut de illa, quam diligis, hoc a me libentius audias. cernis prius esse, quod et tibi et aliis quam quod tibi tantum modo debeo; et tempus ad omnia mihi non sufficit, quando nec ad illa, quae priora sunt.

10—11 cf. p. 638, 17—20 11 Ioh. 13, 34; 15, 12; 17; Rom. 12, 10; 13, 8; I Ioh. 4, 7; I Thess. 4, 9; I Petr. 1, 22

1 quasi] quasi ego *P* 2 tua (a *in ras. m. 1*) *M* 3 ueri uel *M* plana *A* 4 reprehenderem *MFA$P^1$R edd.* 5 largiorem *PMFA* (*m. 2* largitorem) $P^1$ (*m. 2* largitorem) 7 tū (~ *m. 1?*) $P^1$ tunc *MF* inde $P^1$ 8 donem *P* etiam *om. A* 9 desidesiderasti *M* dominica praecepta *R* domini *P* 12 exiit *R* ut] t, *corr. m. 1* ut *M* 13 ue.lit (*fuit* l) *P* possimus *MA* 14 et tu *om.*, *m. 1 add. M* crede *F* 15 aduersus] ob diuersas *edd. praeter a* 16 uis, *corr. m. 1* uix $P^1$ 17 inpenderem *A* facere mihi *R* 21 merae] meae *codd. a e* 23 audias *om. A* tibi et *om. F* 24 mihi ad omnia *R* 25 quamdo (*ras.* quando) nec *P* quam donec *MFA$P^1$*

unde omnes carissimi et familiarissimi mei, quorum in nomine Christi inter primos mihi es, rem facient officii sui, si non solum mihi alia scribenda ipsi non inponant, uerum etiam ceteros quanta possunt auctoritate et sancta benignitate prohibeant, ne uidear ego durus, cum a singulis petita non dedero, dum ea magis uolo reddere, quae omnibus debeo. denique cum, sicut speramus et promissum tenemus, ad nos uenerit uenerabilitas tua, scies, quibus operibus litterarum et quantum occupatus sim, et instantius facies, quod rogaui, ut et alios, quos potueris, mihi aliquid aliud scribendum uolentes iniungere a me demoliaris. dominus deus noster impleat cordis tui tam grandem et tam sanctum sinum, quem ipse fecit, domine beatissime.

## CXI.

DOMINO DILECTISSIMO ET DESIDERANTISSIMO FRATRI ET CONPRESBYTERO VICTORIANO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

1 Litterae tuae impleuerunt grandi dolore cor nostrum, quibus petisti, ut prolixo opere aliqua responderem, cum talibus

3 alia mihi *edd.* alias *P* 4 quanto *R* 5 ne] non *A* ego uidear *R* 6 uolo magis *FA*$P^1$*R edd.* 9 sim *ras. ex* sum $P^1$ 11 domine, *m. 2* dominus $P^1$ noster *om. A* 12 quam *MF*

*P* = *cod. Parisinus 12193 s. IX.*
$P^1$ = *cod. Parisinus 12226 s. IX.*
$P^2$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1672 s. IX.*
*S* = *cod. Sangallensis 174 s. IX.*
*V* = *cod. Vaticanus 3834 s. IX—X.*
$P^3$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1443 s. IX—X.*
*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*F* = *cod. Salisburgensis X 29 s. X—XI.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
$P^4$ = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
$P^5$ = *cod. Parisinus 1958 s. XI.*

*Inscriptio om., m. 1 in inferiore marg. add. P* 15 desirantissimo, *m. 2* desiderantissimo *S* 16 uictoriano (*postr. l. in ras. m. 2*) *M* augustinus episcopus *P*$P^1$*SV*$P^5$ salutem] aeternam salutem *S* 18 prolixo opere ut $P^1$ prolixo opere (*om.* ut) *S* (*m. 2* ut prolixo opere) $P^5$ (*corr. m. ut uid. 1* ut prolixo opere) aliquo $P^2P^3$ aliquod *P*$P^1$ (*m. 2* aliquid) *S* (*corr. m. 1* aliquid) $P^5$ aliquid *V*

malis magis prolixi gemitus et fletus quam prolixi libri debeantur. totus quippe mundus tantis affligitur cladibus, ut paene pars nulla terrarum sit, ubi non talia, qualia scripsisti, committantur atque plangantur. nam ante paruum tempus etiam in illis solitudinibus Aegypti, ubi monasteria separata ab omni strepitu quasi secura degebant, a barbaris interfecti sunt fratres. iam uero quae modo in regionibus Italiae, quae in Galliis nefaria perpetrata sint, etiam uos latere non arbitror; de Hispanis quoque tot prouinciis, quae ab his malis diu uidebantur intactae, coeperunt iam talia nuntiari. sed quid longe imus? ecce in regione nostra Hipponiensi, quoniam eam barbari non adtigerunt, clericorum Donatistarum et Circumcellionum latrocinia sic uastant ecclesias, ut barbarorum fortasse facta mitiora sint. quis enim barbarus excogitare potuit, quod isti, ut in oculos clericorum nostrorum calcem et acetum mitterent, quorum membra etiam cetera plagis horrendis uulneribusque sauciarunt? depraedantur etiam domos aliquas et incendunt, fructus aridos diripiunt, humidos fundunt et talia ceteris comminando multos etiam rebaptizari compellunt. pridie, quam ad te ista dictaui, ex uno loco per huius modi

1 magis] tamen $P^2$ lib*ri (*fuit* e) *V* 2 debeatur *M* quippe] quoque $PP^1$ (*m. 2* quippe) $SVP^5$ tantus, *m. 2* tantis *A* gladibus *M* 4 commi¦tantur *P* plagantur, *m. 2* plangantur $P^3$ 5 solitudinibus *ras. ex* sollicitudinibus *V* 6 delegerant $P^3M$ (d *del.*) $FAP^4$ (l *in ras.*) *a e m* 7 in religionibus (li *exp. m. 2*) *M* 8 galleis, *corr.* galliis *V* galiis *F* sunt $P^2M$ letere, *corr. m. 1* latere *V* 9 de *om.* $PP^1VP^5$ hispaniis $PP^1SVP^3P^5$ spaniis $P^2$ 10 caeperunt (*post.* e *ex corr. m. 2*) *V* 11 longe*imus (*fuit* g) *V* longius iam sumus *M* in regionem (m *del. m. 2*) nostram $P^3$ hipponensi *MA edd.* ipponiensē *corr. m. fortasse 1, fuisse uid.* ipponiensi $P^3$ quoniam eam] quos, *m. 2* quam $P^4$ 12 atti·gerunt (*fuit* n) $P^5$ circumcellionem, *m. 2* circumcellionum $P^1$ 13 ut | barorum (*m. 2* barbarorum) $P^1$ 15 oculis $P^2$ calce $P^2$ 16 caetera etiam *V* 17 que *om. V* depraedauerunt $PSVP^5$ depraedauerant, *m. 2* depraedauerunt $P^1$ depraedarunt $P^3$ 18 incenderunt $PP^1SVP^5$ 19 alia *PS* (*m. 2* talia) $VP^5$ ali, *m. 2* talia $P^1$ baptizari *A* rebaptizare, *m. 2* rebaptizari $P^4$ 20 ista ad te $P^2$ *edd.*

terrores XL et VIII animae mihi rebaptizatae renuntiatae sunt.

2 Plangenda sunt haec, non miranda, et exclamandum ad deum, ut non secundum merita nostra sed secundum suam misericordiam a tantis malis liberet nos. nam quid utique sperandum fuit generi humano, cum haec et in prophetis et in euangelio tanto ante praedicta sint? non itaque debemus tam nobis ipsis esse contrarii, ut credamus, quando leguntur, et queramur, quando complentur, sed potius et illi, qui increduli fuerant, cum haec in sanctis libris conscripta legerent uel audirent, nunc saltem credere debent, cum compleri iam uident, ut de his tam magnis pressuris tamquam in torculari domini dei nostri, sicut amurca infidelium murmurantium et blasphemantium fluit, ita oleum quoque fidelium confitentium et orantium exprimi et liquari non cesset. illis enim, qui contra Christianam fidem querelas impias iactare non quiescunt dicentes, quod ante, quam ista doctrina per mundum praedicaretur, tanta mala non patiebatur genus humanum, facile est ex euangelio respondere; dominus enim dicit: Seruus nesciens uoluntatem domini sui et faciens digna plagis uapulabit pauca, seruus autem sciens uoluntatem

19 Luc. 12, 48; 47

1 quadraginta et octo $P^{2}M$ XLVIII *V* quadraginta octo $PP^{1}SP^{3}P^{5}$ sunt renunciatae $P^{3}$ renuntiatae *om.* $PP^{1}$ (*add. m. 2*) $SVP^{5}$ nuntiatae $P^{2}M$ *f l r m* 3 plangende, *m. 2* plangenda $P^{3}$ hae *P* 4 suam *om., m. 1 post* misericordiam *add. F* misericordiam suam $MAP^{4}$ *edd.* 5 iam $PSP^{5}$ num $P^{4}$ desperandum $P^{4}$ 7 tanto ante] tante, *m. 2* tanto ante $P^{1}$ sint *ras. ex* sunt $P^{5}$ sunt $P^{2}$ 8 legantur, *corr. m. 1* leguntur *P* queramus *PA* quaeramus $P^{2}P^{5}$ 11 nunc saltem] non solum *A* deberent *MFA* de istā magnis, *corr. m. 1* de histā magnis *M* 12 torculari (cu *in ras.*) *M* 13 nostri] non $P^{3}$ amarga, *m. 2* amurca $P^{1}$ amurga *S* (*corr. m. 1* amurca) $P^{5}$ (*m. 1 ? corr.* amurca) 14 fuit $VP^{4}$ (*corr. m. 1* fluit) ita] sic $P^{3}$ 15 eliquari $P^{3}$ 16 impie $P^{2}$ actare $P^{4}$ 17 mudum, *m. 2* mūdum *A* 18 non *om.* $P^{2}$ 20 faciens, *m. 2* non faciens $PP^{2}$ *ante* faciens *s. u.* n̄ *eras. uid. M* digna, *m. 2* digne *P* 21 uapulauit, *m. 2* uapulabit $P^{1}P^{5}$ uapulauit *S* (*corr. m. 1* uapulabit) $P^{3}$ pauca—uapulabit *om.* $P^{3}$ pauca, *m. 2* paucis *M* paucis $PP^{1}SVP^{4}P^{5}$ *edd. praeter m sec. Vulg.* paucas *m*; *Gr.* ὀλίγας (*u. l.* ὀλίγα)

domini sui et faciens digna plagis uapulabit multa. quid ergo mirum, si Christianis temporibus iste mundus tamquam seruus iam sciens uoluntatem domini sui et faciens digna plagis uapulat multa? adtendunt, quanta celeritate euangelium praedicatur, et non adtendunt, quanta peruersitate contemnitur. serui autem dei humiles et sancti, qui dupliciter mala temporalia patiuntur, quia et ab ipsis impiis et cum ipsis patiuntur, habent consolationes suas et spem futuri saeculi, unde dicit apostolus: Non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis.

3 Proinde, carissime, etiam illis, quorum uerba dicis te ferre non posse, quoniam dicunt: 'Si nos peccatores ista meruimus, quare et serui dei barbarorum ferro perempti sunt et ancillae dei captiuae ductae sunt?' humiliter et ueraciter et pie responde: Quantam libet enim iustitiam seruemus, quantam libet domino oboedientiam exhibeamus, numquid meliores esse possumus tribus illis uiris, qui in camino ignis ardentis pro conseruanda

10 Rom. 8, 18 18 Dan. 3, 13—23

1 faciens, *m. 2* non faciens $PP^1P^2$ non faciens $MP^4$ digna, *m. 2* digne *P* uapulauit, *m. 2* uapulabit $P^1P^5$ uapulauit $P^2S$ (*corr. m. 1* uapulabit) 2 multa, *m. 2* multis *M* multis $PP^1SVP^4P^5$ *edd. praeter m sec. Vulg.* multas $P^3$ (*m. 2* multis) *m; Gr.* πολλάς (*u. l.* πολλά) 3 seruus iam *om.* $P^2$ 4 faciens, *m. 2* non faciens $PP^1P^2P^4$ faciens, *corr.* (*m. 1?*) non faciens *M* digna, *m. 2* digne *P* uapulauit $P^1$ (ui *exp. m. 2*) $P^2S$ (*corr. m. 1* uapulabit) $P^5$ (*m. 2* uapulabit) uapulabit $PVP^4$ (bi *exp. m. 2*) multa, *m. 2* multis *M* multis $PP^1SVP^4P^5$ *edd. praeter m* multas *m* 5 celebritate $P^3$ 7 humiles et sancti *om.* $PP^1$ (*add. m. 2*) $SVP^5$ 8 quia] qui $PP^1SVP^4P^5$ et ab] ab, *corr. m. 1* et ab *F* et cum ipsis *om.* $PP^5$ 9 unde dicit apostolus *om.* $PP^1$ (*add. m. 2*) $SVP^5$ 10 sunt, *m. 2* sunt enim $P^5$ sunt enim *P* 12 dices, *corr.* (*m. 1?*) dicis $P^3$ 13 qđ, *corr.* qm̄ *V* peccares, *m. 2* peccatores *A* 14 quare serui *M* ancilla, *m. 2* ancillae $P^1$ 15 et pie] pie $P^1$ (*m. 2* et pie) *SV* (*corr. m. 1* pieque) responde** *M* 16 quantum $P^2$ enim libet $PP^5$ quantum $P^2$ 18 illis tribus *edd.* uiris illis *signis corr.* $P^4$ uiri, *corr. m. 1* uiris $P^2$ camino, *m. 2* caminum $P^4$ caminum $P^3MFA$ *f l r m*

dei lege proiecti sunt? et tamen lege, quid illic dicat Azarias, unus ex tribus, qui aperiens os suum in medio ignis dixit: Benedictus es, domine deus patrum nostrorum, et laudabile et gloriosum nomen tuum in saecula, quoniam iustus es in omnibus, quae fecisti nobis, et omnia opera tua uera et rectae uiae tuae et omnia iudicia tua ueritas et iudicia ueritatis fecisti per omnia, quae intulisti nobis et ciuitati sanctae patrum nostrorum Hierusalem, quoniam in ueritate et iudicio intulisti nobis omnia haec propter peccata nostra, quoniam peccauimus et legi non paruimus et mandatis tuis non obaudiuimus, ut bene nobis esset; et omnia, quae intulisti nobis, uero iudicio intulisti et tradidisti nos in manus iniquorum inimicissimorum transfugarum et regi iniusto et pessimo ultra uniuersam terram. et nunc non est nobis, ut possimus aperire os; uere confusio et opprobrium facti sumus seruis tuis et

2 Dan. 3, 25—37

1 quo *A* 2 maritina (ti *exp. m. 1*) *P* abluat *R* si ita *om. A* 3 remanet *A* remaneret et $P^1V$ 4 *oneri *M* 5 cupiam *AP* (*m. 2* cuipiam) *V* 6 compulsus *R* 7 animum, *m. 2* animo *P* 8 mihi *om.*, *m. 1 add. M* afferes *M* 10 non *om. A* 11 uero] enim *R* uere *l r* enim] uero *R* 12 mihi] tibi *A* 13 mederi* *M* 14 enucleandis *A* 15 pendentem felicitatem tuam *R* 16 nutantem (*m. 1 supra* ł natantem) a tam *R* nutantem a* (d *eras.*) tam *P* nutant emtam, *corr.* nutantem tam *M* 17 sedi (*super* i *parua ras.*) omnino *M* si in omni non, *m. 2* sedi omnino *P* in causa | stabilique, *sed* st *in ras.* (*m. 1?*) *M* incursa est habilique, *m. 2* incurse stabilique *A* 18 nec *om. R* tibi cum torto *RV* (*exp.* u *m. 1 supra* o) 19 uersiculo *om. V* 23 quaeso *om. A edd.*

actionum suarum constituerit in fama uulgi aut in lingua hominum uel bonorum atque sapientium. tu autem et, quod magis pudendum est, iam nauigaturus satis praeclare te in Africa profecisse testaris, cum aliam ob causam te oneri non esse adseris negotiosissimis et in alia longe distantia intentis episcopis, ut tibi exponant Ciceronem, nisi quia times homines procliues ad uituperandum, ne interrogatus ab eis, si non responderis, indoctus et hebes puteris! o rem dignam uigiliis et lucubrationibus episcoporum!

4 Non mihi uideris aliunde dies noctesque cogitare, nisi ut in studiis tuis atque doctrina lauderis ab hominibus. quod etsi semper ad certa et recta tendentibus periculosum esse iudicaui, nunc tamen in te maxime experior. non enim aliunde quam ex eadem pernicie non uidisti, qua tandem re possemus moueri, ut tibi, quod petebas, daremus. quam enim peruerse tu ipse non ob aliud ad ea discenda, quae interrogas, raperis, nisi ut lauderis aut non uitupereris ab hominibus, tam peruerse etiam nos putas in tua petitione talibus causis allegatis moueri. et utinam possemus efficere, ut tu quoque tam inani atque fallaci humanae laudis bono minime mouereris, cum tibi nos indicaremus non ad praestandum tibi, quod petis, quoniam haec de te scribis, sed ad te corrigendum moueri! 'mores hominum', inquis, 'procliues sunt ad uituperandum'. quid deinde? 'si interrogatus quis non responderit', inquis, 'indoctus et hebes putabitur'. ecce ego te interrogo non de Ciceronis libris aliquid, cuius sensum fortasse legentes indagare non possunt, sed de ipsa epistula tua et de sententia uerborum tuorum; quaero enim, cur non dixeris: 'Qui non responderit,

1 uulgia ut, *m. 2* uulgi aut *P* 3 est pudendum *R* iam *om. R* in africam *PP*¹*V* 4 proficisse, *m. 2* profecisse *MP* proficisci *P*¹ (cisci *m. 2*) *V* 6 ut *om. MA* 10 a.liunde (b *eras.*) *P* 11 in *in fine u. om. R* ac *R* laudaris *A* laudis *V* 13 non] num *R* 14 qua] qui *V* 17 uituperaris, *corr. m. 1* uitupereris *M* uituperis, *m. 2* uitupereris *R* omnibus *R* 18 in petitione tua *R* alligatis *MP* (*m. 2* allegatis) *P*¹*V* 20 moueris *V* 22 at, *m. 2* ad *P* 25 te ego *M* ego | (*om.* te) *A* 26 forte *R* 27 epistula ipsa *edd.* 28 quaero] quem *V*

indoctus et hebes manifestabitur', sed potius dixeris: 'Indoctus et hebes putabitur', nisi quia satis etiam ipse intellegis eum, qui talia non responderit, non esse indoctum et hebetem sed putari. at ego te admoneo eum, qui talium putatorum linguis tamquam falcibus concidi timet, lignum esse aridum et ideo non putari tantum indoctum atque hebetem sed uere esse atque conuinci.

5 Fortasse dixeris: 'Sed cum hebes animo non sim et praecipue non esse studeam, nolo hebes animo uel putari'. recte; sed quo fine nolis, id quaero. quod enim in illis quaestionibus aperiendis tibi et explicandis nec nobis oneri esse dubitasti, hanc causam et hunc finem esse dixisti et tam necessarium, ut eam nimiam necessitatem appellares, ne scilicet de his interrogatus neque respondens ab hominibus ad uituperandum procliuibus indoctus et hebes puteris. ego autem quaero, hocine totum sit, cur a nobis ista desideres, an etiam indoctus et hebes putari propter aliud aliquid nolis. si hoc totum est, cernis, ut arbitror, hunc esse finem tam uehementis intentionis tuae, qua nobis quoque oneri es, ut fateris. quid autem a Dioscoro potest nobis esse oneri, nisi quod ipsum Dioscorum etiam nescientem onerat? quod non sentiet, nisi cum surgere uoluerit; atque utinam non sic alligentur haec onera, ut frustra etiam humeros conetur excutere! quod non ideo dico, quia istae discuntur quaestiones, sed quia tali fine discuntur. hunc

1 dixeris *om. R* dices, *corr.* dicis *M* dixeris qui non responderit *P* 2 quia] qui *A* eum *om., m. 1 (?) add. M* 4 te *om.* $P^1V$ amoneo, *m. 2* admoneo *M* linguas *A* 5 concidet im et linguis num esse *M* concidet immo num esse *A* 6 non] n̄|||| (*ras. 2—3 l.*) *M* num *A* atque] et *edd.* uero *MAP* 8 sed *om. R* 10 nolis id] noli sed *A* nolis a te (s *m. 2 corr. aut inducta;* a te *in ras. m. 2*) *M* 12 tam̄ (~ *eras.*) *MP* tam̄ $P^1$ tamen *AV* 13 de] ex *R* 15 procliuius *MAP* (*m. 2* procliuibus) procliuis *R a e* et hebes indoctusque *a* hebes indoctusque *cett. edd.* inductus *V* hocine, *m. 2* hoccine *P* hoccine $RP^1V$ *edd.* hoc n̄ in *M* hoc in *A* 16 cur a] cura *MA* 21 onerat] monnerat *A* 22 sit, *corr.* (*m. 1?*) sic *P* 23 ideo (id *ex corr. m. 1*) *A* 24 istae dicuntur *M*

enim finem certe iam sentis esse nugatorium, inanem, uentosum; habet et tumorem, sub quo etiam tabes gignitur, et pupulae mentis ad non uidendam opulentiam ueritatis offunditur. crede, sic est, mi Dioscore, ita te fruar in ipsa uoluntate et in ipsa. cuius umbra auerteris, dignitate ueritatis. unde enim tibi nisi uel hoc modo de hac re fidem faciam, non inuenio. non enim uides eam aut ullo modo, quam diu linguis humanis ruinosa gaudia construis, potes eam uidere.

6 Si autem non ibi finis est harum actionum atque intentionis tuae, sed propter aliud aliquid indoctus et hebes non uis putari, quaero, quid illud sit. si propterea, ne angustior tibi aditus ad adquirendas temporales diuitias, uxorem impetrandam, honores capessendos et cetera huius modi praecipiti fluxu transcurrentia atque in se lapsos in imum rapientia, neque ad hunc finem tibi seruire nos decet, immo decet etiam hinc te amouere. non enim sic te prohibemus in incerto famae finem ponere, ut tamquam de Mincio in Eridanum emigres, quo te ipse fortasse Mincius etiam non emigrantem impingeret. cum enim non satiauerit auidum spiritum uanitas laudis humanae, quia nihil ad cibandum adfert nisi inane et inflatum, cogitur eam ipsa auiditas referre in aliud quasi uberius atque fructuosius; quod nihilo minus si temporali lapsu praeterfluit, ita est, quasi fluuius ducat in fluuium, ut non sit finis miseriae, quam diu finis officiorum nostrorum in re instabili conlocatur. in aliquo igitur firmo atque incommutabili bono

1 certe sentis iam *R* iam certe sentis *edd.* | nugatorium (*ras.* *2—3 l.*) *P* naugatorium *V* 2 timorem *A* populae, *m. 2* pupillae *P* pupillae *A* pupula *RP*[1]*Vm* pupilla *cett. edd.* 3 offunditur, *m. 2* offunduntur *M* 5 cuius] etiam cuius *R* 6 uel *om. R* de hac re *om. P*[1]*V* 7 humanis] hominum *R* 8 construis gaudia *P*[1]*V* 9 ibi non *edd.* 13 huius modi] talia *R* 14 lapsus *M* 15 tibi] ibi *MA* 16 amonere *R* ammonere *MAP* (*m. 2* admonere) *P*[1]*V* 17 tamquam *om., in marg.* (*m. 2 ?*) *add. P*[1] mintio *ARP*[1]*V* nuntio *M* eridianum *M* 18 ipse (e *m. 2; fuitne* o *?*) *P* forsi | tasse *M* mintius *ARP*[1]*V* mentius *M* inpinguat *R* 19 non] nos *P*[1] (*corr. m. 1* non) *V* uanitas (tas *in ras. m. 2*) *A* 20 nisi] nisi et *P*[1]*V* flatum *MA* 21 cogit *Rm* 23 fluuius ducat] fluuios ducant *A* sit *detritum M*

te figere uolumus constantissimae intentionis domum et securissimam requiem omnis bonae atque honestae actionis tuae. an forte istam ipsam terrenam felicitatem, quam commemoraui, si prosperi rumoris aura aut etiam flatibus uela pandendo ad eam potueris peruenire, hanc etiam cogitas referre in aliud uerum et certum et plenum bonum? at mihi non uidetur atque omnino ipsa ueritas negat uel tantis ad se anfractibus, quae tam proxima est, uel tantis sumptibus, quae tam gratuita est, perueniri.

7 An ipsa humana laude tamquam instrumento utendum existimas, ut aditum per hanc praepares ad animos hominum persuadendi uera atque salubria, et caues, ne te, cum indoctum atque hebetem putauerint, indignum arbitrentur, cui aurem uel intentissimam uel patientissimam praebeant, siue ad recte facta quemquam exhorteris siue malitiam atque nequitiam peccantis obiurges? hunc tu finem iustitiae ac beneficentiae si in illis interrogandis quaestionibus cogitasti, nos de te male meruimus, quibus in epistula tua non id potius, quo moueremur, posuisti, ut aut libenter daremus, quod petebas, aut ideo non daremus, quia causa quaelibet alia fortasse prohiberet, non tamen quia tuae uanae cupiditati non solum seruire uerum etiam non resistere puderet. quanto enim melius atque salubrius, quaeso te, ipsas ueritatis regulas multo certius et breuius per se ipsas accipis, quibus falsa omnia possis ipse refellere, ne, quod falsum et pudendum est,

1 donum *R* 2 ⅡⅡactionis (a *ex corr. m. 1*) $P^1$ 3 ipsam istam *signis corr. V* cummemoraui *A* 4 uel apandendo, *m. 2* uela pandendo *P* uel apendendo *MA* 5 referte, *corr.* (*m. 1?*) referre *P* 6 certum et uerum *edd.* 11 praepararés *MAPP*$^1$*V* animas *MP* *onimos, *corr. m. 1* *animos (h *eras.*) $P^1$ 12 persuadendo *PR* 13 atque] et *R* 15 ad *om. A* 16 peccantes *R* ac] atque *R* beneficentiae, *m. 2* beneficientiae *P* beneficientiae (*med.* i *exp.*) $P^1V$ beneficientiae *R* 17 si] s; *V* 21 prohibet *R* cupiditati tuae uanae $P^1V$ 22 puderet] potuerit *M* poterit *A* 23 regulas (a *m. 2 corr. aut inducta*) *M* 25 putendum *V*

si multorum annosas et decrepitas falsitates studio iactantiore quam prudentiore didiceris, doctum atque intellegentem te esse arbitreris! quod iam non existimo uideri tibi; non enim frustra tam diu tam uera Dioscoro diximus, ex quo in hac epistula gradimur.

II 8 Quapropter iam illud uideamus, cum te istarum rerum ignorantia nequaquam indoctum atque hebetem iudices sed ipsius potius ueritatis, ut, quisquis de his rebus scripsit uel scripserit, aut ea sint, quae iam certus tenes, aut, si falsa sunt, securus ignores neque de diuersitate cognoscenda sententiarum alienarum, quasi ne indoctus et hebes remaneas, inani sollicitudine macereris, — cum ergo haec ita sint, etiam illud, si placet, uideamus, utrum aliorum falsa existimatio, qui sunt, ut scribis, ad uituperandum procliues, ita ut, si te ista ignorare persenserint, indoctum atque hebetem falso quidem sed tamen putent, sic te mouere debeat' ut etiam ab episcopis tibi haec exponi non incongruenter petas, quando quidem eo fine iam te ista cupere credimus, quo illis consulas ad persuadendam ueritatem uitamque eorum corrigendam, qui te, si in illis Ciceronis libris indoctum hebetemque putauerint, indignum habebunt, a quo aliquid utilis salubrisque scientiae sibi accipiendum esse arbitrentur.

9 Quod non ita est — mihi crede —, primum quia esse aliquos in illis terris, ubi inperitus minimeque acutus uideri times, qui te de istis quaestionibus quicquam

1 si multorum *m. 2 ex* simulatorum *P* falsitatis *$RP^1$* (*corr. m. 1* falsitates) iactantiori quam prudentiori *MP edd.* 2 intelligendum *A* sapientem *R* 3 non iam *R* tibi uideri *edd.* uideri, *postr. l. in ras.* (*m. 1?*) *M* uidere *A* 4 frustra—uideamus cum *om. A* 6 iam illud] illam (*m. 2* iam) illud *M* 7 ignorantiam *MAP* (m *eras.*) 8 potius ipsius *R* quisq: (= quisque) *R* 9 rescripserit *R* 10 cognoscenda, *corr. m. 1* cognoscendi *M* 11 ne quasi *f l r m* 12 cur *V* ego *A* sint etiam] sententiam, *m. 2 del.* ten *M* sentiam *A* sint (*om.* etiam) *R* 14 ita ut] ita ui *M* 17 non congruenter *R* petes *A* 18 illas *P* eis *R* 19 persuadendum, *corr. m. 1* persuadendam *R* 20 atque hebetem *R* 21 scientiae** (*fuitne* ie *??*) *A* sententiae *R* 23 credere *A* 25 uidere *A*

interrogent, omnino non uideo, quando quidem hic, quo ad ea discenda uenisti, et Romae expertus es, quam neglegenter habeantur et ob hoc neque doceantur neque discantur; et in Africa usque adeo de his interrogatorem pateris neminem, ut nec te ipsum quis patiatur inuenias eaque inopia episcopis exponenda ea mittere cogaris, quasi uero isti episcopi, etiam si adulescentes eodem, quo tu raperis, animi ardore uel potius errore quasi aliquid magnum haec discere curarunt, usque ad canos episcopales et usque ad cathedras ecclesiasticas ea sibi in memoria durare paterentur aut, si ipsi uellent, non illa etiam de inuitorum cordibus curae maiores grauioresque secluderent aut, si aliqua ex eis in animis eorum nimia consuetudine remanerent, non etiam ipsa obliuione sepelire mallent recordata quam ineptia respondere quaesita, cum in ipsa etiam scholari leuitate et rhetoricis cathedris ita obmutuisse atque obtorpuisse uideantur, ut a Carthagine Hipponem, quo exponi possint, mittenda existimentur, ubi tam insolita atque omnino peregrina sunt, ut, si uellem respondendi cura inspicere aliquid uolens uidere, quo modo ad sententiam, quae mihi exponenda esset, desuper ueniatur aut ab ea deinceps quae contexeretur oratio, codicem prorsus inuenire non possem. illi autem Carthaginienses rhetores si huic tuo studio defuerunt, non modo a me non reprehenduntur, sed etiam adprobantur, si forte iam recolunt non Romanorum fororum sed Graecorum gymnasiorum ista solere esse certamina.' tu uero cum et in gymnasia cogitationem

1 quo ad] quod *P* 5 qui *P*[1]*V* *edd.* ea quae *M* 6 exponendae emittere *M* exponendae mittere *A* exponende amittere, *m. 2* exponenda mittere *P* exponenda mittere *R* 7 isti episcopo (*corr. m. 1* episcopi) *R* episcopi isti *edd.* aduliscenter *P* adolescentis, *corr. m. 1* adolescentes *R* 8 aliquod *A* 9 curarent *P*[1] (e *exp.*) *V* 10 dura reputarentur, *m. 2* durare paterentur *P* 11 ipse *M* inuitorum, *m. 2* inuidorum *M* 12 se clauderent *A* 14 sepeliri *m* inepta *P*[1]*V* ad inepta *m* 15 lenitate *P* 19 cura, *m. 2* curā *M* curā *R* aspicere *P*[1]*V* 21 aut] ut *P*[1]*V* quae deinceps *R* 22 carthaginenses *codd. edd.* 23 reprehendentur *AP*[1]*V* 25 forum *MRV* solare *A* 26 et *om. R*

iniecisti et ea quoque ipsa inuenisti talibus rebus nuda atque frigida, ubi has curas tuas deponeres, Christianorum tibi basilica Hipponiensis occurrit, quia in ea nunc sedet episcopus, qui aliquando ista pueris uendidit. sed nec te uolo esse adhuc puerum et me iam esse puerilium rerum sicut non uenditorem ita nec largitorem decet. quae cum ita sint, id est cum duae tantae urbes Latinarum litterarum artifices, Roma atque Carthago, nec taedio tibi sint, ut a te ista perquirant, nec taedia tua curent, ut te ista perquirentem exaudiant, miror tantum, quantum dici non potest, uereri te, tam boni ingenii iuuenem, ne in Graecis atque orientalibus urbibus quemquam de his rebus molestum interrogatorem feras. facilius quippe corniculas in Africa audieris quam in illis partibus hoc genus uocis.

10 Deinde si fallor et quisquam ibi forte huius modi quaestionum tanto utique odiosior quanto in illis locis ineptior percontator extiterit, nonne magis caues, ne multo facilius existant, qui te Graeci homines in Graecia constitutum et Graeca inbutum primitus lingua de ipsis philosophorum libris aliqua interrogent, quae Cicero in suis litteris non posuit? quod si acciderit, quid responsurus es? potius te ista in Latinorum auctorum libris quam in Graecorum nosse uoluisse? qua responsione primo Graeciae facies iniuriam et nosti, quam illi homines hoc non ferant; deinde iam exulcerati et irati quam cito te, quod nimis non uis, et hebetem iudicabunt, qui Graecorum philosophorum dogmata uel potius dogmatum particulas quasdam discerptas atque dispersas in Latinis dialogis quam in

3 Hipponensis *edd.* occurrat *A* 5 uenditorum, *m. 2* uenditorem *P* 6 decetq; cum *M* 7 tantum *V* 9 curant, *corr. m. 1* curent *A* current *MP* (*alt.* r *exp.*) ud, *m. 2* ut *P* te *om. MA* 10 uere rite *m. 2 corr. P* 11 turbibus (t *exp.*) *V* 12 molestum *om. R* 16 ineptior] me potior *A* 17 percunctator *MARP*$^1$*V* existerit, *m. 2* exstiterit *P* 22 in *om.*, *m. 1 add. M* quae *M* qui *V* 23 quam] quia *M* 25 non uis nimis *R* 26 potius *om. P*$^1$*V* 27 decerptas *RV* (*corr.* discerptas) dispersas] dispares *A* discerptas (*iterum*) *P*$^1$*V*

ipsorum auctorum libris Graecis tota atque contexta discere maluisti, et indoctum, qui cum tam multa in tua lingua nescias, earum rerum frusta in aliena colligere ambisti! an forte illud respondebis, non te Graecos de his rebus libros contempsisse sed prius Latinos curasse cognoscere, nunc autem uelle te in Latinis doctum Graeca iam quaerere? si hoc non pudet, hominem Graecum Latina puerum didicisse, nunc uelle discere Graeca barbatum, pudebitne tandem in ipsis Latinis ignorare aliqua, quae quam multi Latini docti tecum nesciant, uel hoc ipso sentis, quod te nobis magna necessitate dicis onerosum in tanta doctorum multitudine apud Carthaginem constitutus?

11 Postremo fac te de omnibus, quae a nobis quaeris, interrogatum respondere potuisse. ecce iam doctissimus atque acutissimus diceris, ecce iam te laudibus in caelum Graeculus flatus adtollit; tu tantum memento grauitatis tuae et illam mereri laudem quo fine uolueris, ut scilicet eos leuiter leuia ista miratos et beniuolentissime atque auidissime iam in tua ora suspensos grauissimum aliquid et saluberrimum doceas. id ipsum, quicquid est grauissimum et saluberrimum, utrum teneas et recte tradere noueris, uellem cognoscere. ridiculum est enim, cum propterea superflua multa didiceris, ut tibi aures hominum ad necessaria praeparentur, ipsa necessaria non tenere, quibus excipiendis eas per superflua praeparaueris, et, dum occuparis, ut discas, unde facias intentos, nolle discere, quod infundatur intentis. sed si hoc te scire iam dicis

1 tota, *m. 2* torta *M* dicere $P^1V$ 2 indoctū Qui (ū Q *ex ras. et corr. m. 2*) *M* 3 eorum, *corr. m. 1* earum $P^1$ frustra *codd. a* 5 curas *A* 6 grecę iam *P* graece iam $P^1V$ graeciam *M* (am *in ras. m. 2*) *A* iam greciam *R* iam graeca *m* iam graece *cett. edd.* querere• (s *eras.?*) *M* 7 latina, *m. 2* latinā *M* 8 barbatum greca discere *R* dicere, *corr. m. 1* discere *A* barbarum $MP^1$ 9 latini] lati *P* 10 uel in hoc *R* 13 facte de *MAP* 15 laudibus te *M* 19 suspensus *MA* aliquid *om. A* atque *R* 20 atque *R* 22 enim est *R* 23 ad necessariū *R* 24 praeparaueras, *corr. m. 1* praeparaueris *M* 25 et] ut *V* 26 intentus *A*

idque ipsum Christianam doctrinam esse respondes, quam te omnibus praeponere nouimus et in ea sola esse praesumere spem salutis aeternae, non opus est ei cognitione dialogorum Ciceronis et collectione emendicatarum discordantium sententiarum alienarum procurari auditores. moribus tuis intenti fiant, qui abs te aliquid tale accepturi sunt. nolo prius aliquid doceas, quod dediscendum est, ut uera doceas.

12 Nam si alienarum sententiarum dissidentium et repugnantium cognitio aliquid adiuuat insinuatorem Christianae ueritatis, ut nouerit, quo modo aduersantes destruat falsitates ad hoc dum taxat, ne quis contra disserens nonnisi in refellendis tuis figat oculum, sua uero sedulo occultet, nam cognitio ueritatis omnia falsa, si modo proferantur, etiam quae prius inaudita erant, et diiudicare et subuertere idonea est, — sed, ut non solum aperta feriantur, sed etiam abscondita eruantur, si alienos opus est cognoscere errores, erige oculos auresque, oro te, et uide atque ausculta, utrum aliquis aduersus nos de Anaximene et de Anaxagora proferat aliquid, quando iam ne ipsorum quidem multo recentiorum multumque loquacium Stoicorum aut Epicureorum cineres caleant, unde aliqua contra fidem Christianam scintilla excitetur. sed circuli atque conuenticula partim fugacia partim etiam audaciter prompta uel Donatistarum uel Maximianensium uel Manichaeorum uel etiam, ad quorum greges turbamque uenturus es, Arrianorum, Eunomianorum, Macedonianorum, Cataphrygarum ceterarumque pestium innumerabiliter perstrepant. quorum omnium errores si cognoscere piget, quid nobis est propter defensionem Christianae religionis quaerere, quid senserit Anaximenes, et olim

1 esse doctrinam *P*¹*V* respondis *M* 5 procurari] procurarum *P* 7 ediscendum *A* 9 ueritatis *om.*, *m. 2 add.* *P*¹ 10 distruat, *m. 2* destruat *M* destruant *R* falsitatis *M* 11 reflendis, *m. 2* refellendis *P* 13 proferatur *M* 20 putureorum, *m. 2* epicureorum *P* 21 sed] si *A* 22 fugatia *MP* (*m. 2* fugacia) *P*¹*V* fugata *A* audacter *P*¹*V* *edd.* 23 maximiansium *V* uel Manichaeorum *om.* *P*¹*V* 24 ad quorum] aliquorum, *corr. m. 1* ad quorum *M* gregem *P*¹*V* 25 catafugarum *P*¹ 28 et *om.* *A*

sopitas lites inani curiositate recoquere, cum quorundam etiam haereticorum, qui nomine Christiano gloriari uoluerunt, ut Marcionistarum et Sabellianorum multorumque praeterea iam dissensiones quaestionesque sileantur? tamen si opus est, ut dixi, ueritati aduersantes praenoscere aliquas et pertractatas habere sententias, de haereticis potius, qui se Christianos uocant, quam de Anaxagora et Democrito nobis cogitandum fuit.

III 13 Ille autem, quisquis abs te quaesierit, quae tu a nobis quaeris, audiat, quod ea doctius et prudentius nescias. si enim Themistocles non curauit, quod est habitus indoctior, cum canere neruis in epulis recusasset, ubi cum se nescire illa dixisset eique dictum esset: 'Quid igitur nosti?' respondit: 'Rem publicam ex parua magnam facere', dubitandum tibi est dicere te ista nescire, cum ei, qui rogarit, quid noueris, respondere possis nosse te, quo modo etiam sine istis homo esse possit beatus? quod si adhuc non tenes, tam peruerse ista conquiris, quam peruerse, si aliquo corporis periculoso morbo grauareris, deliciosas et tenerrimas uestes potius quam medicamenta medicosque conquireres. non enim ullo modo differenda est ista cognitio aut illa huic a te praesertim iam in hac aetate uel discendi ordine praeferenda est. uide autem, quam facile posses hoc scire, si uelles. qui enim quaerit, qua ad beatam uitam perueniat, nihil aliud profecto quaerit, nisi ubi sit finis boni, hoc est ubi constitutum sit

11 Cic. Tusc. disp. I 2, 4; Plut. Them. 2

3 marcianistarum *R* martionitarum *P*¹ 4 quaestionesque] q; (*om.* quaestiones) *M* quae *A* sileantur] si legantur *A* tamen si] tam inmensi *A* 6 sententias habere *R* hereticus, *corr. m. 1* hereticis *M* 9 quaesiuerit *f l r m* tu a] tua *AP* (*m. 2* tu a) 11 abitus, *m. 2* habitus *P* 12 eplis, *corr. m. 1* epulis *P*¹ se nescire] senescere *M* 13 eique] et quae *M* atque *A* atque ei *edd.* 14 est tibi *edd.* 18 peruerse si] peruersa ē *MA* 19 delicias *m* 20 conquireris *M* conquires *P*¹*V* 21 illa] ulla *m* 23 possis *M* scire hoc *R* 24 quaerit *bis M* qua] quomodo *edd.* 25 finis sit *R* foinis (o *exp.*) *P*

non praua opinione atque temeraria sed certa atque inconcussa ueritate summum hominis bonum. quod a quolibet, ubi constituatur, non inuenitur nisi aut in corpore aut in animo aut in deo aut in duobus aliquibus horum aut certe in omnibus. quod si didiceris neque summum bonum neque aliquam partem summi boni omnino esse in corpore, duo restabunt, animus et deus, quorum uel in uno uel in ambobus sit. si autem adieceris et didiceris hoc idem de animo quod de corpore, quid aliud iam nisi deus occurret, in quo summum hominis bonum constitutum sit, non quo alia bona non sint, sed summum id dicitur, quo cuncta referuntur; eo enim fruendo quisque beatus est, propter quod cetera uult habere, cum illud iam non propter aliud sed propter se ipsum diligatur, et ideo finis ibi dicitur, quia iam, quo excurrat et quo referatur, non inuenitur, ibi requies appetendi, ibi fruendi securitas, ibi tranquillissimum gaudium optimae uoluntatis.

14 Da igitur, qui cito uideat non corpus esse animi bonum, sed animum potius esse corporis bonum; recedetur iam ab inquirendo, utrum summum illud bonum uel aliqua pars eius sit in corpore. quod enim stultissime negatur, melior est animus corpore; item stultissime negatur meliorem esse eum, qui dat beatam uitam uel partem aliquam beatae uitae, quam eum, qui accipit; non igitur accipit animus a corpore uel summum bonum uel partem aliquam summi boni. hoc qui non uident caecati dulcedine carnalium uoluptatum, quam ex indigentia sanitatis uenire non intuentur — sanitas autem

1 parua *R* (*m. 1 supra* ɫ praua) *V* temeratia, *m. 2* temeraria *P* incussa, *m. 2* inconcussa *R* 5 didiceris, *m. 1 supra* ɫ dixeris *R* bonum *om.*, *in marg. m. 2 add.* $P^1$ neque] ne *MAP* (*m. 2* nec) nec $P^1$ *edd.* 8 adiceris *MA* didiceris, *m. 1 supra* ɫ dixeris *R* 9 quid] quod $P^1V$ occurrit *M* 10 bona *m. 2 ex* bonu (*sic!*) $P^1$ 11 refertur *A* 12 uult cetera *R* 14 excurrant *R* 18 potius animum *R* recedetur (ur *in ras. m. ut uid. 1*) *P* receditur $MAP^1V$ 19 eius pars *R edd.* 20 melius est animus *M* meliorem esse animum $PP^1V$ 22 qui *om.*, *add. m. ut uid. 1 A* 23 qui *om.*, *m. ut uid. 2 add.* $P^1$ accepit *A* 25 caecati] caecati sunt $P^1V$ *edd.* ex *om. A* 26 indi::gentia (*ras. 1—2 l.*) *A*

perfecta corporis illa extrema totius hominis inmortalitas erit; tam potenti enim natura deus fecit animam, ut ex eius plenissima beatitudine, quae in fine temporum sanctis promittitur, redundet etiam in inferiorem naturam, quod est corpus, non beatitudo, quae fruentis et intellegentis est propria, sed plenitudo sanitatis, id est incorruptionis uigor —, quod qui non uident, ut dixi, bellant inquietis altercationibus uarie pro suo quisque captu in corpore constituentes summum hominis bonum et carnalium seditiosorum turbas concitant; inter quos Epicurei apud indoctam multitudinem excellentiore auctoritate uiguerunt.

15 Da item, qui cito uideat animum quoque ipsum non suo bono beatum esse, cum beatus est, alioquin numquam esset miser, et recedetur a quaerendo, utrum in animo sit summum illud atque, ut ita dixerim, beatificum bonum uel aliqua pars eius. nam cum se ipso sibi quasi suo bono animus gaudet, superbus est. cum uero perspicit se esse mutabilem uel hoc uno saltem, quod de stulto sapiens efficitur, sapientiamque esse incommutabilem cernit, simul oportet cernat esse illam supra suam naturam eiusque participatione atque inlustratione se uberius et certius gaudere quam se ipso. ita cessans atque detumescens a iactatione atque inflatione propria inhaerere deo atque ab illo incommutabili refici et reformari nititur, a quo esse iam capit non solum̃ omnem speciem rerum omnium, siue quae sensu corporis siue quae intellegentia mentis adtinguntur, sed etiam ipsam capacitatem formationis ante formationem, cum uel informe aliquid dicitur, quod formari potest. itaque tanto minus se esse stabilem sentit, quanto

1 corporis perfecta *R* 4 in *om., m. 2 add. A* 10 excellentiori *R* excellenti *A* 12 qui] quae *M* quȩ, *ras. ut uid.* qui *A* cico *M* non] in *V* 13 alioqui *A* 14 recederetur *A* receditur *M* 15 aliquo *M* 16 sibi *in fine u. om. R* 18 de] e $P^1$ *V* sapientiam::::: esse *M* 20 eius (*om.* que) *MA* 23 atque *om., m. 2 in marg. add.* $P^1$ reformare, *corr. m. 1* reformari *M* 24 nitititur, *corr.* (*m. 1?*) nititur *P* cȩpit *M* cepit, *m. 1 supra ł* capit *R* omnem speciem, *m. 1 supra ł* omnis species *R* 25 intellegentia* (m *eras.*) *P* 27 aliqui, *m. 2* aliquid *M*

minus haeret deo, qui summe est, et illum ideo summe esse, quia nulla mutabilitate proficit seu deficit; sibi autem illam commutationem expedire, qua proficit, ut perfecte illi cohaereat, eam uero commutationem, quae in defectu est, esse uitiosam; omnem autem defectum ad interitum uergere, quo utrum aliqua res perueniat, tametsi non apparet, tamen apparere omnibus eo ducere interitum, ut non sit, quod erat. unde colligit non ob aliud res deficere uel posse deficere, nisi quod ex nihilo factae sunt, ut, quod in eis est, quod sunt et manent et pro defectibus etiam suis ad uniuersitatis complexum ordinantur, ad eius bonitatem omnipotentiamque pertineat, qui summe est et conditor, qui potens est etiam ex nihilo non tantum aliquid sed etiam magnum aliquid facere; primum autem peccatum, hoc est primum uoluntarium defectum esse gaudere ad propriam potestatem; ad minus enim gaudet, quam si ad dei potestatem gaudeat, quae utique maior est. hoc non uidentes et potentias intuentes animi humani magnamque pulchritudinem factorum atque dictorum, etiam si in corpore puduit ponere summum bonum, in ipso tamen animo ponentes infra utique posuerunt, quam ubi sincerissima ratione ponendum est. inter hos, qui ita sentiunt apud Graecos philosophos, et numero et disputandi subtilitate Stoici praeualuerunt, qui tamen in naturalibus corporea omnia esse arbitrantes magis a carne quam a corpore animum auertere potuerunt.

1 illud ideo *A* ideo illum *edd.* summe ē *A* esse summe *R* 2 qua, *corr. m. 1* quia *M* 3 illi cohaereat] ilico haereat *M* 4 uero *om. A* defectū *AP* defectum *V* 5 integrum, *m. 1 supra* ł interitum *R* uergere] tendere, *supra m. 1* ł uergere $P^1$ tendere uel uergere *V* 6 tam̄etsi (∼ *eras.*) *M* appareat *edd.* tamen] tam *A* apparere, *m. 2 supra* apparet *P* 7 hominibus, *m. 2* omnibus *P* 8 colligitur $MP^1V$ uel posse deficere *om.* $P^1V$ 9 ex *om. V* 10 pro defectibus] profectibus *A* cumplexum, *m. 2* complexum *M* 11 omnino potentiamque *R* 16 potestatem dei *R edd.* 17 maior est] maiorem *A* 18 doctorum *AP* (*m. 2* dictorum) 21 inter] iter *V* 22 subtilitate disputandi *R* 23 esse omnia $P^1V$

16 Inter eos autem, qui fruendum deo, a quo et nos et omnia facta sunt, unum atque summum bonum nostrum esse dicunt, apud illos eminuerunt Platonici, qui non inmerito ad officium suum pertinere arbitrati sunt Stoicis et Epicureis maxime et prope solis omnino resistere. idem quippe Academici qui Platonici, quod docet auditorum ipsa successio. Arcesilas enim, qui primus occultata sententia sua nihil aliud istos quam refellere statuit, quaere, cui successerit: Polemonem inuenies; quaere, cui Polemon: Xenocraten; Xenocrati autem discipulo Academiam, scholam suam, reliquit Plato. quantum igitur pertinet ad quaestionem de summo hominis bono, remoue personas hominum atque ipsam disceptationem constitue: profecto reperies duos errores inter se aduersa fronte conlidi, unum constituentem in corpore alium constituentem in animo summum bonum, rationem autem ueritatis, qua summum bonum nostrum deus esse intellegitur, utrique resistere sed non prius docentem uera quam praua dedocentem. id ipsum rursum adiunctis personis constitue: reperies Epicureos et Stoicos inter se acerrime dimicantes, eorum uero litem conantes diiudicare Platonicos occultantes sententiam ueritatis et illorum uanam in falsitate fiduciam conuincentes et redarguentes.

17 Sed non sicut illi errorum suorum ita Platonici uerae rationis personam implere potuerunt. omnibus enim defuit diuinae humilitatis exemplum, quod opportunissimo tempore

2 nostrum *om.* *A* 5 solis * *A* iidem *edd. praeter a* idem quidem quippe *P*¹*V* achademice *M* (*m. 2* achademici) *A* (*ras.* achademici) 6 auditorium (*post.* i *exp. m. 1*) *M* archeselas *P* archiselaus *R* achesilas *V* 7 occulta *MA* istos quam, *signis corr.* quam istos *P* 9 xenocratem *R edd.* 10 achadē. iam *M* 11 ad questionem pertinet *R* 12 hominis, *corr. m. 1* hominum *A* ipsam *om.* *P* deceptationem *A* 13 profecto (*postr. l. in ras. m. 2*) *M* duo, *m. 2* duos *P* inter se] se *MAP* (*del. m. 2*) *P*¹*V a* sibi *R* 14 alium construentem *A* 15 ueritatis autem *signis corr.* *V* qua *cum ras. super* a *A* 18 rursus *P*¹*V* constituere epicureos *A* 20 diiudicare conantes *R* 21 ::::illorum, *fuisse uid.* nullorum *P*¹ 23 ille *A*

per dominum nostrum Iesum Christum inlustratum est; cui uni exemplo in cuiusuis animo ferociter adrogantis omnis superbia cedit et frangitur et emoritur. ideoque non ualentes illi auctoritate turbas terrenarum rerum dilectione caecatas ad inuisibilium fidem ducere, cum eas uiderent Epicureis maxime contentionibus commoueri non solum ad hauriendam, quo ultro ferebantur, sed etiam ad defensitandam corporis uoluptatem, ut in ea summum bonum hominis constitueretur, eos autem, qui aduersus hanc uoluptatem uirtutis laude mouerentur, minus difficulter eam contemplari in animis hominum, unde facta bona, de quibus utcumque poterant iudicare, procederent, simul uidebant, si eis conarentur insinuare aliquam rem diuinam et supra omnia incommutabilem, quae nullo adtingeretur corporis sensu, sed sola mente intellegeretur, quae tamen etiam naturam ipsius mentis excederet, eumque esse deum propositum animo humano ad fruendum purgato ab omni labe humanarum cupiditatum, in quo uno adquiesceret omnis beatitudinis appetitus et in quo nobis uno bonorum omnium finis esset, non eos intellecturos et repugnantibus uel Epicureis uel Stoicis multo quam sibi facilius palmam daturos, ita ut uera salubrisque sententia, quod perniciosissimum est generi humano, inperitorum populorum inrisione sordesceret. et hoc in moralibus.

18 In naturalibus autem quaestionibus si isti dicerent effectricem omnium naturarum esse incorpoream sapientiam, illi autem a

2 uno *R* (*corr. m. 1* uni) *P*¹*V* cuiusuis] cuius *A* omnis (s *in ras.*) *P*¹ 3 moritur *A* 4 illa *A* delectatione *P a e f* 5 ducere, *m. 2* ducerent *P*¹ ducerent *MP* (nt *eras.*) *V* 7 quod *P* quae *A* ferebatur *V* defensandam *M* defendendam *R* corpo | poris *M* 8 constitueret (*postr. l. m. 2 et deinceps ras.*) *P*¹ 9 qui* (a *eras.?*) *A* 10 difficiliter *A* 12 insinuarē *A* 13 super *edd.* 14 attingetur *A* attingerentur (*post.* n *del. m. 1*) *R* 15 excideret, *m. 2* excęderet *M* exciderit *A* 16 esse] se esse *P* humano animo *R* 18 uno nobis *R* 19 repugnantibus epicureis *P*¹*V* 20 istoicis *M* 21 ita ut] id aut *MAP* (*m. ut uid. 2* id autem) *R* id est *a e* perniciosum *R* 23 in moralibus] im moralibus *P* immortalibus *M* 25 nusquam a corpore *R*

corpore nusquam discederent, cum alii atomis alii quattuor elementis, in quibus ad efficienda omnia ignis praeualeret, principia rerum darent, quis non uideret stultorum abundantiam corpori deditam, cum incorpoream potentiam conditricem rerum nequaquam ualeret intueri, in quorum potius suffragium raperetur?

19 Restabat pars rationalium quaestionum. nosti enim, quicquid propter adipiscendam sapientiam quaeritur, aut de moribus aut de natura aut de ratione habere quaestionem. cum ergo Epicurei numquam sensus corporis falli dicerent, Stoici autem falli aliquando concederent, utrique tamen regulam comprehendendae ueritatis in sensibus ponerent, quis istis contra dicentibus audiret Platonicos? quis non modo in sapientium sed omnino in hominum numero habendos putaret, si ab eis prompte diceretur non solum esse aliquid, quod neque tactu corporis neque olfactu uel gustatu neque his auribus aut oculis percipi possit neque omnino talium rerum, quae ita sentirentur, aliqua imaginatione cogitari, sed id solum uere esse atque id solum posse percipi, quia incommutabile et sempiternum est, percipi autem sola intellegentia, qua una ueritas, quo modo adtingi potest, adtingitur?

20 Cum ergo talia sentirent Platonici, quae neque docerent carni deditos homines neque tanta essent auctoritate apud populos, ut credenda persuaderent, donec ad eum habitum perduceretur animus, quo ista capiuntur, elegerunt occultare sententiam suam et contra eos disserere, qui uerum se inuenisse iactarent, cum inuentionem ipsam ueri in carnis sensibus ponerent. et eorum quidem consilium quale fuerit, quid adtinet quaerere? diuinum certe uel diuina aliqua aucto-

1 discerent *MA* 3 stultorum abundantiam *om. A* 4 debitam *M* 9 quaestionem habere *edd.* 11 aliquando falli *R* 13 auderet, *corr. m. 1* audiret *P* in sapientium] insipientium $MP^1V$ 16 olfatu* (i *eras.*) *V* uel gustu *PV* neque gustu *R* 18 id *in fine u. om. R* uerum *PR* 19 quia, *m. 2 corr. uid.* quod $P^1$ quod *V* 20 quia *MA* (i *semirasa*) *R* 22 sentiret, *corr. m. 1* sentirent *M* 24 possiderent, *sed* ssi *eras. A* 25 elegerent (*sic!*) *A* 26 sentiam, *m. 2* sententiam *M*

ritate praeditum non fuit. tantum illud adtende, quoniam Plato a Cicerone multis modis apertissime ostenditur in sapientia non humana sed plane diuina, unde humana quodam modo accenderetur, in illa utique sapientia prorsus inmutabili atque eodem modo semper se habente ueritate constituisse et finem boni et causas rerum et ratiocinandi fiduciam, oppugnatos autem esse nomine Epicureorum et Stoicorum a Platonicis eos, qui in corporis uel in animi natura ponerent et finem boni et causas rerum et ratiocinandi fiduciam, eo rem successione temporum esse deuolutam, ut Christianae iam aetatis exordio, cum rerum inuisibilium atque aeternarum fides per uisibilia miracula salubriter praedicaretur hominibus, qui nec uidere nec cogitare aliquid praeter corpora poterant, beato apostolo Paulo, qui eandem fidem gentibus praeseminabat, idem ipsi Epicurei et Stoici in actibus apostolorum contradixisse inueniantur.

21 Qua in re satis mihi uidetur esse demonstratum errores gentium siue de moribus siue de natura rerum siue de ratione inuestigandae ueritatis, qui quamuis essent multi atque multiplices, in his tamen maxime duabus sectis eminebant, expugnantibus doctis et tanta disserendi subtilitate atque copia subuertentibus durasse tamen usque in tempora Christiana. quos iam certe nostra aetate sic obmutuisse conspicimus, ut uix iam in scholis rhetorum commemoretur tantum, quae fuerint illorum sententiae, certamina tamen etiam de loquacissimis Graecorum gymnasiis eradicata atque compressa sint,

3 cf. Cic. de fin. V 15, 43 14 Act. 17, 18

3 sed—humana *om.* *A* 4 accederetur *MAR* (*m. 2* accenderetur) 5 ueritatem *l* 6 rationandi *PV* 7 oppugnatos—fiduciam *om.* *A* 9 rationandi *PV* eo rem] eorum *MAPP¹V* 11 iam, *corr. m. ut uid. 2* etiam *P¹* etiam *PV* 12 hominibus] in omnibus *A* ab hominibus *R* 13 praeter *om.*, *in marg. m. ut uid. 2 add.* *P¹* 14 preseminauit *R* 15 iidem *edd.* 17 demonstratum esse *edd.* 24 commemoraretur *V* tantum quae] tantumq. *MV* tantum qui *A* 26 grecis, *m. 1 supra* ꝉ grecorum *R* sunt *edd.*

ita ut, si qua nunc erroris secta contra ueritatem, hoc est contra ecclesiam Christi emerserit, nisi nomine cooperta Christiano ad pugnandum prosilire non audeat. ex quo intellegitur ipsos quoque Platonicae gentis philosophos paucis mutatis, quae Christiana inprobat disciplina, inuictissimo uni regi Christo pias ceruices oportere submittere et intellegere uerbum dei homine indutum, qui iussit et creditum est, quod illi uel proferre metuebant.

22 Huic te, mi Dioscore, ut tota pietate subdas uelim nec aliam tibi ad capessendam et obtinendam ueritatem uiam munias, quam quae munita est ab illo, qui gressuum nostrorum tamquam deus uidit infirmitatem. ea est autem prima humilitas, secunda humilitas, tertia humilitas et, quotiens interrogares, hoc dicerem, non quo alia non sint praecepta, quae dicantur, sed nisi humilitas omnia, quaecumque bene facimus, et praecesserit et comitata et consecuta fuerit et proposita, quam intueamur, et adposita, cui adhaereamus, et inposita, qua reprimamur, iam nobis de aliquo bono facto gaudentibus totum extorquet de manu superbia. uitia quippe cetera in peccatis, superbia uero etiam in recte factis timenda est, ne illa, quae laudabiliter facta sunt, ipsius laudis cupiditate amittantur. itaque, sicut rhetor ille nobilissimus cum interrogatus esset, quid ei primum uideretur in eloquentiae praeceptis obseruari oportere, pronuntiationem dicitur respondisse, cum quaereretur, quid secundo, eandem pronuntiationem, quid tertio, nihil aliud quam pronuntiationem dixisse, si in-

2 nisi in nomine christiano cooperta *R* 3 pungnandum *V* prosilere, *m. 2* prosilire *M* audiat, *corr.* audeat *V* 4 ipsos quoq; Alit. Platonicę gentis philosophos. platonicos philosophos paucis *R* 5 que::: (*ras. 1—2 l.*) *P* 6 summittere oportere *R* 8 uel *om.* $P^1V$ 10 capessandam *P* 12 uidit, *corr.* (*m. 1?*) uidet $P^1$ uidet *PV* 16 faciamus *A* comitate, *corr.* (*m. 1?*) comitata $P^1$ comittatur, *m. 2* comitetur *P* comitatur *a* comitetur *cett. edd.* 17 ineamur *A* 18 quae *A* nobis *MA* 20 in rectis (*om.* factis), *m. 1 supra* *l* in recte factis *R* in rectis (*corr. m. 1* recte) factis *V* 24 obseruare debere *R* 25 quaeretur *A* 26 dixisset *P* si] ita si *m*

terrogares et quotiens interrogares de praeceptis Christianae religionis, nihil me aliud respondere nisi humilitatem liberet, etsi forte alia dicere necessitas cogeret.

IV 23 Huic humilitati saluberrimae, quam dominus noster Iesus Christus ut doceret humiliatus est, huic, inquam, maxime aduersatur quaedam, ut ita dicam, inperitissima scientia, dum nos scire gaudemus, quid Anaximenes, quid Anaxagoras, quid Pythagoras, quid Democritus senserit, et cetera huius modi, ut docti eruditique uideamur, cum hoc a uera doctrina et eruditione longe absit. qui enim didicerit deum non distendi aut diffundi per locos neque finitos neque infinitos, quasi in aliqua parte maior sit in aliqua minor, sed totum ubique esse praesentem sicut ueritatem, cuius nemo sobrie dicit partem esse in isto loco et partem in illo, quoniam ueritas utique deus est, nequaquam eum mouebit, quod de infinito aere sensit, quicumque sensit, quod ipse esset deus. quid ad illum, si nesciat, quam dicant isti corporis formam — eam quippe dicunt, quae undique finita sit — et utrum refellendi causa tamquam Academicus Anaximeni Cicero obiecerit formam et pulchritudinem deum habere oportere quasi corpoream speciem cogitans, quia ille corporeum deum esse dixerat, aer enim corpus est; an ipse sentiebat esse formam et pulchritudinem incorpoream ueritati, qua ipse animus informatur et per quam omnia sapientis facta pulchra esse iudicamus, ut non tantum refellendi gratia sed etiam uerissime dixerit, quod deum pulcherrima specie deceat esse, quia nihil est pulchrius

19 cf. de nat. d. I 10, 26

1 de (e *s. u. m. 1*) *M* 2 liberet (er *exp. m. 2*) et si *M* libere‿et si (‿ *m. 2*) *P* 3 necessitas cogeret dicere *R* 4 huic *om. A* humilitatis *M* 5 humilitatus (*pr.* t *exp. m. 2*) *M* 8 senserint *f l r m* 9 eruditi | quae, *m. 2* eruditique *M* 11 aut] atque *P*[1] loca *MR* *super* finitos *et* infinitos *m. 2* ł tis *R* 14 esse partem *R* 16 deus esset *edd.* 17 nesciat quam] nesciant quid *R* 18 dicunt] dicant *R* 19 anaxameni *MA* anaximeni (*postr. l. s. u.*) *V* obiecit *R* 21 illi *MAR* dixerant *AR* 26 qua *M* pulchrius, *m. 1 supra* prius *R*

ipsa intellegibili atque incommutabili ueritate? quod autem ait ille gigni aerem, quem tamen deum esse censebat, nullo modo mouet hunc uirum, qui intellegit, non sicut aer gignitur, id est aliqua causa, ut sit, efficitur, cum omnino deus non sit, ita genitum esse uerbum dei, deum apud deum, sed longe alio modo, quem nemo, nisi cui deus ipse inspirarit, intelleget. illum autem etiam in ipsis corporibus desipere quis non uideat, cum aerem gigni dicat et deum uelit, eum autem, a quo aer gignitur, non enim a nullo gigni potest, non dicat deum? cum autem dicitur aer esse semper in motu, nequaquam conturbabit hominem, ut propterea illum deum putet, qui nouit omnis corporis motum inferiorem esse, quam est motus animi, motum autem animi longe pigriorem, quam est motus summae atque incommutabilis sapientiae.

24 Item Anaxagoras siue quilibet si mentem dicit ipsam ueritatem atque sapientiam, quid mihi est de uerbo cum homine contendere? manifestum est enim omnium rerum descriptionem et modum ab illa fieri eamque non incongrue dici infinitam non per spatia locorum sed per potentiam, quae cogitatione humana comprehendi non potest, neque quod informe aliquid sit ipsa sapientia; hoc enim corporum est, ut, quaecumque infinita fuerint, sint et informia. Cicero autem studio refellendi, quantum uidetur, propter aduersarios corporaliter sentientes negat infinito aliquid iungi potuisse, quia ex ea parte, qua quidque adiungitur, necesse est esse in corporibus aliquem

1 immutabili *MA* 2 gignere *R* qm̄ *V* 4 aliqua] aliqua alia *R* ut sit] aut sit *M* aut sic *R* 5 genitum] gentium *M* 6 ipse deus *edd.* inspiraret *MR* intellegit *MA edd.* 7 corporalibus *edd.* desipire, *m. 2* desipere *P* quis (s *in ras. m. ut uid. 1*) *R* uideat] uideat uideri *V* 8 agerem, *m. 2* aerem *M* 9 non enim a nullo] a nullo enim unquam *R* 10 semper esse $P^1$*V* in motu *ras. ex* immotu *P* immotu *M* 11 conturbet *P* 12 aninimi *A* 13 autem *om. P* est] ēē (*altera* e *exp.*) *V* 15 dicit id ipsum ueritatem atque ueritatis sapientiam *R* 16 quod, *m. 2* quid *P* hominē (~ *eras.*) *M* 21 sit *in fine u. om. P* 22 informa *AP* (*m. 2* informia) 24 negat] negati *A* posse *flrm* quia] quae *P* ea *om. A* 25 quidquam *edd.* est *om. m* corporalibus *R*

finem. ideo ait non eum uidisse 'neque motum sensui iunctum et continentem' — id est continua copulatione adhaerentem — 'infinito' — id est infinitae rei — 'ullum esse posse', quasi de corporibus ageret, quibus nihil iungi nisi per fines locorum potest. sic autem addidit: 'Neque sensum omnino, quo non tota natura pulsa sentiret', quasi ille dixisset mentem illam ordinatricem et moderatricem rerum omnium habere sensum, qualem habet anima per corpus. nam manifestum est totam sentire animam, cum per corpus aliquid sentit; nam totam utique non latet, quicquid illud est, quod sentitur. ad hoc autem dixit totam naturam sentire, ut illi quasi auferret, quod ait mentem infinitam. quo modo enim tota sentit, si infinita est? sensus enim corporis ab aliquo loco incipit nec percurrit totum, nisi ad cuius finem peruenerit, quod in infinito dici non potest. sed neque ille de sensu corporis aliquid dixerat et aliter dicitur totum, quod incorporeum est, quia sine finibus locorum intellegitur, ut et totum et infinitum dici possit: totum propter integritatem, infinitum, quia locorum finibus non ambitur.

25 'Deinde', inquit, 'si mentem ipsam quasi animal aliquod esse uoluit, erit aliquid interius, ex quo illud animal nominetur', ut mens ista quasi corpus sit et habeat intus animam, unde animal appelletur. uide quem ad modum corporali consuetudine loquitur, quo modo solent uideri animalia, propter sensum grossum, ut opinor, eorum, contra quos disserit; et

1; 5; 20 Cic. de nat. d. I, 11, 26

1 eum non *R* *ante* sensui *parua ras.* *M* 3 infinita aerei *MA* 4 iungi | nihil *M* 5 sic] si *V* 6 tota] ipsa *Ciceronis codd.* illi *MA* ille illi *R* 7 et moderatricem *om.* $P^1$ *V* 10 quod non sentitur *M* 14 perueniret *M* 16 aliud, *m. 1 supra* ł aliter *R* quod totum *R* 17 ut et] ut (*om.* et) *A* et infinitum *om.*, *m. 2 in marg. add.* $P^1$ 18 annorum, *m. 1 supra* ł locorum *R* 20 ipsam] istam *Ciceronis codd.* 21 uoluit esse *Ciceronis codd. praeter Erlang.* 23 appellaretur $P^1$ *V* 24 uideri solent *R* uideri *om.*, *m. 2 in marg. add.* $P^1$ praeter *ras. et corr. m. 2, fuisse uid.* propter *M* 25 sensuum *A* gressum *MAR* (*m. 1 supra* ł grossum) crassum *flrm* disserit] dixerit, *corr. m. 1* disserit *P*

tamen dixit rem, quae illos, si euigilare possent, satis admoneret, omne, quod sicut corpus uiuum animo occurrit, magis habere animam et esse animal, quam animam esse cogitari oportere. hoc est enim, quod ait: 'Erit aliquid interius. ex quo illud animal nominetur'. sed adiungit: 'Quid autem interius mente?' non ergo potest mens habere interiorem animam, ut sit animal, quia ipsa est interior. ergo corpus habeat extrinsecus, cui sit interior, ut sit animal. hoc est enim, quod ait: 'Cingatur igitur corpore externo', quasi Anaxagoras dixerit, nisi animalis alicuius esset, mentem esse non posse, si mentem ipsam summam sapientiam esse sentiebat, quae nullius quasi animantis propria est, quia omnibus animis se frui ualentibus ueritas communiter praesto est. et ideo uide, quam urbane concludat: 'Quod quoniam non placet', inquit, — hoc est non placet Anaxagorae, ut illa mens, quam dicit deum, cingatur corpore externo, quo animal esse possit, — 'aperta simplexque mens nulla re adiuncta, qua sentire possit', — id est nullo corpore adiuncto, per quod sentire possit, — 'fugere intellegentiae nostrae uim et notionem uidetur'.

26 Nihil uerius quam fugere hoc uim et notionem intellegentiae Stoicorum et Epicureorum, qui nisi corporalia cogitare non possunt. quod autem ait 'nostrae', humanae intellegi uoluit; et bene non ait 'fugit' sed 'fugere uidetur'; hoc enim illis uidetur neminem hoc posse intellegere et ideo nihil tale esse arbitrantur. sed quorundam intellegentiam, quantum homini datum est, non fugit esse apertam simplicemque sapientiam atque ueritatem, quae nullius animantis sit propria, sed

4; 5; 9; 14 Cic. de nat. d. I, 11, 26—27

1 ammonerent *MA* 3 animam habere *edd.* esse animam *R* 4 est *om. A* erit] eř $P^1$ 6 mentē *MAR* potest* (*fuit* s) *A* 9 cingitur *m* 10 si, *m. 1 supra* sed *P* 13 communiter ueritas *V* ueritas *om.*, *m. ut uid. 2 in marg. post* communiter *add.* $P^1$ 14 collaudat, *m. 1 supra* ł concludat *R* 17 mens] mens quae *R* quā *R* quae *Ciceronis codd.* 18 fugere (*pr.* e *ex corr. m. 2*) *M* 19 ⦀⦀uim (*parua ras.*) $P^1$ 20 intelligentiae (intelli *bis*) *A* intellegentia *M* 21 *stoicorum (i *eras.?*) *M* nisi incorporalia *M* 22 intelligit uoluit *A* 26 fuit *M* apertum *M* que *in fine u. om. A*

qua communiter omnis, quae id potest, anima sapiens et uerax efficitur. quam si sensit esse Anaxagoras eumque deum esse uidit mentemque appellauit, non solum nomen Anaxagorae, quod propter litteratam uetustatem omnes, ut militariter loquar, litteriones libenter sufflant, nos doctos et sapientes non facit sed ne ipsa quidem eius cognitio, qua id uerum esse cognouit. non enim mihi propterea ueritas cara esse debet, quia non latuit Anaxagoram, sed quia ueritas est, etiam si nullus eam cognouisset illorum.

27 Si igitur nec eius hominis, qui uerum forsitan uidit, cognitio nos inflare debet, ut ea quasi docti esse uideamur, sed ipsius ueri solidare, qua uere docti esse possumus, quanto minus eorum hominum, qui falsa senserunt, nomina et dogmata nostram possunt adiuuare doctrinam et latentia cognita facere, cum, si homines sumus, magis nos contristari deceat tot et tam nobilitatorum hominum erroribus, si eos audire contigerit, quam haec propterea studiose quaerere, ut inter eos, qui illa nesciunt, iactatione inanissima uentilemur! quanto enim melius ne audissem quidem nomen Democriti, quam cum dolore cogitarem, nescio quem suis temporibus magnum putatum, qui deos esse arbitraretur imagines, quae de solidis corporibus fluerent solidaeque ipsae non essent, easque hac atque hac motu proprio circumeundo atque inlabendo in animos hominum facere, ut uis diuina cogitetur, cum profecto illud

1 qua] quia *R* om̄s *MA* 2 sentit *PV* sit *A* anaxagoras esse *R* eamque *edd.* 4 littera *cum ras. super* a, *m. 2* litterae *M* litterae *A* litterarum, *m. 1 supra* ł litteratam *R* militaliter *V* 5 litteriores *MAR* (*m. 1 supra* ł litteriones) *a* litteratiores *e f l r* suffluant, *m. 1 supra* ł sufflant *R* 6 quaedam *A* 7 mihi *om. V* esse[illegible] (*parua ras.*) *M* 9 eorum cognouisset eam *R* 11 sed] sed nec *l r m* 12 ueri, *m. 2* uera *M* solida re *RP*[1] (*m. 2* solidare) *V* soliditate *a e f* solida res *l r m* 13 nomina et] et omnia *M* 14 possunt *om. A* laetitiam *MAR* cognita, *m. 2* cognitam *M* cognitam *A* 15 si *om. A* simus *edd.* doceat *MAP* (*m. 2* deceat) 16 nobilitanorum, *corr. m. 1* nobilitatorum *M* audire] audierit *M* 17 contingerit *A* 18 iactationē (~ *eras.*) *M* 19 audissent *A* quam—nescio *bis* (*prius om.* cum) *V* 21 quid eos *M* (*m. 2* quid eas) *AP* (*m. 2* qui deos)

corpus, unde imago flueret, quanto solidius est, praestantius esse iudicetur! ideoque fluctuauit eius, sicut isti dicunt, nutauitque sententia, ut aliquando naturam quandam, de qua fluerent imagines, deum esse diceret, qui tamen cogitari non posset nisi per eas imagines, quas fundit ac mittit, id est quae de illa natura, quam nescio quam corpoream et sempiternam ac per hoc etiam diuinam putat, quasi uaporis similitudine continua uelut emanatione ferrentur et uenirent atque intrarent in animos nostros, ut deum uel deos cogitare possemus. nullam enim aliam causam cuiuslibet cogitationis nostrae opinantur isti, nisi cum ab his corporibus, quae cogitamus, ueniunt atque intrant imagines in animos nostros, quasi non multa ac prope innumerabilia cogitentur incorporaliter atque intellegibiliter ab eis, qui talia cogitare nouerunt, sicut ipsa sapientia et ueritas. quam si isti non cogitant, miror, quo modo de illa utcumque disputent; si autem cogitant, uellem mihi dicerent, uel de quo corpore uel qualis in eorum animos ueniat imago ueritatis.

28 Quamquam Democritus etiam hoc distare in naturalibus quaestionibus ab Epicuro dicitur, quod iste sentit inesse concursioni atomorum uim quandam animalem et spirabilem, qua ui eum credo et 'imagines' ipsas 'diuinitate praeditas' dicere, non omnes omnium rerum sed deorum, et 'principia mentis'

2 cf. Cic. de nat. d. I 12, 29; 43, 120 21 cf. Cic. de nat. d. I 43, 120

1 quando *A* praestantiusque *P a* praestantius quoque *e f* tanto praestantius quoque *l r m* 2 ideoque (que *s. u. m. ut uid. 2*) *P*[1] mutauitque *A* 4 dn̄i *A* dicerent *RV* quae *A* quia *V* cogitare *A* 5 emittit *P edd.; cf. Cic. de nat. d. I 12 29* 6 *ac *M* 7 etiam per hoc *edd.* similitudinem *codd. a* 8 eminatione, *m. 2* emanatione *M* 10 cogitationes, *m. 2* cogitationis *M* 12 ueniant atque intrant *MA* ueniant atque intrent *R* 14 his *A* 16 utrumque *V* 17 diceret, *corr. m. 1* dicerent *M* corpora *A* 18 ueniant *M* 21 et spirabilem] ĀLB spirabilē et spiritalē *M* ĀLB spiritalē et spiritalē (*sic!*) *A* spirabilem et spiritualem *R* et spiritalem *PP*[1]*V edd. praeter m; cf. Cic. Tusc. disp. I 18, 42; 17, 40 de nat. d. II 36, 91*

esse 'in uniuerso', quibus diuinitatem tribuit, et 'animantes imagines, quae uel prodesse nobis soleant uel nocere'. Epicurus uero neque aliquid in principiis rerum ponit praeter atomos, id est corpuscula quaedam tam minuta, ut iam diuidi nequeant neque sentiri aut uisu aut tactu possint. quorum corpusculorum concursu fortuito et mundos innumerabiles et animantia et ipsas animas fieri dicit et deos, quos humana forma non in aliquo mundo sed extra mundos atque inter mundos constituit; et non uult omnino aliquid praeter corpora cogitare, quae tamen ut cogitet, imagines dicit ab ipsis rebus, quas atomis formari putat, defluere atque in animum introire subtiliores, quam sunt illae imagines, quae ad oculos ueniunt — nam et uidendi causam hanc esse dicit —, 'ingentes' autem 'quasdam imagines', ita 'ut uniuersum mundum complectantur extrinsecus'. intellegis enim iam, ut arbitror, quas isti opinentur imagines.

29 Miror non admonuisse Democritum uel hoc ipso falsa esse, quae dicit, quia uenientes tam magnae imagines in tam breuem animum nostrum, si corporeus, ut illi uolunt, tam paruo corpore includitur, totae illum tangere non possunt. a magno enim corpore cum paruum corpus adtingitur, a toto simul adtingi nullo pacto potest. quo modo igitur totae simul cogitantur, si in tantum cogitantur, in quantum uenientes atque intrantes animum adtingunt, quae nec totae intrare possunt per tam paruum corpus nec totae tam paruum animum adtingere? memento me secundum illos haec dicere — non

14 Cic. de nat. d. I 43, 120

1 in uniuersis *PP[1]V edd.; cf. Cic. de nat. d. I 43, 120* 2 nobis prodesse *R* epicureus *P* 4 iam] •etiam (a *eras.*) *P* 6 cursu *A* fortuitu *MAP* (*m. 2* fortuito) muudus innumerabilis *M* 7 amantia. *m. 2* animantia *A* 8 sed *om. V* 9 inter] intra *R* 13 hanc causam *R* 14 autem *om. edd.* 15 complectant (- *m. 2 in ras.*) *P* autem *edd.* 16 quam *M* (*m. 2* quas) *A* 17 miror] sed miror *R* 19 ipsi *R* 21 a tocius simul *V* 22 pacto] modo *R* igitur totae] ergo omnes *R* simul totae *P[1]V* 23 si in tantum cogitantur *om. R* 26 hoc, *corr.* haec *aut* haec, *corr.* hoc *m. 1 A*

enim ego talem animum sentio — aut, si incorporeum Democritus animum existimat, Epicurus quidem solus ista ratione urgeri potest; sed etiam ille quare non uidit non opus esse nec fieri posse, ut incorporeus animus aduentu atque contactu corporearum imaginum cogitet? de uisu certe oculorum ambo pariter redarguuntur; tam enim breues oculos tam grandia imaginum corpora tota adtingere nullo modo possunt.

30 Cum autem quaeritur ab eis, quare una imago uideatur corporis alicuius, a quo innumerabiliter imagines fluunt, respondent eo ipso, quo frequenter fluunt et transeunt imagines, quasi quadam earum constipatione et densitate fieri, ut ex multis una uideatur. quam uanitatem Cicero ita refellit, ut eo ipso neget aeternum deum eorum posse cogitari, quo innumerabiliter fluentibus et labentibus imaginibus cogitatur. et quoniam innumerabilitate atomorum suppeditante dicunt fieri formas deorum sempiternas, cum ita discedunt quaedam corpuscula de diuino corpore, ut alia succedant et dissolui illam naturam eadem successione non sinant, omnia ergo, inquit, aeterna essent, quia nulli deest ista innumerabilitas atomorum, quae perpetuas ruinas subinde suppleat. deinde ‘quo modo non uereatur iste deus, ne intereat, cum sine ulla intermissione pulsetur agiteturque atomorum incursione sempiterna?’ pulsari enim dicit illud corpus, quod inruentibus atomis feriatur, et agitari, quod penetretur. deinde ‘cum ex ipso imagines’, de quibus iam satis dictum est, ‘semper adfluant’, quo modo potest de inmortalitate confidere?

12 cf. Cic. de nat. d. I 39, 109; 37, 105   21 cf. Cic. de nat. d. I 41, 114

1 incorporeum] incorpore unde *P*   2 existimabat *R*   4 conuentu, *m 1 supra* ł aduentu *R*   contactu, *m. 1 supra* ł contractu *R*   5 de] et de *R*   6 tam enim] tamen in *MAPV* cū (c *fortasse ex* t; u *ex ras.*) in $P^1$   7 tota corpora *R*   ⁝⁝tota (*fuisse uid.* mota) $P^1$   8 quaeratur *P*   uideatur una imago *R*   12 unitatem, *m. 2* uanitatem *M*   16 ita] ita igitur *R*   discedant *m*   18 sinunt, *corr. m. 1* sinant $P^1$   19 deest] deesse, *m. 2* deesset *R*   21 non inueniatur *A*   deus, *m. 1 supra* ł deos *R*   23 pulari *V*   24 fereatur, *m. 2* feriatur *M*   25 afluent *M* affluent *A* effluant $P^1V$   26 confidere] esse securus $P^1V$

31 In quibus omnibus deliramentis haec opinantium illud praecipue dolendum est, quod non sufficit enarrari, ut nulla cuiusquam disputatione aduersante respuantur, sed acutissimorum hominum ingenia id etiam negotium susceperunt, ut copiose ista refellerent, quae statim dicta etiam a tardissimis derideri abicique debuerunt. si enim concesseris esse atomis, si concesseris etiam concursu fortuito se ipsas pellere et agitare, num et illud eis fas est concedere, ut inter se atomi fortuito concurrentes rem aliquam ita conficiant, ut eam forma modificent, figura determinent, aequalitate poliant, colore inlustrent, anima uegetent? quae omnia nullo modo nisi arte diuinae prouidentiae fieri uidet, quisquis magis mente quam oculis amat uidere idque ab eo expetit, a quo factus est. nam nec ipsas atomos esse ullo modo concedendum est, quod omissa subtilitate, quae de diuisione corporum a doctis traditur, uide quam facile secundum ipsorum opinionem possit ostendi. certe enim ipsi dicunt omnia, quae sint naturae, nihil esse aliud quam corpora et inane quaeque his accidant, quod credo motum et pulsum dicere et consequentes formas. dicant ergo, in quo genere ponant imagines, quas de corporibus solidioribus adfluere putant ipsas minime solidas, ita ut tactu nisi oculorum, cum uidemus, et animi, cum cogitamus, sentiri non possint, si et ipsa corpora sunt. nam ita censent, ut exire a corpore et uenire ad oculos uel ad animum possint, quem nihilo minus dicunt esse corporeum. quaero, utrum

1 deliberamentis *A* illu (*sic!*) *V* 2 sufficite narrari, *m. 2* sufficit enarrari *M* sufficit ea narrari *PP¹Vlrm* 6 si] sic *A* atomos *P edd.* 7 fortuitu, *m. 1 corr. uid.* fortuito *M* se ipsas (*m. 2* o *super* a repellére *R* 8 fas est eis *R* 9 fortuitu *R* 10 formam *MP¹V* odificent, *corr. m. ut uid. 2* modificent *P* edificent *P¹Vl* figuram *M* 11 animam *M* 13 uideri *MA* 14 ipsos *PR* ullo, *m. 1 supra* l nullo *R* nullo *MA* credendum *P¹V* 16 uidet *P¹V* 17 sunt *M* 18 aliud esse *R* inane, *m. 2* inania *P¹* inania *PV* 19 consequenter *A* 20 ponunt *A* 21 afluere *M* fluere *P¹V* ut] ut non sint *R* 22 tactu nisi, *signis corr.* nisi tactu *P* nisi tactu *R* animi cum] amicum *MAR* 23 si *om.*, *m. 2 add. M*

etiam ab ipsis atomis adfluant imagines? si adfluunt, quo modo iam sunt atomi, a quibus aliqua corpora separantur? si non adfluunt, aut potest aliquid sine imaginibus cogitari, quod uehementer nolunt, aut unde norunt atomos, quas nec cogitare potuerunt? sed iam pudet me ista refellere, cum eos non puduerit ista sentire; cum uero ausi sunt etiam defendere, non iam eorum sed ipsius generis humani me pudet, cuius aures haec ferre potuerunt.

32 Cum igitur tanta sit caecitas mentium per ingluuiem peccatorum amoremque carnis, ut etiam ista sententiarum portenta otia doctorum conterere disputando potuerint, dubitabis tu, Dioscore, uel quisquam uigilanti ingenio praeditus nullo modo ad sequendam ueritatem melius consuli potuisse generi humano, quam ut homo ab ipsa ueritate susceptus ineffabiliter atque mirabiliter et ipsius in terris personam gerens recta praecipiendo et diuina faciendo salubriter credi persuaderet, quod nondum prudenter posset intellegi? huius nos gloriae seruimus, huic te inmobiliter atque constanter credere hortamur, per quem factum est, ut non pauci sed populi etiam, qui non possunt ista diiudicare ratione, fide inrideant, donec salutaribus praeceptis adminiculati euadant ab his perplexitatibus in auras purissimae atque sincerissimae ueritatis. cuius auctoritati tanto deuotius obtemperari oportet, quanto uidemus nullum iam errorem se audere extollere ad congregandas sibi turbas inperitorum, qui non Christiani nominis uelamenta

1 adfluant] affluent *MA* 3 sine] si non *A* 4 quas] quos *R* 6 potuerit *M* pudueř $P^1$ puduerunt, *punctis corr.* puduerit *V* sint $P^1$ *edd. praeter a* 9 sit *om. P* illuuiem *m* 10 amortemque (t *exp.*) *R* * carnis *M* ista *om., m. 1 add.* $P^1$ portenda *M* 11 ocium *P* conterrere (*med.* r *m. 2 exp.*) *M* potuerint (int *s. u. m. ut uid. 2*) *P* 12 ullo $P^1$ *V edd. praeter a* 13 ad sequendam *m. 2 ex* assequendam *P* 14 ineffabiliter susceptus *R* 15 et *om. R* 16 percipiendo *V* 17 intelligi posset *R* 18 constantes *A* 19 sed * (ñ *eras.?*) *M* 20 diiudicari *MR* (*m. 2* diiudicare) rationem *P* credant *edd.* 21 amminiculatie uadunt (*m. 1 corr.* uadant) *m. 2 corr. M* amminuculati euadant $P^1$ 24 ⁝⁝⁝se (*parua ras.*) *M* extollere *bis* $P^1$ imperitorum sibi turbas *R* 25 nominis] ñ hominis *M*

conquirat, eos autem solos ex ueteribus praeter Christianum nomen in conuenticulis suis aliquanto frequentius perdurare, qui scripturas eas tenent, per quas adnuntiatum esse ipsum dominum Iesum Christum se intellegere et uidere dissimulant. porro illi, qui, cum in unitate atque communione catholica non sint, Christiano tamen nomine gloriantur, coguntur aduersari credentibus et audent inperitos quasi ratione traducere, quando maxime cum ista medicina dominus uenerit, ut fidem populis imperaret. sed hoc facere coguntur, ut dixi, quia iacere se abiectissime sentiunt, si eorum auctoritas cum auctoritate catholica conferatur. conantur ergo auctoritatem stabilissimam fundatissimae ecclesiae quasi rationis nomine et pollicitatione superare. omnium enim haereticorum quasi regularis est ista temeritas. sed ille fidei clementissimus imperator et per conuentus celeberrimos populorum atque gentium sedesque ipsas apostolorum arce auctoritatis muniuit ecclesiam et per pauciores pie doctos et uere spiritales uiros copiosissimis apparatibus etiam inuictissimae rationis armauit. uerum illa rectissima disciplina est in arcem fidei quam maxime recipi infirmos, ut pro eis iam tutissime positis fortissima ratione pugnetur.

33 Platonici uero, qui falsorum philosophorum erroribus illo tempore circumlatrantibus non habentes diuinam personam, qua imperarent fidem, sententiam suam tegere quaerendam

1 conquirat, *m. 1 supra* ł conquirant *R* solus *M* 2 quo uenticulis, *m. 2* conuenticulis *M* conuentiunculis *m* aliquando *MA* 4 dominum] dominum nostrum *R* 6 sunt *M* 7 audent imperitis *A* audentem peritus *M* audientem peritius, *m. 1 supra* Aliter audient imperitos *R* 8 fide *MAR* 9 quia, *m. 1 supra* ł qui *R* 10 abiectissimes (*sic !*) | sentiunt *M* abiectissimos sentiunt *A* 12 fundissime, *m. 2* fundatissime *M* ecclesiae quasi rationis homine et pollicitatione *M* aecclesiae quasi rationis omne et pollicitatione *A* aecclesiae ·Aliter· Rationis nomine et pollicitatione. quasi rationis humanae pollicitatione *R* 13 ista *om. A* 14 imperator clementissimus *edd.* 15 celeberrimus *M* (*m. 2* celeberrimos) *A* 16 arte $P^1$ (*m. 2* arce) *V* (*corr.* arce) minuit *A* 17 edoctos $P^1V$ cupiosissimis *A* 19 artem, *m. 2* arcem $P^1$ arctem *V* 21 repugnetur *R*

quam polluendam proferre maluerunt, cum iam Christi nomen terrenis regnis admirantibus perturbatisque crebresceret, emergere coeperant ad proferendum atque aperiendum, quid Plato sensisset. tunc Plotini schola Romae floruit habuitque condiscipulos multos acutissimos et sollertissimos uiros. sed aliqui eorum magicarum artium curiositate deprauati sunt, aliqui dominum Iesum Christum ipsius ueritatis atque sapientiae incommutabilis, quam conabantur adtingere, cognoscentes gestare personam in eius militiam transierunt. itaque totum culmen auctoritatis lumenque rationis in illo uno salutari nomine atque in una eius ecclesia recreando et reformando humano generi constitutum est.

34 Haec me tibi diutissime in hac epistula locutum, etsi alia forte tu malles, omnino non paenitet. probabis enim haec magis, quanto magis in ueritate proficies; et tunc probabis consilium meum, quod nunc utilitati studiorum tuorum minus obsecutum putas. quamquam etiam illis ipsis quaestionibus tuis non solum quibusdam in hac epistula sed etiam ceteris paene omnibus in ipsis membranis, in quibus eas misisti, ut potui, breuiter adnotando responderim. in quibus me si parum egisse aut aliud, quam uolebas, egisse arbitraris, non recte cogitas, mi Dioscore, a quo nunc ista quaesieris. Oratoris autem librorumque de Oratore omnes praetermisi. nescio quis enim nugator mihi esse uisus sum, si eas exponendas perse-

3 ad aperiendum atque proferendum *R* pferendum *A* quod *R* 4 platoni *AP* (*m. 2* platonis) platonis *MRP*[1]*V* habuit, *m. 1 s. u. add.* que *P*[1] 5 multos *om. R* acutissimis, *m. 2* acutissimos *M* 6 earum *P* arcium *V* curiositati *MR* (*m. 2* curiositate) deprauabantur. *m. 1 supra* ł depratiati (*sic!*) sunt *R* 7 dm̄ *MA* 9 malitiam *M* 10 uno salutare *M* unius salutaris *A* 11 et] atque *edd.* formando, *corr. m. 1* reformando *P* 12 humani *M* constitū *A* constutum, *corr. m. 1* constitutum *P*[1] 13 me *om.*, *m. 1 s. u. add. P*[1] in hac epistola diutissime *R* 14 fortasse *P*[1]*V* 15 quantum *MAR* 18 hac *om. MA* 19 membranis quibus *V* 20 si me *f l r m* 21 egisse *post* parum *om. m* 22 cogitas *om. V* orationes *A* orator, *m. 2* oratorum *R* 23 librorum quae *MAR* libros et quae sunt *a e f* omnes] omnes quaestiones *l r m* pretermi*si (*fuit* s) *R*

querer. nam de ceteris possem etiam decenter interrogari, si mihi quisquam res ipsas non de libris Ciceronis sed per se ipsas tractandas dissoluendasque proferret; in illis autem res ipsae nunc nostrae professioni minus congruunt. haec autem omnia non facerem, nisi me post aegritudinem, in qua eram, cum homo tuus uenisset, aliquantum ab Hippone remouerem. quibus item diebus perturbatione ualitudinis febribusque repetitus sum. inde factum est, ut tardius, quam possent, tibi haec mitterentur. quae quo modo acceperis, rescripta flagito.

## CXIX.

### DOMINO SANCTO AC BEATISSIMO PAPAE AUGUSTINO CONSENTIUS.

1 Iam quidem sancto mihique cunctis animi uirtutibus admirando fratri tuo Alypio episcopo genus petitionis meae breui sermone suggesseram sperans, precum mearum ut apud te esse adiutor dignaretur. sed quia praesentiam mihi tuam ea, quae ad uillam ire compulit, causa fraudauit, malui litteris precem inserere quam expectationem animi fluctuare, maxime cum id, quod postulo, si mihi concedi oportere perspexeris. adiuuare sensum tuum altissima mysteria perscrutantem loci ipsius, ut arbitror, in quo nunc consistis, ualeat solitudo.

1 possim etiam *A* etiam possem *R* 4 ipsa *MA* professione *V* autem *om.* *P*[1]*V* 5 non *om.*, *m. 1 add.* *P* in qua eram *m. 2 ex* inqueram *P* inquiram *M* 6 mouerem *M* remouissem *l r m* 7 febribus querē petitus (*pro* que *ras.* q.) *M* 8 ut] quod *R* 9 Explicit epistula sancti agustini ad dioscorum *M* explicit epistula sancti augustini episcopi ad dioscorum *P*

*B* = *cod. Bononiensis 58, 12 S s. IX.*
*O* = *cod. Audomaropolitanus 142 s. XIII.*
*P* = *cod. Parisinus 1929 s. XIII.*
*T* = *cod. Trecensis 40 s. XIII.*

14 episcopo *om.* *OT* *edd. praeter m* 15 ut *om.* *B* 16 adiutor esse *P* tua (*m. 2* tuā) meaque ad *B* 18 *post* quam *m. 2 add.* p *B* 20 p̄scrutantem *cum ras. 1—2 litt. post* p̄ (*supra* p̄ *m. 2* ł p) *B*

ego igitur cum apud memet ipsum prorsus definierim ueritatem rei diuinae ex fide magis quam ex ratione percipi oportere — si enim fides sanctae ecclesiae ex disputationis ratione, non ex credulitatis pietate adprehenderetur, nemo praeter philosophos atque oratores beatitudinem possideret. sed quia placuit deo, qui *infirma huius mundi elegit, ut confundat fortia, per stultitiam praedicationis saluare credentes*, non tam ratio requirenda de deo quam auctoritas est sequenda sanctorum. nam profecto neque Arriani, qui filium, quem genitum confitemur, iuniorem putant, in hac impietate persisterent neque Macedoniani spiritum sanctum, quem neque genitum neque ingenitum credimus, quantum in ipsis est, a diuinitatis arce detruderent, si scripturis sanctis magis quam suis ratiocinationibus accommodare fidem mallent —

2 tamen tu, uir admirabilis, si tibi ille pater noster solus conscius secretorum, *qui habet clauem Dauid*, serenissimo cordis obtutu caelorum machinam penetrare concessit et *reuelata*, ut scriptum est, *facie gloriam domini speculari*, in quantum tibi ille, qui huius modi cogitationem dedit, promendi dederit facultatem, enuntia nobis aliquam ineffabilis substantiae portionem et imaginem similitudinis eius ipso adiuuante exprimere, in quantum potes, uerbis enitere, quoniam, nisi tu tantae rei dux ac magister adfueris, uelut lippientibus oculis prospicere in eam tanti luminis repercussa fulgore cogitatio nostra formidat. intra ergo in illam, quae nostros arcet intuitus, mysteriorum dei obscurissimam nubem et quaestiunculas, in quibus absoluendis me

1—9 = p. 705, 26—706, 7   6 I Cor. 1, 27; 21   16 Apoc. 3, 7   18 II Cor. 3, 18

1 diffinierim *O* diffinirem *T*   2 diuinae rei *P*   5 et *O*   possideret beatitudinem *signis corr. T*   6 mundi huius *edd.* (*s om.* huius *sec. sacr. litt.*)   9 sequenda] requirenda *PT*   10 quem *om.*, *m. 2 add. B*   minorem *edd.*   11 impie | te *O*   13 deducerent *P*   16 serenissimi *m*   18 ut] ē (*del. m. 1*) ut *T*   20 pro▒▒mendi (*ras. 1—2 l.*) *B*   22 uerbis] nobis *P*   23 ac] et *T*   25 cogitatio nostra] cogitationum *PT*   intrat *T*   27 et *om. PT edd.*

errasse cognosco, qui auctoritatem sanctitatis tuae fide magis sequi uolo quam rationis corde conceptae falsa imagine deprauari, primum in memet ipso, dehinc in libris corrige.

3 Ego si quidem in circumspecta admodum simplicitate audiens credensque dominum Iesum lumen esse de lumine, sicut scriptum est: Bene nuntiate diem de die salutare eius et in Sapientia Salomonis: Candor est enim lucis aeternae, credebam deum, quod licet credere, ut dignum est, non ualebam, tamen esse inaestimabilis cuiusdam lucis infinitam magnitudinem, cuius nec qualitatem aestimare nec quantitatem metiri nec speciem fingere quamquam sublime cogitans mens humana sufficeret, tamen esse illud quiddam, quicquid est, cui adsit incomparabilis forma, adsit inaestimabilis pulchritudo, quam etiam carnalibus oculis saltem Christus aspiciat, cum ergo circa finem primi libri, sicut procul dubio meminisse dignaris, cupiens comprobare dominum Iesum Christum, id est hominem adsumptum ita diuinam potentiam possidere, ut materia carnis humanae, quam susceperat, permaneret, — cum in illis uisceribus nihil aliud quam infirmitatem perisse docuissem, illius mihi nodus quaestionis obiectus est: 'Si', inquit, 'homo ille, quem adsumpsit Christus, in deum uersus est, ergo localis esse non debuit; cur ergo post resurrectionem dixit: Noli me tangere; nondum enim ascendi ad patrem meum?'

4 Ego igitur elaborans adprobare ubique esse Christum uirtute non corpore, diuinitate non carne de unitate dei et

6 Ps. 95, 2 7 Sap. 7, 26 23 Ioh. 20, 17

1 errare *OPT edd.* 4 inciscum | specta *T* 5 *post* Iesum *ras.* (*fuit* christum) *B* iesum christum *P edd.* 7 enim est *O* 10 *ante* magnitudinem *ras. 4—5 l. B* 12 tamen illud esse *O* esse tamen illud *T* quidam *B* 13 forma adsit] forma (*om.* adsit) *OPT edd.* 17 id est *om., in marg. m. ut uid. 1 add. B* possidere potentiam *OPT edd.* 19 cum *om. O* quam *PT edd.* nihil *scripsi;* nisi *codd. edd.* 20 docuissem] dicimus *OPT edd. praeter m* modus *O* 22 uerus, *m. 1 corr.* uersus *B* 25 utique *O* 26 corpore] opere *OPT edd.*

personarum trinitate huiusce modi uerba conscripsi: 'Deus', inquam, 'unus est, personae tres sunt. deus indiscretus est, personae discretae sunt. deus intra omnia, trans omnia est, ultima includit, media implet, summa transcendit, ultra uniuersa et per uniuersa diffunditur; personae autem sibi constantes proprietate secernuntur, non confusione miscentur. deus ergo unus est et ubique est, quia et alius praeter illum non est et locus non est uacuus, ubi esse alius possit. plena sunt deo omnia et praeter deum nihil est. ipse est in patre, ipse in filio, ipse in spiritu sancto ac per hoc pater et filius et spiritus sanctus non plures dei, sed ipse unus deus est; et non est ipse pater, qui est filius, nec filius, qui spiritus sanctus. pater in filio est, filius in patre, in utroque spiritus sanctus, quia in tribus numero non ordine, id est personis non uirtute discretis unus atque indiuisibilis habitat deus. omnia, quae patris sunt, filii sunt et, quae filii sunt, patris sunt et, quae utriusque sunt, spiritus sancti sunt, quia non quasi aequalem sed eandem, id est unitam non separatam possident substantiam deitatis; et ideo uel maiestate uel aetate alter alterum non praecedit, quia diuidi, quod plenum est, non potest nec est in plenitudine aliquid, quod possit plenitudinem separare et maiórem uni minorem alteri facere portionem. in personis autem non ita est, quia patris persona non est filii nec filii persona eadem est spiritus sancti. una uirtus est, quam trina possidet uirtus, una substantia est, in qua tria sunt, quae subsistunt. pater ergo et filius et spiritus sanctus maiestate ubique sunt, quia unum sunt, personis tantum apud se sunt, quia tres sunt'. et reliqua huius modi texens rem eo usque deduxi, ut praesentes quidem et

1 huiusmodi *OPT edd.* 2 unus est et personae *edd.* 5 s̄i, *m. 2 supra* sibi *B* sunt *OPT edd. praeter m* 10 per] post *OPT edd. praeter m* 11 dī (= dei) *BT* dii *OP edd.* est deus *OPT edd.* 12 qui est spiritus *edd.* 17 utriusq̄ *cum parua post* q̄ *ras. B* non quasi *om. OPT edd. praeter m* 18 unicam *edd.* 22 reparare *OPT edd. praeter m* minorem] maiorem *OT* 26 et *post* ergo *om., m. 1 (?) add. B* 27 ubique est quia *T*

ubique esse personas sed illa, quae supra caelos trans maria ultra inferos una atque eadem est, maiestate firmarem. ex quo intellegi debere monstrabam hominem, quem Christus adsumpsit, in deum quidem uersum susceptam non amisisse naturam, non tamen quasi quartam credi posse personam.

5 Sed tu, uir, cui caelum, ut arbitror, ipsum subtilitate cogitationum intrare concessum est — uerax etenim est, qui ait: Beati mundo corde, quia ipsi deum uidebunt—, super omnia sidera ad ipsam contemplationem altitudinem mundi cordis adtollens ais non tamquam aliquod corpus debere cogitari deum; nam etiam si quispiam animo lucem milies, quam huius solis est, clariorem maioremque confingat, nullam illic dei similitudinem comprehendi posse, quia corpus est omne, quod cerni potest; sed sicut iustitiam uel pietatem corpoream cogitare non possumus, nisi forte aliqua nobis feminea corpora gentili uanitate fingamus, ita et deum sine aliqua phantasiae simulatione, in quantum possumus, cogitandum. mihi autem, qui subtilitatem disputationis tuae percipere admodum corde uix possum, uidebatur nihil uiuum secundum substantiam inesse iustitiae ideoque non possum adhuc deum, id est uiuentem naturam iustitiae similem cogitare, quia iustitia non in se sed in nobis uiuit, immo potius nos secundum iustitiam uiuimus, ipsa uero per se iustitia nequaquam

8 Matth. 5, 8   19—p. 703, 2 = p. 719, 25—720, 3; 721, 10—12

1 illam *OPT edd.*   super *P*   2 maiestatem *O*   4 uerum, *m. 1 corr.* uersum *B*   susceptum *OT*   amissise *B*   5 posse *om. OPT edd. praeter m*   6 ipsum *om. O*   8 quoniam *T edd. sec. Vulg.*   10 adtolles *B* attollis *OPT edd.; scripsi* adtollens   deberi *B*   12 huius] h̄/// (*parua ras.*) *B*   soli, *m. 1 corr.* solis *B*   est *om. OPT edd.*   maiorem, *m. 1 add.* que *B* initioremque (ini *incertum; fortasse* im *aut* int) *O* mitioremque *PT* intentioremque *f l s* interioremque *r* intensioremque *m*   14 *ante* quod *ras. 2—3 litt. B*   15 aliqua forte *OPT edd.*   18 t̄e (*i. e.* tuae) *B* tempe *O* tempore *PT* tepido *edd.*   19 uidebatur mihi nihil *BPT*   23 per se iustitia per se nequaquam *B* iustitia per se nequaquam *OT edd.* iustitia nequaquam per se *P; cf. p. 720, 3*

uiuit, nisi forte non huius humanae aequitatis sed illa, quae deus est, sola adseratur esse iustitia.

6 Unde confirmari me ex omnibus non solum praesentibus uerbis sed etiam pleniori epistula uelim. neque enim fas est, ut nostri tantum pedes ab ista, in qua multi ingredimur, erroris uia te monente reuocentur. cum enim multi in illis, in quibus habitamus, insulis dum recto ad uiam pergunt aggere, in tramitem tortuosi huius erroris incurrerint, eritne aliquis illic Augustinus, cuius auctoritati cedant, cuius doctrinae credant, cuius ingenio superentur? an forte ex illo paternitatis affectu mauis me occulta admonitione dirigere quam uelut comitem praui itineris increpare? sed mihi pro utilitate animae magis quam pro saeculi laude currere cupienti non est inutilis ac perinde etiam non amara coargutio tua, maxime cum et mihi et ceteris uitam simul laudemque paritura sit, nemo si quidem tam iniustus esse arbiter potest, qui me ex eo, quod aliquando deuia sum secutus, stultitiae denotare malit, quam ex eo, quod recta delegerim, prudenter iudicare cunctetur. neque enim stulti aestimandi sunt, quos Paulus apostolus, ne in incertum currerent, admonebat dicens: Sic currite, ut adprehendatis. quapropter uia ista, quam currimus, non solum relinquenda nobis uerum etiam intercludenda atque praecidenda tibi est, ne forte etiam eos fallaci dilectionis simulatione frustretur. tu enim non editorum iam a me librorum lector sed probandorum emendator, ni fallor, electus es. nam in illa epistula, quam in illis libellis meis uelut praefatiunculam praetuli, huius modi uerba conscripta

20 I Cor. 9, 24

1 huius] *p. 721, 10* haec 2 asserat *PT* 4 uerbis *om. OPT edd. praeter m* 6 mouente *OT* 11 commonitione *OPT edd.* 14 proinde *edd.* 16 arbiter] ut arbitror *OPT edd.* 17 ali∗quando *B* 18 recta *om. OPT edd. praeter m* dilegerim *B* 21 comprehendatis *OPT edd. sec. Vulg.* quapropter] quia *OPT edd. praeter m* 23 tibi *om. OPT m* nobis *cett. edd.* 24 frustrentur *OPTflr* frustremur *s* 25 lectori *OPT* emendatori *OPT* 26 meis libellis *OPT edd.* 27 modi *om. P*

sunt: 'Placuit', inquam, 'fluctuantem fidei nostrae cymbam beati Augustini episcopi stabilire sententia'. cur ergo, uir doctrinae huius, quae in Christo est, culmen, arguere palam corrigendum de cetero filium dubitas, cum sententiae tuae ancora, nisi morsum altius presserit, nos certius stabilire non possit? non enim leuis aut culpa aut quaestio est, in qua non solum nihil profecit, uerum etiam, sicut a te fortissime dictum est, quasi cuiusdam idolatriae crimen caecitas nostrae cogitationis incurrit. hanc a te caute prudenterque discuti uellem, ut doctrinae tuae ingeniique serenitas ita nebulam nostrae mentis abstergat, ut, quod nunc cogitare non possumus, intellegentiae a te lumine declaratum oculis cordis uidere ualeamus. incolumis ac beatus nostrique in aeternum memor caelestia regna possideas, domine sancte ac beatissime papa.

## CXX.

FRATRI DILECTISSIMO ET IN CHRISTI VISCERIBUS HONORANDO CONSENTIO AUGUSTINUS IN DOMINO SALUTEM.

I 1 Ego propterea, ut ad nos uenires, rogaui, quoniam in libris tuis ualde sum tuo delectatus ingenio. proinde uolui, ut quae-

9—13 = p. 705, 19—23

6 culpa aut] culpata *OPT edd. praeter s* culpa *s* est *om. OPT edd.* 7 sicut] post *OPT* post ut *edd.* dictus *OPT* 8 quasi cuiusdam *om. OPT edd.* idololatriae *edd.* 10 perhennitas *OPT* 12 lumine *om. codd. edd. praeter r m; cf. p. 705, 22* 13 nostrique *om. OPT edd.* memor] mei memor *m*

*B* = *cod. Bononiensis 58, 12 S s. IX.*
*O* = *cod. Audomaropolitanus 142 s. XIII.*
*P* = *cod. Parisinus 1929 s. XIII.*
*T* = *cod. Trecensis 40 s. XIII.*
*T*[1] = *idem iterum*

*Eugippi excerpta (ed. P. Knoell):*
*p. 711, 3—718, 25 = p. 710, 27* (cogitationis) — *715, 17*
*p. 718, 26—721, 21 = p. 719, 14* (restat) — *722, 13* (iustior)

19 tuo sum *P*

dam nostra opuscula, quae arbitratus sum tibi esse necessaria, non procul a nobis positus sed potius apud nos legeres, ut ea, quae forte minus intellexisses, non difficulter praesens interrogares atque ex nostra sermocinatione mutuoque conloquio, quantum dominus et nobis promere et tibi capere tribuisset, quid in libris tuis emendandum esset, ipse cognosceres, ipse emendares. eius quippe es facultatis, ut possis, quae senseris, explicare, eius porro probitatis et humilitatis, ut merearis uera sentire. et nunc in eadem sum, quae nec tibi debet displicere, sententia, unde te nuper admonui, ut in his, quae a nobis elaborata apud te legis, signa facias ad ea loca, quae te mouent, et cum his ad me uenias et de singulis quaeras. nondum quae fecisti, exhortor, ut facias. recte quippe uerecundareris ac te pigeret id agere, si uel semel uoluisses et me difficilem repperisses. illud quoque dixeram, cum a te audissem, quod mendosissimis fatigareris codicibus, ut in nostris legeres, quos emendatiores posses ceteris inuenire.

2 Quod autem petis, ut quaestionem trinitatis, hoc est de unitate diuinitatis et discretione personarum caute prudenterque discutiam, ut doctrinae meae, sicut dicis, ingeniique serenitas ita nebulam uestrae mentis abstergat, ut, quod nunc cogitare non potestis, intellegentiae a me lumine declaratum oculis quodam modo uidere possitis, uide prius, utrum ista petitio cum tua superiore definitione concordet. superius quippe in eadem ipsa epistula, in qua hoc petis, apud temet ipsum definisse te dicis 'ueritatem ex fide magis quam ex

19—23 = p. 704, 9—13 26—p. 706, 7 = p. 699, 1—9

2 potius *om.* $T^1$ 7 es] ē *O* quae] ea quae *OPTT*$^1$ *edd.* 9 debet *om. P* 11 elaborate *B* 13 nondumq. fecisti et exhortor *B* 17 ceteris posses *T* 21 abstergeat (*post.* e *radi coepta*) *B; cf. p. 704, 11* 22 po-t'is *OTT*$^1$ poteris *P* potes *edd. praeter m* declarato oculis quodam modo uidere possitis *B* declarationis quodam modo uidere possis *OPTT*$^1$ *edd. praeter m; cf. p. 704, 12* 23 prius *om.* $T^1$ 24 superiori diffinitione *OPTT*$^1$*f* superiori definitione *cett. edd.* 26 diffinisse *PT*$^1$ ex fide ueritatem magis *OTT*$^1$ *edd.* ex fide magis ueritatem *P*

ratione percipi oportere; si enim fides', inquis, 'sanctae ecclesiae ex disputationis ratione et non ex credulitatis pietate adprehenderetur, nemo praeter philosophos atque oratores beatitudinem possideret. sed quia placuit deo', inquis, 'qui infirma huius mundi elegit, ut confunderet fortia, per stultitiam praedicationis saluos facere credentes, non tam ratio requirenda quam auctoritas est sequenda sanctorum'. uide ergo, secundum haec uerba tua ne potius debeas maxime de hac re, in qua praecipue fides nostra consistit, solam sanctorum auctoritatem sequi nec eius intellegentiae a me quaerere rationem. neque enim cum coepero te in tanti huius secreti intellegentiam utcumque introducere, quod, nisi deus intus adiuuerit, omnino non potero, aliud disserendo facturus sum quam rationem, ut potero, redditurus. quam si a me uel a quolibet doctore non inrationabiliter flagitas, ut, quod credis, intellegas, corrige definitionem tuam, non ut fidem respuas, sed ut ea, quae fidei firmitate iam tenes, etiam rationis luce conspicias.

3 Absit namque, ut hoc in nobis deus oderit, in quo nos reliquis animantibus excellentiores creauit. absit, inquam, ut ideo credamus, ne rationem accipiamus siue quaeramus, cum etiam credere non possemus, nisi rationales animas haberemus. ut ergo in quibusdam rebus ad doctrinam salutarem pertinentibus, quas ratione percipere nondum ualemus sed aliquando ualebimus, fides praecedat rationem, qua cor mundetur, ut magnae rationis capiat et perferat lucem, et hoc utique rationis est. et ideo rationabiliter dictum est per prophetam: Nisi credideritis, non intellegetis. ubi procul dubio discreuit haec duo deditque consilium, quo prius credamus, ut id, quod credimus, intellegere ualeamus. proinde ut fides praecedat

4 I Cor. 1, 27; 21 26 Es. 7, 9 sec. Septuag.

3 philosophus *B* 4 inquis deo *OPT edd.* 7 ergo si secundum *T*[1] 16 diffinitionem *codd.* 19 ut ideo] ne ideo *OP* (*bis, alterum del.*) *TT*[1] *edd. praeter m* 20 ne] ut *OPTT*[1] *edd. praeter m* 21 rationabiles *O* 23 nondum percipere *O edd.* 25 lucem hoc (*om.* et) *OPTT*[1] *edd.* 27 intellegitis *B* 29 debeamus *codd.* ualeamus *edd.; cf. u. 23 et p. 708, 11*

rationem, rationabiliter iussum est. nam si hoc praeceptum rationabile non est, ergo inrationabile est; absit. si igitur rationabile est, ut magnam quandam, quae capi nondum potest, fides antecedat rationem, procul dubio quantulacumque ratio, qua hoc persuadet, etiam ipsa antecedit fidem.

4 Propterea monet apostolus paratos nos esse debere ad responsionem omni poscenti nos rationem de fide et spe nostra, quoniam, si a me infidelis rationem poscit fidei et spei meae et uideo, quod ante, quam credat, capere non potest, hanc ipsam ei reddo rationem, in qua, si fieri potest, uideat, quam praepostere ante fidem poscat rationem earum rerum, quas capere non potest; si autem iam fidelis rationem poscat, ut, quod credit, intellegat, capacitas eius intuenda est, ut secundum eam ratione reddita sumat fidei suae, quantam potest, intellegentiam, maiorem, si plus capit, minorem, si minus, dum tamen, quousque ad plenitudinem cognitionis perfectionemque perueniat, ab itinere fidei non recedat. hinc est, quod dicit apostolus: Et si quid aliter sapitis, id quoque uobis deus reuelabit; uerum tamen in quod peruenimus, in eo ambulemus. iam ergo si fideles sumus, ad fidei uiam perueniemus, quam si non dimiserimus, non solum ad tantam intellegentiam rerum incorporearum et incommutabilium, quanta in hac uita capi non ab omnibus potest, uerum etiam ad summitatem contemplationis, quam dicit apostolus facie ad faciem, sine dubitatione ueniemus. nam

6 I Petr. 3, 15 18 Phil. 3, 15—16 25 I Cor. 13, 12

1 iusum, *m. 2* iussum *B* uisum *O edd.* 2 non *om.*, *m. 1 add.* *T*[1] 3 magna quandam *B* magna quaedam *OPTT*[1] *edd. praeter m* ad magna quaedam *m; scripsi* magnam quandam; *cf. p. 706, 25* magnae rationis *et p. 707, 4* quantulacumque ratio possunt *edd.* 4 praecedat *edd.* 5 quae *edd.* 6 mouet, *corr. m. 1* monet *T* apostolus] apostolus Petrus *edd.* 11 praeposcere, *m. 2* praepostere *B* ante *om. OPTT*[1] 13 secundum eam rationem redditam *P* secundum rationem redditam *OTT*[1] *edd. praeter m* 18 et tamen si *OPTT*[1] *edd.* scitis *OPT edd. praeter m* 19 reuelauit *BT*[1] (*corr. m. 1* reuelabit) 21 peruenimus *edd.* 23 ab hominibus *P* 25 facie] facie * (*fuit* f *aut* s) *B* perueniemus *edd.*

quidam etiam minimum et tamen in uia fidei perseuerantissime gradientes ad illam beatissimam contemplationem perueniunt, quidam uero, quid sit natura inuisibilis, incommutabilis, incorporea, utcumque iam scientes et uiam, quae ducit ad tantam beatitudinis mansionem, quoniam stulta illis uidetur, quod est Christus crucifixus, tenere recusantes ad quietis ipsius penetrale, cuius iam luce mens eorum uelut in longinqua radiante perstringitur, peruenire non possunt.

5 Sunt autem quaedam, quae cum audierimus, non eis accommodamus fidem et ratione nobis reddita uera esse cognoscimus, quae credere non ualemus. et uniuersa dei miracula ideo ab infidelibus non creduntur, quia eorum ratio non uidetur. et re uera sunt, de quibus ratio reddi non potest, non tamen non est; quid enim est in rerum natura, quod inrationabiliter fecerit deus? sed quorundam mirabilium operum eius etiam expedit tantisper occultam esse rationem, ne apud animos fastidio languidos eiusdem rationis cognitione uilescant. sunt enim et hi multi sunt, qui plus tenentur admiratione rerum quam cognitione causarum, ubi miracula mira esse desistunt, et opus est eos ad inuisibilium fidem uisibilibus mirabilibus excitari, ut puritate purgati eo perueniant, ubi familiaritate ueritatis mirari desinant. nam et in theatris homines funiambulum mirantur, musicis delectantur; in illo stupetur difficultas, in his retinet pascitque iucunditas.

6 Haec dixerim, ut fidem tuam ad amorem intellegentiae cohortarer, ad quam ratio uera perducit et cui fides animum praeparat. nam illa, quae persuasit in ea trinitate, quae est deus, filium patri non esse coaeternum uel alterius esse sub-

1 minimi *edd.* 5 tantae *edd.* 6 temere $T^1$ 7 lucem *B* 9 accommodamus eis *P* 11 leuamus, *m. 2 supra* nolebamus *B* 17 cognitione* (s *eras.?*) *T* uilescat $T^1$ 18 hi *om.* *OPTT*$^1$ *edd.* 20 mirabilibus] miraculis *edd.* 21 puritate] caritate *m* 22 desistant *OPT edd.* funambulum *OPTT*$^1$ (*corr. m. 1 ex* fimambulum) *edd.; cf. Aug. in psalm. XXXIX, 9* 23 stupet *OPTT*$^1$ *edd.* 24 retinetur *OTT*$^1$ 26 cohorter *edd.* 28 *post* filium *ras. 6 l.* (*fuisse uid.* filium) *B*

stantiae atque aliqua parte dissimilem et eo modo inferiorem spiritum sanctum, itemque illa, quae persuasit patrem et filium unius eiusdemque, spiritum uero sanctum alterius esse substantiae, non ideo, quia ratio est, sed quia falsa ratio est, cauenda et detestanda dicenda est. si autem ratio uera esset, non utique errasset. quapropter sicut non ideo debes omnem uitare sermonem, quia est et sermo falsus, ita non debes omnem uitare rationem, quia est et falsa ratio. hoc et de sapientia dixerim; neque enim propterea sapientia deuitanda est, quia est et falsa sapientia, cui stultitia est Christus crucifixus, qui est dei uirtus et dei sapientia, et ideo per hanc stultitiam praedicationis placuit deo saluos facere credentes, quoniam, quod stultum est dei, sapientius est hominibus. hoc quibusdam philosophorum et oratorum non ueram uiam sed ueri similem sectantibus et in ea se ipsos aliosque fallentibus persuaderi non potuit, quibusdam uero eorum potuit. et quibus potuit, neque scandalum est Christus crucifixus neque stultitia; in his enim sunt, quibus uocatis Iudaeis et Graecis dei uirtus est et dei sapientia. in qua uia, id est in cuius Christi crucifixi fide, qui eius rectitudinem per dei gratiam comprehendere potuerunt, et si philosophi appellati sunt siue oratores, profecto humili pietate confessi sunt sibi longe excellentius in ea fuisse praeuios piscatores non solum credendi firmissimo robore uerum etiam intellegendi certissima ueritate. cum enim didicissent ad hoc electa esse stulta mundi et infirma, ut sapientia confunderentur et fortia, seque cognouissent fallaciter sapere et inbecilliter praeualere, confusi salubriter facti sunt stulti et infirmi, ut per stultum et

10 I Cor. 1, 18; 24; 21; 25  19 I Cor. 1, 24  26 I Cor. 1, 27  29 I Cor. 1, 25

1 alia *O*  5 si autem] nam si *OPTT*$^1$ *edd.*  6 ideo non *O*  8 omnem *om.* *O*  9 uitanda *OPTT*$^1$ *edd.*  14 *hoc *B*  17 eorum non potuit *P*  19 iis *edd.*  25 firmissimi robure *B*  certissimam ueritatem *B*  26 stulta esse *OPTT*$^1$ *edd.*  27 fortia et sapientia confunderentur *P* *edd.*  et fortia *om.* *OTT*$^1$  28 inbecilli, *m. ut uid.* *2* inbecillia *B* imbecilla *T*$^1$

infirmum dei, quod sapientius et fortius est hominibus, inter electa stulta et infirma fierent ueraciter sapientes et efficaciter fortes.

II 7 Cui autem nisi uerissimae rationi fidelis pietas erubescit, ut quandam idolatriam, quam in corde nostro ex consuetudine uisibilium constituere conatur humanae cogitationis infirmitas, non dubitemus euertere nec audeamus credere ita esse trinitatem, quam inuisibilem et incorpoream atque incommutabilem colimus, quasi tres quasdam uiuentes moles licet maximas et pulcherrimas suorum tamen locorum spatiis propriis terminatas et sibimet in suis locis contigua propinquitate cohaerentes, siue una earum sic in medio constituta, ut duas dirimat sibi ex lateribus singulis iunctas, siue in modum trigoni duas ceteras unaquaeque contingat, ut nulla ab aliqua separetur; earumque trium tantarum ac talium personarum licet in grandi ualde molibus tamen a summo et imo et circumquaque terminatarum unam esse diuinitatem aliquid quartum nec talem, qualis est aliqua ex illis, sed communem omnibus tamquam numen omnium et in omnibus et in singulis totum, per quam unam diuinitatem dicatur eadem trinitas unus deus; eiusque tres personas nusquam esse nisi in caelis, illam uero diuinitatem nusquam non esse sed ubique praesentem; ac per hoc recte quidem dici deum et in caelo esse et in terra propter illam diuinitatem, quae ubique sit tribusque communis sit, non autem recte dici patrem esse in terra uel filium uel spiritum sanctum, cum huic trinitati sedes non nisi in caelo sit? istam cogitationis carnalis compositionem uanumque figmentum ubi uera ratio labefactare incipit, continuo

1 firmum, *m. ut uid.* *2* infirmum *B* 5 idololatriam *edd.* 6 consistere *OPTT*[1] 10 locorum *om. OPT edd.* spatis *B* 12 sic] sit *edd.* 15 licet grandium ualde *O* 17 aliquid quartam *PTT*[1] *flr* aliquam quartam *m* quasi quartam *O* 18 aliqua] una *OPT edd. praeter m* 19 numen] unum *edd. praeter m* 20 trinitas, *m. 2 supra* diuinitas *B* 21 eiusque] eius *PTT*[1] 24 sit] ē *OTT*[1] *edd. praeter m* 25 sit *om. m* 26 cum] cui.... *P* cui *OTT*[1] *edd. praeter m* sedes] fides *OPTT*[1] *edd. praeter m* 28 labefactari, *corr. m. 1* labefactare *T*[1] incipiet *Eugippi cod. Vat.* coeperit *Eugippi cod. Ambr.*

intus illo adiuuante atque inluminante, qui cum talibus idolis in corde nostro habitare non uult, ita ista confringere atque a fide nostra quodam modo excutere festinamus, ut ne puluerem quidem ullum talium phantasmatum illic remanere patiamur.

8 Quam ob rem nisi rationem disputationis, qua forinsecus admoniti ipsi intrinsecus ueritate lucente haec falsa esse perspicimus, fides in nostro corde antecessisset, quae nos indueret pietate, nonne incassum, quae uera sunt, audiremus? ac per hoc, quoniam id, quod ad eam pertinebat, fides egit, ideo subsequens ratio aliquid eorum, quae inquirebat, inuenit. falsae itaque rationi non solum ratio uera, qua id, quod credimus, intellegimus, uerum etiam fides ipsa rerum nondum intellectarum sine dubio praeferenda est. melius est enim quamuis nondum uisum credere, quod uerum est, quam putare te uerum uidere, quod falsum est. habet namque fides oculos suos, quibus quodam modo uidet uerum esse, quod nondum uidet, et quibus certissime uidet nondum se uidere, quod credit. porro autem qui uera ratione iam, quod tantum modo credebat, intellegit, profecto praeponendus est ei, qui cupit adhuc intellegere, quod credit; si autem nec cupit et ea, quae intellegenda sunt, credenda tantum modo existimat, cui rei fides prosit, ignorat; nam pia fides sine spe et sine caritate esse non uult. sic igitur homo fidelis debet credere, quod nondum uidet, ut uisionem et speret et amet.

9 Et uisibilium quidem rerum praeteritarum, quae temporaliter transierunt, sola fides est, quoniam non adhuc uidenda sperantur, sed facta et transacta creduntur, sicut est illud, quod Christus semel pro peccatis nostris mortuus

29 I Petr. 3, 18; Rom. 6, 9—10

1 illo intus *edd.* 2 in cordibus nostris *edd. praeter m* 3 excusare *Eugippi cod. Vat.* 4 ullum] illum *PT*[1] manere *Eugippi cod. Vat.* 7 ipsa *edd.* 8 in corde nostro *edd.* in***du*eret *B* induceret (c *exp.*) *T* 17 uerum esse uidet *P* 18 se uidere] re uidere *OTT*[1] reuidere *P* 19 quod] quę *OPT* que *T*[1] 24 ergo *O* quod nondum uidet credere *OPTT*[1]

est et resurrexit nec iam morietur et mors ei ultra non dominabitur. ea uero, quae nondum sunt, sed futura sunt sicut nostrorum spiritalium corporum resurrectio, ita creduntur, ut etiam uidenda sperentur; sed ostendi modo nullo possunt modo. quae uero ita sunt, ut neque praetereant neque futura sint, sed aeterna permaneant, partim sunt inuisibilia sicut iustitia, sicut sapientia, partim uisibilia sicut Christi inmortale iam corpus. sed inuisibilia intellecta conspiciuntur ac per hoc et ipsa modo quodam sibi congruo uidentur et, cum uidentur, multo certiora sunt quam ea, quae corporis sensus adtingit; sed ideo dicuntur inuisibilia, quia oculis istis mortalibus uideri omnino non possunt. at illa, quae uisibilia sunt permanentia, possunt, si ostendantur, etiam his mortalibus oculis conspici, sicut se discipulis post resurrectionem dominus ostendit, sicut etiam post ascensionem apostolo Paulo et diacono Stephano.

10 Proinde ista uisibilia permanentia ita credimus, ut, etiam si non demonstrentur, speremus ea nos quandoque uisuros nec ea conemur ratione intellectuque comprehendere, nisi ut ea, quia uisibilia sunt, ab inuisibilibus distinctius cogitemus, et, cum cogitatione, qualia sint, imaginamur, satis utique nouimus ea nobis nota non esse. nam et Antiochiam cogito incognitam sed non sicut Carthaginem cognitam; illam quippe uisionem cogitatio mea fingit, hanc recolit; nequaquam tamen dubito, siue quod de illa testibus multis siue quod de ista meis aspectibus credidi. iustitiam uero et sapientiam et quicquid eius modi est non aliter imaginamur, aliter contuemur,

8 Rom. 1, 20 14 Matth. 28, 9—10; Marc. 16, 5—7; 9; 12—14; Luc. 24, 4—7; 15; 36; Ioh. 20, 14; 19; 26; 21, 1 15 Act. 9, 3—5; 7, 55

1 moritur *P edd. Eugippi cod. Vat. sec. sacr. litt.* 12 ist*is (*pr.* i *in ras.*) *B* at] aut *BT* ut $T^1$ 13 *uisibilia *B* 16 Stephano diacono *edd.* 18 demonstrarentur *O* 19 ratione uel intellectu *OPT in* intellectu rationeque $T^1$ ut *om.* *O* 20 quia uisibilia] quae inuisibilia *OT* 22 cogita *B* 23 illam *om.* *BPTT*$^1$ 26 credidit (t *exp.*) *P* 27 eiusmodi* est *B* imaginam' (= imaginamus) *O*

sed haec inuisibilia simplici mentis atque rationis intentione intellecta conspicimus sine ullis formis et molibus corporalibus, sine ullis liniamentis figurisque membrorum, sine ullis localibus siue finibus siue spatiis infinitis. ipsumque lumen, quo cuncta ista discernimus, in quo nobis satis apparet, quid credamus incognitum, quid cognitum teneamus, quam formam corporis recordemur, quam cogitatione fingamus, quid corporis sensus adtingat, quid imaginetur animus simile corpori, quid certum et omnium corporum dissimillimum intellegentia contempletur, hoc ergo lumen, ubi haec cuncta diiudicantur, non utique sicut huius solis et cuiusque corporei luminis fulgor per localia spatia circumquaque diffunditur mentemque nostram quasi uisibili candore conlustrat, sed inuisibiliter et ineffabiliter et tamen intellegibiliter lucet tamque nobis certum est, quam nobis effecit certa, quae secundum ipsum cuncta conspicimus.

11 Cum igitur tria sint rerum genera, quae uidentur, unum corporalium, sicut sunt caelum et terra et quicquid in eis corporeus sensus cernit et tangit, alterum simile corporalibus, sicut sunt ea, quae spiritu cogitata imaginamur siue recordata uel oblata quasi corpora contuemur, unde sunt etiam uisiones, quae uel in somnis uel in aliquo mentis excessu his quasi localibus quantitatibus ingeruntur, tertium ab utroque discretum, quod neque sit corpus neque habeat ullam similitudinem

1 intentione *om.*, *s. u. add. P* 2 modulis *Eugippi cod. Vat.* 4 siue] sine *O; om. edd. praeter m* finibus] finitis *m* siue] sine *O edd. praeter m* 7 corporis, *supra* (*m. 1 ?*) sensu *signo inter* formam *et* corporis *interiecto O* cogitatione] cogitationem corporis *PTT*$^1$ 8 imaginatur *B* corpori* (s *eras.*) *B* 9 dissimilium *T*$^1$ intellegentia *om. T*$^1$ 12 fulgore *Eugippi cod. Vat.* 13 conlustrat, *m. 2* illustrat *B* illustrat *edd. praeter a* 14 intelligenter *OPTT*$^1$ tamque] tanquam *TT*$^1$ nobis] uerbis *OPTT*$^1$ 15 efficit *OT*$^1$ *edd. Eugippi cod. Vat.* efficet *Eugippi cod. Ambr.* 17 sint] s *B* rerum *om. OTT*$^1$ 18 sunt] hunc *B Eugippi cod. Paris. 11642 et Vercell.* hoc *OPTT*$^1$ *edd. Eugippi cod. Vat. et Ambr.; conieci* sunt terra] haec terra *edd. praeter a e* 21 oblita *OPTT*$^1$ *m* corporea (e *exp*) *O* 22 excessu mentis *O* hiis *O* 24 ullam habeat *edd. praeter a e*

corporis, sicuti est sapientia, quae mente intellecta conspicitur et in cuius luce de his omnibus ueraciter iudicatur, in quo istorum genere credendum est esse istam, quam nosse uolumus, trinitatem? profecto aut in aliquo aut in nullo. si in aliquo, eo utique, quod est aliis duobus praestantius, sicut est sapientia. quod si donum eius in nobis est et minus est quam illa summa et incommutabilis, quae dei sapientia dicitur — puto, quod non debemus dono suo inferius cogitare donantem —. si autem aliquis splendor eius in nobis est, quae nostra sapientia dicitur, quantumcumque eius per speculum et in aenigmate capere possumus, oportet eam et ab omnibus corporibus et ab omnibus corporum similitudinibus secernamus.

12 Si autem in nullo istorum genere esse putanda est ista trinitas et sic est inuisibilis, ut nec mente uideatur, multo minus de illa huius modi opinionem habere debemus, ut eam rebus corporalibus uel corporalium rerum imaginibus similem esse credamus. non enim corpora pulchritudine molis aut magnitudine superat sed dissimilitudine ac disparilitate naturae et, si discreta est a comparatione bonorum animi nostri, qualia sunt sapientia, iustitia, caritas, castitas et cetera talia, quae profecto non mole corporis pendimus nec eorum quasi corporeas formas cogitatione figuramus, sed ea, quando recte intellegimus, sine aliqua corpulentia uel similitudine corpulentiae in luce mentis aspicimus, quanto est ab omnium qualitatum et quantitatum corporalium comparatione discretior! non eam tamen a nostro

10 I Cor. 13, 12

1 sicuti est *om. T* sicut est *edd.* sapientia, *m. 2 supra ł* superbia *T* superbia *P* (*m. 2 supra* sapientia) *T*$^1$ (*m. 1 supra ł* sapia) 2 luce] laude *PTT*$^1$ *his *B* hiis *O* 3 credendum est genere *OPTT*$^1$ 6 et minus] minus (*om.* et) *codd.* 9 aliqui, *corr. m. ut uid. 2* aliquis *B* quae nostra] quaenam *PTT*$^1$ 14 esse *om. OPT lsrm* est *om. T* trinitas ista *B* (*signis corr.*) *OPTT*$^1$ 15 inuisibilis *om. OPT* 16 opinione *T* 17 rerum corporalium *T*$^1$ 22 mole corporis non *edd. praeter a e* 24 lucem *OPT*

intellectu omnino abhorrere apostolus testis est, ubi ait: Inuisibilia enim eius a constitutione mundi per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius uirtus ac diuinitas. ac per hoc, cum eadem trinitas fecerit et corpus et animam, sine dubitatione est utroque praestantior. anima itaque considerata, maxime humana et rationalis atque intellectualis, quae ad eius imaginem facta est, si cogitationes nostras et intellegentias non euicerit, sed eius, quod habet praecipuum, id est ipsam mentem atque intellegentiam mente atque intellegentia potuerimus adprehendere, non erit fortassis absurdum, ut eam ad suum quoque creatorem intellegendum ipso adiuuante meditemur adtollere. si autem in se ipsa deficit sibique succumbit, pia fide contenta sit, quam diu peregrinatur a domino, donec fiat in homine, quod promissum est, faciente illo, qui potens est, sicut ait apostolus, facere supra, quam petimus et intellegimus.

III 13 Quae cum ita sint, interim uolo, ut legas ea, quae ad istam quaestionem pertinentia iam multa conscripsimus, illa etiam, quae in manibus habemus et propter magnitudinem tam difficilis quaestionis nondum possumus explicare. nunc uero tene inconcussa fide patrem et filium et spiritum sanctum esse trinitatem et tamen unum deum, non quod sit eorum communis quasi quarta diuinitas, sed quod sit ipsa ineffabiliter inseparabilis trinitas, patremque solum genuisse filium filiumque solum a patre genitum, spiritum uero sanctum et patris esse et filii spiritum. et quicquid tibi, cum ista cogitas,

2 Rom. 1, 20   14 II Cor. 5, 6   16 Eph. 3, 20

1 omnimo (*sic!*) $T^1$ omni modo *BOT*   2 enim] etiam *OPTT*$^1$   eius *om. edd. praeter a*   3 sunt . in . c . s . (*sic!*) quoque uirtus eius $T^1$   4 uirtus ac] uirtus et *OT*   6 a*nima *B*   9 praecipuum habet *OPTT*$^1$   12 quoque ad suum creatorem *OPT* ad suum creatorem quoque $T^1$   13 sibique] uel *OT* aut *P*   17 aut *P edd. sec. sacr. litt.*   19 illā (- *m. 2?*) *B*   24 ineffabilis et inseparabilis *OPTT*$^1$ *edd. praeter m*   27 et filii esse *OPT edd.*

corporeae similitudinis occurrerit, abnue, nega, respue, abice, fuge; non enim parua inchoatio est cogitationis dei, si ante, quam possimus nosse, quid sit, incipiamus iam nosse, quid non sit. intellectum uero ualde ama, quia et ipsae scripturae sanctae, quae magnarum rerum ante intellegentiam suadent fidem, nisi eas recte intellegas, utiles tibi esse non possunt. omnes enim haeretici, qui eas in auctoritate recipiunt, ipsas sibi uidentur sectari, cum suos potius sectentur errores, ac per hoc, non quod eas contemnant, sed quod eas non intellegant, haeretici sunt.

14 Tu autem, carissime, ora fortiter et fideliter, ut det tibi dominus intellectum ac sic ea, quae forinsecus adhibet diligentia praeceptoris siue doctoris, possint esse fructuosa, quoniam, neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus, cui dicimus: Pater noster, qui es in caelis, non quia ibi est et hic non est, qui praesentia incorporea ubique totus est, sed quod in eis habitare dicitur, quorum pietati adest, et hi maxime in caelis sunt, ubi et nostra est conuersatio, si nos ueraciter os nostrum sursum cor habere respondeat. nam etsi carnaliter acciperemus, quod scriptum est: Caelum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum, et ibi et hic eum esse credere debemus, quamuis non totum ibi, quia hic essent pedes, nec totum hic, quia ibi essent superiores corporis partes. quam cogitationem carnalem rursum nobis illud excu-

5 Es. 7, 9 sec. Septuag. 11 Ps. 15, 7; 31, 8; 118, 34 al.; II Tim. 2, 7 14 I Cor. 3, 7 16 Matth. 6, 9 18 Phil. 3, 20 21 Es. 66, 1

1 abnue] abige abnue *edd.* 2 est inchoatio *edd.* cognitionis *OPTT*$^1$ *edd.* si] s* *T* 4 intellectam *OPTT*$^1$ 11 carissime frater ora *T*$^1$ 12 si, *corr. m. 1* sic *T*$^1$ 15 sed q̄ (= quae) incrementum (in *in ras. m. ut uid. 1*) *B* 17 qui *in ras.* (*m. 1?*) *B* quia *T*$^1$ est totus *OPT edd.* quia *OPTT*$^1$ *edd.* 18 inhabitare *O* hii *BO* 19 etiam *OPTT*$^1$ *edd.* conuersatio est *OPT edd.* os nostrum ueraciter *edd.* 21 acceperimus *OPTT*$^1$ *edd.* 24 totum* hic *B* 25 illud nobis *OP edd.* excutere *OPT edd.* excutere deberet *T*$^1$

teret, quod de illo scriptum est, quia caelum mensus est palmo et terram pugillo. quis enim sedeat in spatio palmi sui aut in tanto loco pedes ponat, quantum eius pugnus adprehendit? nisi forte in tantum caro uana progreditur, ut ei parum sit humana membra substantiae dei tribuere, si ea non etiam monstruosa confingat, ubi palmus lumbis et pugillus plantis ambabus coniunctisque sit latior. sed haec dicuntur, ut, cum sibi non conueniunt, quae carnaliter audimus, eis ipsis admoniti ineffabiliter spiritalia cogitemus.

15 Unde etiam si corpus domini, quod de sepulcro excitatum leuauit in caelum, non nisi in specie humana membrisque cogitamus, non tamen ita putandum est sedere ad dexteram patris, ut ei pater ad sinistram sedere uideatur. in illa quippe beatitudine, quae omnem superat humanum intellectum, sola dextera est et eadem dextera eiusdem beatitudinis nomen est. proinde nec illud, quod post resurrectionem suam dixit Mariae: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem, tam absurde accipiendum est, ut aestimemus eum, cum ascendisset, uoluisse a feminis tangi, qui se tangendum uiris ante, quam ascenderet, praebuit. sed Mariae profecto, in qua figura ecclesia est, quando illud dixit, intellegi uoluit tunc ascendisse ad patrem, cum illum patri cognouit aequalem et tali fide illum salubriter tetigit, ne, si hoc solum eum esse crederet, quod in carne apparuerat, non bene tangeret. sic eum Photinus haereticus tetigit, qui hominem tantum modo Christum credidit.

1 Es. 40, 12 12 Marc. 16, 19 17 Ioh. 20, 17

1 est] est potest *OT edd.* qui *P edd.* 2 est *om.* *T* 3 loco• (*fuit* p) *B* 4 uana caro *O* 5 paruum $T^1$ 7 palmis ambabus $OPTT^1$ ambabus palmis *edd.* que *om.* *edd.* fit *O* 8 audi··· mus (*ras. 1—2 l.*) *B* 11 nisi in] nisi $OPTT^1$ *edd.* humana specie *T* 12 dextram *T* 13 sedere (sede *in ras.*, re *s. u.*) *P* illa] hac $T^1$ 15 nomin··· (*ras. 1—2 l.*), *m. 2* nomen *B* 17 patrem meum $PT^1$ *edd. sec. Vulg.* 18 existimemus *edd.* 20 figurata $OPTT^1$ *edd.* 21 est ecclesia *T* 26 Christum *om.* *OPT edd.*

16 Et si forte in his uerbis domini aliud aptius meliusque intellegi potest, opinio tamen, qua putatur substantia esse patris in caelo, secundum quod pater una in trinitate persona est, diuinitas uero non in caelo tantum sed ubique est, quasi aliud sit pater aliud diuinitas eius, quae illi communis est cum filio et spiritu sancto, ut ipsa trinitas tamquam locis corporalibus et tamquam corporea sit, diuinitas uero una trium personarum ubique sit praesens et ipsa sola tamquam incorporea ubique sit tota, sine dubitatione respuenda est. si enim qualitas eorum esset — quod absit, ut in patre aut filio aut spiritu sancto aliud sit qualitas aliud substantia —, tamen si eorum qualitas esse posset, utique amplius alicui quam in sua substantia esse non posset; si autem substantia est et alia est, quam sunt ipsi, alia substantia est, quod nihilo minus falsissime creditur.

17 Sed si forte minus intellegis, inter qualitatem atque substantiam quid intersit, hoc certe facilius aduertis, quod et diuinitas trinitatis — quae putatur alia esse, quam est ipsa trinitas, et propter hanc dici non tres deos sed unum deum, quoniam ipsa est tribus una communis — aut substantia est aut non est substantia. si substantia est et alia est quam pater aut filius aut spiritus sanctus aut eadem simul trinitas, procul dubio alia substantia est; hoc autem ueritas refellit et respuit. si autem non est substantia ista diuinitas et ipsa est deus, quia ipsa est ubique tota, non illa trinitas, ergo deus non est substantia; quis hoc catholicus dixerit? item si non est substantia ista diuinitas et secundum hanc est trinitas unus deus, quod haec una est in tribus, non debuit dici pater

1 aliud *om. OPTT*¹ *edd. praeter m, ubi post* forte *positum est* apertius *P* 2 patris esse *T*¹ *edd.* 6 et cum spiritu *Pm* 9 est *om. OPTT*¹ *edd.* 10 eorum'// (*parua ras.*) *B* 12 alicubi *m* in *om. OT edd. praeter m* 13 *pr.* substantia *om. OPTT*¹ *edd. praeter m* 14 est substantia *O* 16 qualitatem et substantiam *OPTT*¹ substantiam et qualitatem *edd.* 20 quoniam] quam *O* 21 et alia est *bis, alterum del. P* 22 pater aut] pater et *P* trinitas simul *signis corr. T*¹ 24 substantia• *B* 27 hanc est] hanc esse *O* 28 quod (*ras. 1—2 l.*) *B* una in tribus est nec debuit *T*¹

et filius et spiritus sanctus unius substantiae sed unius diuinitatis, quae non est substantia. agnoscis autem in fide catholica, quoniam hoc est uerum, hoc esse firmatum, quod pater et filius et spiritus sanctus ideo, cum sit trinitas, unus est deus, quod inseparabiliter sint unius eiusdemque substantiae uel, si hoc melius dicitur, essentiae. nam nonnulli nostri et maxime Graeci trinitatem, quae deus est, magis essentiam quam unam substantiam esse dixerunt aliquid inter haec duo nomina esse arbitrantes uel intellegentes, unde nunc disputare non opus est, quod, etsi diuinitatem istam, quae aliud existimatur esse quam ipsa trinitas, non substantiam sed essentiam diximus, eadem falsitas consequetur. si enim alia est quam ipsa trinitas, altera erit essentia, quod absit ut catholicus sentiat. restat itaque, ut ita credamus unius esse substantiae trinitatem, ut ipsa essentia non aliud sit quam ipsa trinitas. ad quam uidendam quantum libet in hac uita proficiamus, per speculum erit et in aenigmate, quod uidebimus. cum uero, quod in resurrectione promittitur, spiritale corpus habere coeperimus, siue illam mente siue mirabili modo, quoniam ineffabilis est spiritalis corporis gratia, etiam corpore uideamus, non tamen per locorum interualla nec in parte minorem in parte maiorem, quoniam non est corpus et ubique tota est, pro nostra capacitate uidebimus.

18 Quod uero posuisti in epistula tua uideri tibi uel potius, quod uidebatur tibi nihil uiuum secundum substantiam inesse iustitiae ideoque te non posse adhuc deum, id est uiuentem

17 I Cor. 13, 12 24—p. 720, 3 = p. 702, 19—703, 1

3 hoc est firmatum *s* hoc est confirmatum *m* qm̄ *OT* quoniam *edd. praeter m* 5 quia *OPTT*[1] *edd.* sunt *edd.* 9 interesse *edd.*; *cf. quae ad Apul. de dogm. Plat. l. II c. 11 p. 89, 9 ed. meae adnotaui* 10 est opus *edd.* estimatur *OPT* 14 ita *om.* *T*[1] 16 prospiciamus *TT*[1] 17 per] et per (et *exp. m. 1*) *T* erit *om.*, *m. 1 (?) add. O* 19 mirabili] irrationabili *PTT*[1] mod//o (*parua ras.*) *B* 22 minores *PTT*[1] in] nec in *OT* maiores *PTT*[1] 24 potius] potest *P* 26 te *om. codd.*

naturam iustitiae similem cogitare, quae 'iustitia', sicut dicis, 'non in se sed in nobis uiuit, immo potius nos secundum illam uiuimus, ipsa uero per se iustitia nequaquam uiuit', ad hoc ut tibi ipse respondeas, illud intuere, utrum recte dici possit uitam ipsam non uiuere, qua fit, ut uiuat, quicquid non falso dicimus uiuere. puto enim absurdum tibi uideri, ut per uitam uiuatur et uita non uiuat. porro si uita ipsa praecipue uiuit, qua uiuit omne, quod uiuit, recole, obsecro, quas dicat scriptura diuina animas mortuas; profecto inuenies iniustas, impias, infideles. nam licet per illas uiuant corpora impiorum, de quibus dictum est, quod mortui sepeliant mortuos suos, et ibi intellegantur etiam iniquae animae non esse sine aliqua uita — neque enim aliter ex eis possent corpora uiuere nisi qualicumque uita, qua omnino animae carere non possunt, unde inmortales merito uocantur —, non tamen ob aliud amissa iustitia dicuntur mortuae, nisi quia et animarum licet inmortaliter uita qualicumque uiuentium uerior et maior uita iustitia est tamquam uita uitarum, quae cum sunt in corporibus, etiam ipsa corpora uiua sunt, quae per se ipsa uiuere nequeunt. quapropter si animae non possunt nisi etiam in se ipsis utcumque uiuere, quia ex eis uiuunt et corpora, a quibus deserta moriuntur, quanto magis uera iustitia etiam in se ipsa uiuere intellegenda est, ex qua sic uiuunt animae, ut hac amissa mortuae nuncupentur, quamuis quantulacumque uita non desinant uiuere!

19 Ea porro iustitia, quae uiuit in se ipsa, procul dubio deus est atque incommutabiliter uiuit. sicut autem, cum sit in se

11 Matth. 8, 22

1 similes *P* quae] quia *edd. Eugippi cod. Vat.; cf. p. 702, 21* 2 nos potius *edd.* 3 iustitia per se *OPTT*¹ nequa*quam *B* 4 ipse tibi *OPTT*¹ 8 omne uiuit *P* 11 sepeliunt *Eugippi cod. Vat.* 14 unde et immortales *O* 15 dicuntur mortuae amissa iustitia *OPTT*¹ 16 quod *codd.* 17 qualicumque uita *edd. praeter a e* 18 sint *edd. praeter a e* 19 uisa, *m. 2* uiua *B* 21 utcumque *om. OPTT*¹ 23 sic] si *T*¹ 24 qualicunque *T*¹ 27 et *codd.* (atque *edd. sec. Eugippium*) autem] haec *OTT*¹ autem haec *P l s r m*

ipsa uita, etiam nobis fit uita, cum eius efficimur utcumque participes, ita, cum in se ipsa sit iustitia, etiam nobis fit iustitia, cum ei cohaerendo iuste uiuimus, et tanto magis minusue iusti sumus, quanto illi magis minusue cohaeremus. unde scriptum est de unigenito filio dei, cum sit utique patris sapientia atque iustitia et semper in se ipsa sit, quod factus sit nobis a deo sapientia et iustitia et sanctificatio et redemptio, ut, quem ad modum scriptum est, qui gloriatur, in domino glorietur. quod quidem et ipse uidisti addendo atque dicendo: 'Nisi forte non haec humanae aequitatis sed illa, quae deus est, sola adseratur esse iustitia'. est plane ille summus deus uera iustitia uel ille uerus deus summa iustitia, quam profecto esurire ac sitire ea nostra est in hac peregrinatione iustitia et qua postea saturari ea nostra est in aeternitate plena iustitia. non ergo deum nostrae iustitiae similem cogitemus, sed cogitemus nos potius tanto similiores deo, quanto esse potuerimus eius participatione iustiores.

20 Si ergo cauendum est, ne iustitiae nostrae similem putemus deum, quoniam lumen, quod inluminat, incomparabiliter excellentius est illo, quod inluminatur, quanto magis caueri oportet, ne aliquid inferius et quodam modo decoloratius eum esse credamus, quam est nostra iustitia! quid est autem aliud iustitia, cum in nobis est, uel quaelibet uirtus, qua recte sapienterque uiuitur, quam interioris hominis pulchritudo? et certe secundum hanc pulchritudinem magis quam corpus

6 I Cor. 1, 30—31    10—12 = p. 703, 1—2    13 Matth. 5, 6

2 ipsa *om. codd.*    sit in se *OT*    3 iuste *om.* *BPTT*¹    4 magis illi *edd.*    6 ipso *O edd. praeter m*    7 nobis *om.* *PT*    a deo *om.* *BPTT*¹    10 atque] et *T*    haec] *cf. p. 703, 1*    11 esse asseratur *edd.*    13 et *P edd.*    17 eius potuerimus esse participatione *OT* eius potuerimus participatione esse *P*    poterimus *edd.*    20 excellentius incomparabiliter *T*¹    incommutabiliter *Eugippi cod. Vat.*    21 illo est *Eugippi cod. Vat.*    22 decolatius *P*    23 aliud] aliud nostra *T*    26 et certe] etiam *OPTT*¹ *lsr*    pulchritudinem animae magis *O*    quam corporis *O a* quam corporis facti *e f* quam secundum corpus facti *cett. edd.*

sumus ad imaginem dei, unde nobis dicitur: Nolite conformari huic saeculo, sed reformamini in nouitate mentis uestrae ad probandum uos, quae sit uoluntas dei, quod bonum et placitum et perfectum. si ergo non in mole neque in distantibus per loca sua partibus, sicut corpora siue cernuntur siue cogitantur, sed in uirtute intellegibili, qualis est iustitia, mentem dicimus seu nouimus seu uolumus pulchram et secundum hanc pulchritudinem reformamur ad imaginem dei, profecto ipsius dei, qui nos formauit et reformat ad imaginem suam, non in aliqua mole corporea suspicanda est pulchritudo eoque iustorum mentibus credendus est incomparabiliter pulchrior, quo est incomparabiliter iustior. haec dilectionem tuam, quantum ad usitatum epistularum modum pertinet, prolixius forsitan, quam expectabas, quantum autem ad tam magnae rei quaestionem, breuiter admonuisse suffecerit, non ut satis sit eruditioni tuae, sed ut aliis quoque lectis auditisue diligenter instructus ipse uberius tua secus dicta redarguas, quod est utique tanto melius, quanto fit humilius et fidelius.

1 Rom. 12, 2

3 mentis uestrae] sensus uestri $T^1$ 4 et *om.* *P* placitum] beneplacitum *edd.* *Eugippi cod.* *Paris.* *11642* 7 mente *PT* (*stilo cerussato corr.* mentē) 9 profecto ipsius dei *om.* *codd.* *Eugippi cod.* *Vercell.* 10 formauit] reformauit *edd.* *praeter m Eug.* 11 suscipienda *PT*$T^1$ 12 quo est incommutabiliter iustior *Eugippi cod.* *Vat.* 14 attinet *edd.* 15 ammouisse *O* 16 sit *om.* *OT* 17 lectis auditis uel *codd.* lectis uel auditis *edd.*; *emendaui* lectis auditisue instructis *O*

## CXXI.

1 De paucis, quae nunc iam ad nauem currente litterarum perlatore et mihi in ipsius festinatione properanti in mentem uenerunt, ne sine corollario mihi rescribas, aliqua proponam. quae si forte lucida sunt et mihi uidentur obscura, nemo prudentium filiorum, qui forte de nostris in hora lectiunculae huius circa te steterint, de insipientia mea rideat, sed potius beniuolentia fraternae caritatis faueat instruendo, ut efficiar uidentium particeps et ex doctrina tua inluminatis mentibus considerantium mirabilia de lege domini.

2 Dic ergo mihi, benedicte doctor Israhel, quid sit, quod dicit in psalmo quinto decimo: Sanctis, qui in terra sunt eius, mirificauit omnes uoluntates suas inter

10 Ps. 118, 18  12 Ps. 15, 3—4

*M* = *cod. Monacensis 6266 s. X.*
*A* = *cod. Audomaropolitanus 76, 8, 9 s. X—XI.*
*C* = *cod. Casinensis* $16^{19}$ *s. XI.*
*P* = *cod. Parisinus nou. acq. 1444 s. XI.*
*G* = *cod. Sangallensis 148 s. XI.*
*V* = *cod. Vindobonensis 875 s. XI.*
*R* = *cod. Reginensis 1382 s. XI; deest pars prior usque ad p. 731, 18* idem
*K* = *cod. Casinensis* $232^{1}$ *s. XII.*

*(Paulini Nol. opera ed. Hartelius I p. 404—423.)*

Incipit epistula paulini ad sanctum augustinum *MP* epistula paulini ad sanctum augustinum *A* incipit epistula paulini ad augustinum *C* incipit epistula paulini ad augustinum episcopum *G* incipit paulini episcopi ad beatum augustinum episcopum. ugustino paulinus *V* paulini ad augustinum *K; inscriptio deest, nisi quod V habet* ugustino paulinus  2 de] e *spatio ante relicto V*  nuntiam *MP* (*m. 2* nunc iam)  currentem litterarum perlatorem *MA*  3 mente *MAC*  4 colorario *m. 2; fuisse uid.* corollario *P* collorario *C*  6 prudentum *edd.*  hora* (s *eras.?*) *M*  lectunculae *A*  11 benedictor israel *K*  dicitur *GV edd.*  12 V$^{to}$ X$^{mo}$ *V* XV$^{mo}$ *K* XV *Ce* decimo quinto *flrm*  13 mirañcauit, *corr.* mirificauit *V*  uoluntas *V*

illos. multiplicatae sunt enim infirmitates eorum; postea accelerauerunt. quos ait sanctos, qui in terra sint sancti? num illos Iudaeos, qui filii carnis Abrahae et non filii repromissionis excluduntur a semine, quod in Isaac uocatum est, ideo sanctos in terra, quia sancti genere carnali, uita autem sensuque terreni sunt, qui terrena sapiunt et carnali obseruantia in uetustate litterae consenescunt non renascentes in nouam creaturam, quia non receperunt eum, per quem uetera transierunt et facta sunt noua? sic enim forte eos in hoc psalmo sanctos appellat, quo modo et in euangelio iustos, ubi dicit: Non ueni iustos uocare sed peccatores, id est illos iustos, qui in sanctitate generis et littera legis gloriantur, quibus dicitur: Nolite gloriari patrem Abraham, quia potens est deus de lapidibus istis excitare filios Abraham. quorum forma in illo Pharisaeo proponitur, qui iustitias suas tamquam nescienti domino recolens praedicabat in templo non orans, ut exaudiretur, sed exigens quasi debitum meriti pro operibus bonis quidem sed ingratis deo, quia, quod iustitia aedificauerat, superbia destruebat nec id ipsum silentio sed uoce clamabat, ut appareret eum non diuinis auribus loqui, quia et ab hominibus uellet audiri; atque ideo non placuit deo, quia placebat sibi: Quoniam dissipauit dominus

3 Rom. 9, 8; 7 6 Phil. 3, 19 7 Rom. 7, 6 8 II Cor. 5, 17; Ioh. 1, 11 Apoc. 21, 4—5; Gal. 6, 15 11 Matth. 9, 13 13 Rom. 2, 23 14 Matth. 3, 9; Luc. 3, 8 16 Luc. 18, 10—14 23 Ps. 52, 6

1 enim . i . f . m . t . t . e . p . accęł (*sic !*) *K* eorum (o *s. u. m. 1*) *V* 3 sunt *A m* nū* *V* non *C* carnis] carnis ŝ *M* 4 promissionis *K sec. Vulg.* 5 *ante* genere *m. 2 add.* ł in *P* 6 qui, *m. 2 supra* ł quia *P* 7 carnalia seruantia *A* 8 reinascentes (i *exp.*) *V* quia] qui *A* 12 uocare iustos *MPG edd. sec. sacr. litt.* 14 patrē (~ *eras.*) abraham *P* in patre Abraham *edd.* patrem habere abraham *G sec. sacr. litt.* 15 suscitare *G sec. Vulg.* Abrahae *f l r m sec. Vulg.* 17 nascienti, *m. 2* nescienti *C* 19 quidem bonis *C* ingratus *A* 20 edificauerit *V* destruerat, *corr. m. 1* destruxerat *M* id *om. G* 21 appareite (*ex* te *factum uid.* &) *V* non] non in *M* 22 quia] qui *A edd.* 23 quia *s. u. m. 1 V* quod *C* deus dissipauit *G sec. sacr. litt.*

ossa hominum sibi placentium. confusi sunt, inquit, quia spreuit illos, qui cor humile et contribulatum non spernit.

3 Denique et in ipsa euangelii parabola, qua Pharisaei et publicani persona confertur, euidenter ostendit ipse dominus, quid in homine suscipiat, quid repellat, sicut scriptum est, quia deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. ideo protestatur magis iustificatum abisse e templo publicanum de confessione peccatorum suorum quam Pharisaeum de inputatione iustitiarum suarum. merito autem ille laudator sui repudiatus abscessit a facie dei, qui cum ipso nomine peritiam legis praeferret, oblitus fuerat in propheta dicentem dominum: Super quem habitabo nisi super humilem et quietum et trementem sermones meos? ille autem in corde contrito sui accusator accipitur et obtinet ueniam de confessis peccatis propter gratiam humilitatis sancto illo Pharisaeo, quales Iudaei sancti sunt, reportante sarcinam peccatorum de iactantia sanctitatis. ipsius nimirum sunt forma Iudaei illi, de quibus apostolus ait, quod suam iustitiam statuere cupientes, quae ex lege est, iustitiae dei non sunt subiecti, quae est ex fide, quae reputata est Abraham patri nostro ad iustitiam non ex operibus, quia secundum omnipotentiam dei credidit deo, apud quem

2 Ps. 50, 19 4 Luc. 18, 10—14 7 Iac. 4, 6; I Petr. 5, 5; Prou. 3, 34 13 Es. 66, 2 19 Rom. 10, 3 21 Rom. 4, 2—3

2 quia] quia deus *V* contritum, *corr. m. 1* contribulatum *V* 6 quid in *ex corr. m. 1, fuit* quod in *K* qui in *A* 7 deus superresistit *K* 8 ideo] ideo autem (autem *del.*) *K* abiisse *edd.* de *A* 11 laudatur *CG* (*m. 2* laudator) sui *om. G* abcessit *V* 12 perferret *K* fuerat**in *V* 13 ::::habitabo (*ras. 1—2 l.*) *M* requiescet spiritus meus, *sed exp. et in marg. m. 1 add.* habitabo *V* 14 uerba mea *G* 16 humiliaatis, *corr. m. 1* humilitatis *K* 17 reportantes *MA* 18 sarcina *K* de] sed, *m. 2* et *G* iactatia *K* iactantiam *G* ipsius, *m. 2* ipsius huius *G* 19 de *om. AP* 22 patri nostro Abraham *edd.* 23 dei *ex* deo *K*

ille uere iustus est, qui ex fide uiuit nec sanctus in terra est sed in caelo, quia non carne sed spiritu ambulat, cuius conuersatio in caelis est non glorianti in concisione carnis sed in circumcisione cordis, quae non littera sed spiritu agitur inuisibiliter, unde laus eius non est ex hominibus sed ex deo.

4 Deinde quod iungit in eodem uersiculo: Miras fecit uoluntates suas inter illos, credo ex eo dicit, quod ipsis primum lucernam legis accendit et praecepta uiuendi dedit. notas, enim inquit, fecit uias suas Moysi et filiis Israhel uoluntates suas. deinde ipsum pietatis suae sacramentum in ipsis operatus est natus in carne ex uirgine deus in gente ipsorum et de carne ipsorum factus ex semine Dauid homo, deinde uirtutes sanitatum, quas in ipsis et coram ipsis perfecit quippe haec non modo creditus sed et blasphematus ab eis, cum dicerent: Hic homo si a deo esset, non curaret sabbatis et: Non eicit daemonia nisi in Beelzebub principe daemoniorum. propter hanc mentem obdurata impietate caecatam multiplicatae sunt infirmitates et tenebrae eorum.

1 Hebr. 10, 38; Rom. 1, 17 2 Rom. 8, 4; Gal. 5, 16 3 Phil. 3, 20 Rom. 2, 28—29 7 Ps. 15, 3 10 Ps. 102, 7 11 I Tim. 3, 16 13 Rom. 1, 3 14 Luc. 13, 32 16 Ioh. 9, 16 17 Matth. 12, 24 19 Ps. 15, 4

1 s̄cis *C* 2 non *om. G* **carne *V* 3 glorianti, *m. 2* gloriantis *P* gloriantis *edd. praeter a Hartel.* concisione (*super* con *m. 2* ł circum) *P* conscisione *A* circumcisione *MV edd. Hartel.* 5 spiritu (u *ex corr. m. 2*) *K* non ex hominibus (*om.* est) *A edd. praeter m* noīn ē non ex hominibus *C* non ex hominibus est *m* 7 mirans *A* facit *C* 8 q* *M* 10 enim *s. u. m. 1 V* 13 dī, *corr.* ds̄ *V* et *om. A* factus est ex *C sec. Vulg.* 14 sanitatum] canitanti | um *M* 15 fecit *G* quippe] qui propter *V* qui per *edd.* quippe per *Hartel.* non modo] non modo non *VK Hartel.* creditus sit sed *a* creditus non est sed *cett. edd.* 16 et *om. K* blasphematus est ab *V edd.* eius (u *del. m. 2*) *K* 17 eicet *M* 19 hanc] hoc *A* caecatā (ā *ex corr. m. 2*) *P* 20 impietates *MA* et tenebrae *om., m. 1 in marg. add. V*

5 Sed quid est, quod ait: Postea accelerauerunt? utrum in paenitentiam sicut illi in actibus apostolorum, qui beati Petri praedicatione compuncti crediderunt in eum, quem crucifixerant, et festinantes tanto expiari peccato ad donum gratiae cucurrerunt? an uero, quia uirtutes animae ex fide et caritate dei roborantur, illis impiis utroque uacuis multiplicatae sunt infirmitates animae ex impietate scelerum mortiferis languoribus occupatae? Christus etenim lumen et uita credentium est et sanitas sub pennis eius. unde non mirum, si et tenebrae et infirmitates eorum multiplicatae sunt in interitum, qui uitam et lucem non receperunt neque sub pennis eius manere uoluerunt, quos, ut ipse flens in euangelio suo protestatur, saepe uoluit congregare sub alas suas, sicut gallina congregat pullos suos, et noluerunt. multiplicatis ergo infirmitatibus quo accelerauerunt? forte in crucem domini conclamandam et inuito Pilato nefariis uocibus extorquendam, ut adimplerent mensuram patrum suorum, ut isti dominum prophetarum occiderent, quorum patres ipsos prophetas interfecerunt, a quibus hic mundi saluator esse uenturus nuntiabatur. postea accelerauerunt; ueloces enim pedes eorum ad effundendum sanguinem. contritio et infelicitas in uiis eorum et uiam pacis non cognouerunt, id est Christum, qui dicit: Ego sum uia.

2 Act. 2, 37—41 8 Ioh. 1, 9; 8, 12; 11, 25; 14, 6 9 Mal. 4, 2 13 Matth. 23, 37; Luc. 13, 34 16 Luc. 23, 23 17 Matth. 23. 32; 31; I Thess. 2, 15 21 Ps. 13, 3 24 Ioh. 14, 6

1 est *s. u. m. 1* V acceleuerunt V 2 qui *om.* K quia A 4 tanto *om.* M 5 quod C 6 dei *om.* A 7 ex] et G 9 unde et non (et *del. m. 2*) K 10 mirum] nimirum (ni *eras. uid.*) V 11 qui *** (*fuitne* ūra*?*) V 12 sup pennis C quos] quod PG 13 congregare ipsos sub PG 15 quo] qm̄ C quid G 16 cruce MAK 17 pilito, *corr. m. 1* pilato V nefarius, *m. 2* nefariis K 18 mensuras V dm̄, *m. 2* dn̄m C 19 a] et a A 20 hinc G saluator mundi M 23 agnouerunt GK christus, *m. 2* christum C

6 In consequenti psalmo illud mihi exponi desidero, quid dicat: De absconditis tuis adimpletus est uenter eorum. saturati sunt porcina uel, sicut in quibusdam psalteriis scriptum audio, saturati sunt filiis et reliquerunt, quae superfuerunt, paruulis suis.

7 Rursus in alio psalmo admirari soleo filium ad patrem loqui intellegens in psalmo quinquagesimo octauo, ubi de Iudaeis inimicis, de quibus supra dixerat: Ecce ipsi loquentur in ore suo et gladius in labiis eorum, paulo infra dicit: Ne occideris eos, ne quando obliuiscantur legis tuae. disperge illos in uirtute tua et destrue eos, domine. quod in his usque in hodiernum diem uidemus impleri; destructi sunt enim a ueteri sua gloria sine templo et sine sacrificiis ac sine prophetis in omnium gentium dispersione uiuentes. sed quid miramur, quod iam per prophetam pro eis non occidendis rogabat, pro quibus et sub ipso tempore passionis iam ad crucem eum ducentibus precabatur dicens: Pater, dimitte eis; non enim sciunt, quid faciunt? uerum quod adiecit: Ne umquam obliuiscantur legis tuae, tamquam propter hoc necessaria esset etiam sine fide euangelii uita eorum, obscurum mihi fateor. quid enim his ad salutem, quae sola fide quaeritur, prodest in legis memoria

2 Ps. 16, 14 8 Ps. 58, 8 10 Ps. 58, 12 18 Luc. 23, 34

1 illū, *m. 2* illud *P* mihi *om. P* desiderio (*post.* i *exp.*) *A* qui, *m. 2* quid *A* quid, *m. 2* quod *G* 2 dicit *G* 3 sunt... (*eras. uid.* filiis) *P* uel *s. u. m. 1 V* 5 paruulis suis quae superfuerunt *MA* 6 admiraris oleo *M* (*corr. m. 1*) *K* admiraris (*om.* soleo), *in marg. m. 2* ā. r. *G* 7 in psalmo *om. V* ubi *om. MA* 8 ipso, *m. 2* ipsi *C* 10 *pr.* ne] non *K* obliuiscentur *C* 11 leges *M* tuae *s. u. m. 1 V* destreue (*med.* e *exp.*) *V* 12 domine] d̄ *K* quod—impleri *om., in marg. m. 1 add. V* 13 implere *A* destructi sunt *m. 2 ex* destructis *G* 14 in] ut in, *m. 2* et in *G* 15 quod] quid, *corr. m. 1* quod *V* per *om. P* (*m. 1 add.*) *K* (*m. 2 add.*) prophetarum (ru *m. 1 del.*) *C* 16 occendentis *V* 17 precatur dicš *M* 18 faciā *K* 19 uerum *om. A* uerum, *m. 2 supra* s. miraīt *G* quid *C* obliuiscantur umquam *A* leges *M* 20 esse *MA* 21 his] mihi *A*

et meditatione uersari, nisi forte propter honorem legis ipsius uel generis Abraham, ut etiam in parte terrena carnalis seminis eius, quae uidentur secundum harenam maris computari, legis antiquae littera perseueret, ne forte aliqui legendo legem inluminentur ad fidem Christi, qui et legis et prophetarum finis est et in omnibus eorum libris praefiguratus ac prophetatus elucet? aut quia ex ipsis impiis eorum generatio uentura est electorum, qui de singulis tribubus electi in duodenis milibus signabuntur, quibus ipsa reuelatio beati Iohannis ex uoce angeli praenuntiantis hoc testimonium perhibet, quia comitatui regis aeterni familiarius adhaerebunt penitus inmaculati et humanae coniunctionis expertes? de quibus specialiter ait: Sequentur agnum, quocumque ierit, quia cum mulieribus se non coinquinauerunt; uirgines enim sunt.

8 In sexagesimo sexto praeter alia illud obscurissimum mih est, quod ait: Verum tamen deus conquassabit capita inimicorum suorum uerticem capilli perambulantium in delictis suis, quid sit uerticem capilli perambulare in delictis. non enim dixit 'uerticem capitis' sed 'uer-

3 Gen. 22, 17; 32, 12 5 Rom. 10, 4 7 Apoc. 7, 5—8 13 Apoc. 14, 4 17 Ps. 67, 22

1 forte *om.*, *m. 3 (?) add. C* 2 gentis, *corr. m. 1* generis *C* 3 eius *om. A* uidentur (n *del. m. ut uid. 2*) *G* uidetur *VK m Hartel.* arena, *m. 2* harenā *P* 4 antiqui, *m. 2* antiquae *G* litter*a *P* aliquid *K* 5 inluminetur *K* legis prophetarum, *m. 2* legis et prophetarum *A* 6 ac] aut *A* 7 quia *om. A* 8 singulis *om., in marg. m. 1 add. V* tribus *A* electi *om. A* duodenis] duodenibus *C* 9 signantur, *corr. m. 1* signuntur *V* designantur *m* reualatio bea iohannis *K* 10 uoce] uerbis (*m. 2 in spatio uacuo scriptum uid.*) *G* renuntiantis *A* praenunciantes, *corr.* praenunciantis *V* perhibuit *A* 12 et *bis K* speciliter, *corr. m. 1* specialiter *V* 13 sequuntur *APG edd. sec. sacr. litt.* 14 inquinauerunt *G* 16 VI[to] *K* sexto psalmo *M* VII[mo] psalmo *V* septimo *edd.* obscurum mihi est *V* obscurissimum est michi *C* mihi obscurissimum est *edd.* 17 conquassauit *MACG edd.* concassauit, *corr.* conquassauit *P* 19 suis *om. C* sit] ē *A* perambulantium *C edd. praeter m*

ticem capilli', qui sine sensu est. an repletum peccatis hominem uult ostendere? scriptum est: Omne cor in dolore a pedibus usque ad caput. et paulo infra quod ait: Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso, a quo ipso? et numquid canes dei possunt dici gentiles, quos ipse in euangelio canes nominat? aut ne forte ipsos canes dei dicat. quales aestimari possunt, si qui in nomine Christiano gentiliter uiuant, quorum pars cum infidelibus ponitur, quia deum, quem uerbis colunt, factis negant?

